This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

T. P 54



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GLOSSARIUM

LIVIANUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

QUÆ SUPERSUNT,

EX RECENSIONE

ARN. DRAKENBORCHII.

CUM INDICE RERUM.

ACCEDUNT

GENTES ET FAMILIÆ ROMANORUM,

AUCTORE R. STREINNIO.

NECNON

ERNESTI GLOSSARIUM LIVIANUM,

AUCTIUS NONNIHIL, ET IN LOCIS QUAMPLURIMIS EMENDATUM.

TOMUS VI.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCC.

Clar. Pres.
58. c. 11.

Digitized by Google

Digitized by Google

GLOSSARIUM LIVIANUM.

A.

A *vel* AB, 1, 1. a clade profugus. *Quanquam poſſis hic etiam* ob cladem *explicare.*

a concione legatos dimittere, 24, 22. pro *poſt* c.

ab hoc ſermone Paullum profectum tradunt, 22, 40.

ab infelici pugna ceciderant animi, 2, 65.

ab his præceptis concionem dimiſit, 44, 34. *Plura exempla hujus præpoſitionis pro* poſt *poſitæ non attinet indicare. Res ſatis eſt nota.*

a prodigio, 1, 31. *h. e. prodigii cauſſa.*

ab odio ad pervaſtandos fines ducere, 6, 4. *i. q. propter odium.*

a cupiditate, 5, 5.

ab contemtu, 6, 2.

ab ira, 10, 45.

a cenſu equitem, a cenſu peditem legitis, 34, 31. *cf. cap.* 51.

a verecundia memoriaque meritorum, 39, 49.

ab irriſu linguam exſerere, 7, 10. *Sic ſæpiſſime Livio* ab *idem eſt, quod* ob, propter *et ſimilia. cf.* 6, 2. *et Drakenborch. ad* 26, 1, 3.

litteræ conſulum a Gallia allatæ, 32, 31. pro e *vel* ex.

nec hominibus aliud periculum quam ab ſemetipſis eſſe, 25, 28.

cecidere ab Romanis etc. 42, 60. *Cf. Burmannum ad Ovid. Metam.* 5, 102.

a mari fines eorum vaſtati, 38, 32. *i. e. a parte maritima.*

oppidum ab terra munitum, 28, 6.

legatum a noviſſimo agmine adortus poſtremos turbavit, 31, 27.

ab arce militem accipere, 33, 17. *i. e.* in arcem, *uti Drakenborchius legi volebat*; vel potius: *ab ea parte, qua arx erat.*

ab Romanis ſpes eſt, 21, 13. *i. e. in Romanis ſpes poſita eſt.*

ab ſe adjicere, 44, 33. *ſcil. præcepto, quod non exauditum erat, conjectando quidem, ſuſpicando etc.*

ut ab irato victore, 21, 12. *intelligendum: exſpectari debet.*

Digitized by Google

jus ab antiqua gente — deſcripſit, 1, 32. pro *repetitum deſcripſit.*

mentio illata ab ſenatu eſt—et Patres accepere, 4, 8. *Pighius ad a.* 310. *legendum putabat: ab conſulibus in Senatu.*

legati ab Ardea, 4, 7. pro *Ardeates.*

coloni a Velitris, 6, 13. —*Veliterni.*

incola ab Tarquiniis, 4, 3. —*Tarquinienſis. cf.* 1, 50.

cornu ſiniſtrum ab regiis, 37, 23. —*regiorum. Scilicet ſæpenumero Livius hac præpoſitione circumſcribit adjectiva tum nominum appellativorum tum propriorum. Atque etiam ipſa nomina propria et appellativa eodem modo cum eadem præpoſitione, ut vitentur, opinor, genitivi, a Livio jungi ſolent. Sic* litteræ ab Tarquiniis, 2, 3. *ſunt litteræ Tarquiniorum.* Nec *aliter intelligi debent* a Porcio litteræ, 27, 39. *Similiter hæc dicuntur:* ad exſolvendam fidem a conſule, 27, 5. ab Sabinis princeps, 1, 12. *Fides enim* conſulis, *Princeps* Sabinorum, *indicantur. Quanquam alias ipſe Livius non nimis ſtudioſus eſt genitivorum vitandorum; ut etiam negligentiorem ſe in hoc genere haud raro præbeat. In ipſa Præfatione hæc ſunt:* rerum geſtarum principis terrarum populi. *Alibi:* comites Fulvii fuiſſe pavoris ac fugæ, 26, 2. *Item:* cauſſa expiandæ violationis ejus templi, 31, 12. *vid. Drakenborch. ad* 25, 15.

ABACTUS, *vid.* abigere.

ABALIENARE, 5, 42. abalienaverant ab ſenſu rerum ſuarum animos.

abalienati jure civium, 22, 60.

ABDERE, 2, 45. pugnare cupiebant; ſed retro revocanda et *abdenda* cupiditas erat, ut adverſando remorandoque incitato ſemel militi *adderent* impetum.

aſcenſus abditus a conſpectu, 10, 14.

ABDICARE conſulatum, 2, 28.

— dictaturam, 6, 18.

Claudius—quum Plautius—magiſtratu ſe abdicaſſet, nulla vi compelli, ut abdicaret, potuit, 9, 33.

ABERRARE, 41, 13. taurus, qui pecore aberraſſet.

ABESSE publicis conſiliis, 26, 13. *Oppoſ.* adeſſe in conſilio, 27, 46.

res abfuit a ſpe, 7, 7.

nec procul ſeditione aberant, 8, 32.

abſit publica fraus, 21, 10. *i. e. non accuſetur, nulla ejus mentio fiat.*

abſit ibi ominis cauſſa memoria Flaminii, 22, 39. *h. e. nolo mali ominis cauſſa Flaminii mentionem feciſſe.*

quum omnia vitæ ſubſidia abeſſent, 22, 60. *i. q. deeſſent, deficerent.*

tantum abfuit ab eo, ut—ut et urbs reciperaretur, 25, 6.

quid abeſt, quin—Samnitium quoque dicto pareamus? 8, 4. *i. q. quid impedit, etc.*

ABHORRERE, 29, 6. ſpes ab effectu haud abhorrens. *i. e. ſpes certiſſima.*

parum abhorrens famam, 4, 44. *i. e. conveniens famæ.*

orationes abhorrent inter ſe, 38, 56. pro *diſcrepant: quæ ſignificatio*

Digitized by Google

ficatio huic verbo tum alibi eſt, quum a *vel* ab *jungitur, tum hoc loco imprimis propter illud* inter *inſolentius.*

abhorrentes lacrimæ, 30, 44. *h. e. minus juſtæ ac decoræ, profectæ quippe a ſtudio rei privatæ nimio, quam in publica jactura fuiſſet animus parum commotus.*

ABIGERE, 9, 36. abacta præda. equorum greges maxime abacti, 24, 20.

de hominibus raptis pecoribuſque abactis, 39, 47. *i. e. furto abactis; nam paſtores agunt pecus, fures abigunt. cf.* 1, 7. 2, 23. *et* 7, 14.

prædæ abactæ hominum pecorumque, 4, 21.

ſe, ut conſceleratos contaminatoſque ab ludis—abactos eſſe, 2, 37.

ABJICERE, 33, 17. abjecta arma *dicuntur, quæ paullo ante* omiſſa.

ABIRE, 1, 26. *abi* hinc cum immaturo amore ad ſponſum—ſic *eat*, quæcumque Romana lugebit hoſtem. *vid.* ire.

trans Apenninum abierunt, 39, 2. *i. e. in regiones Tranſapenninas.*

telo extracto præceps Fabius in vulnus abiit, 2, 46. *vid.* prolabi.

abire in alicujus mores et inſtituta, 1, 32.

quorum vetuſtate memoria abiit, 2, 4. *i. e. nomina eorum ignorantur.*

fides abiit, 3, 10. *i. q. parum probabile eſt.* Quia occidione prope occiſos Volſcos et Æquos movere ſua ſponte arma poſſe, jam fides abierit. *Pro* jam f. abierit *vulgo eſt* id fides abierit: *quod ita explicat Gronovius*: id factum eſſe, fides abierit. *Atqui non quærebatur de ſenſu, ſed de auctoritatibus uſus loquendi. Ipſe Dukerus alia exempla deſiderabat.*

ABLATUS, 9, 6. ablatoſque cum armis animos.

ablatus eques, 30, 18. *h. e. qui procul eſt, ut cominus cum eo pugnari nequeat. Opponitur equiti permixto.*

ablatus domum, 3, 13.

quum effuſe omnes fugerent, ſe quoque turba ablatum, 26, 3.

ablato—a plebe conſulatu, 7, 18. *i. e. erepto plebi.*

ABLEGARE, 5, 2. remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica juventutem,

nos—a penatibus noſtris ablegatos tenet, 7, 13.

eam (*plebem*) procul urbe haberi atque ablegari, 4, 58.

pueros venatum ablegavit, 1, 35.

ABLEGATIO juventutis ad Veliternum bellum, 6, 39.

ABNUERE imperium, 3, 66. *it. de delectu*, 3, 38.

mollius eadem illa abnuere, 30, 3.

cui cedenti certamenque abnuenti etc. 27, 4.

manu abnuere, 36, 34.

abnuere ſequi in Africam, 30, 20. pro *negare, ſe in A. ſecuturum eſſe.*

quæ ne accipere abnuant—ſe orare, 22, 37.

ABOLERE ſocietatem, 8, 27. *i. q. tollere, dirimere.*

tentationemque eam fore abolendi ſibi magiſtratus, 3, 38.

abolevit nomen vetuſtate, 1, 23. *i. q. abolitum eſt.*

Digitized by Google

cujus rei prope jam memoria aboleverat, 3, 55. pro *interierat, sublata erat. cf.* 8, 11.

omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat, 9, 36. pro *exciderat, exemta erat.*

nec jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur Romani ritus, 25, 1. *i. e. non colebantur, sed omittebantur.*

ABOMINARI, 6, 18. bene facitis, quod abominamini: dii prohibebunt etc. pro *quod abominando dicitis: d. p.*

Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit, 9, 38. *i. e. effecit, ut male ominata ea curia esse putaretur, in qua sub initium jam aliquot infelicium annorum senatus habitus esset, ut consilia de summa republica inirentur.*

ABRIPERE, 22, 6. sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt.

Lentulum inter tumultum abripuit equus periculo, 22, 49.

ABROGARE, 34, 1. pro lege, quæ abrogabatur, ita differuit. *i. e. quæ abroganda videbatur, quæ in disceptationem venerat.*

quæ in pace latæ sunt (*leges*), plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax, 34, 6. *i. e. efficit, ut abrogentur. Ceterum an* abrogare legi *usquam dicatur ab optimis scriptoribus, super eo vid. Drakenborch. ad* 9, 34.

altera (*lege*) fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur, 6, 41.

ne cum ea (*lege*) pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus, 34, 6.

plebeiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo abrogoque, 22, 30.

ut imperium regi abrogaret, 1, 59. *cf.* 33, 16.

de abrogando imperio Fabii, 22, 25. *cf.* 27, 20.

Macedonicæ legiones, *suo abrogato*, triumphos alienos spectabunt? 45, 39. *Debebat esse:* antiquato *i. e. non concesso, quia rogatio contra Paulli triumphum lata fuerat: nam abrogari, nisi quæ adhuc exstiterunt, proprie nequeunt.*

ABRUPTUS, 21, 36. in mirandam admodum altitudinem abruptus erat.

abrupta omnia inter victoriam mortemque certa desperatione, 21, 44. *i. e. ancipitia, prærupta, præcipitia, periculosissima. His enim verbis promiscue utuntur optimi quique scriptores.*

ABSCEDERE, 24, 37. nec ab armis aut loco suo miles abscedebat.

ut abscesserit inde dictator, 22, 25. *i. q. e castris discesserit.*

abscedi non posse ab hoste, 22, 33.

abscedere muneribus, 9, 3. (*de sene*)

— incepto, 9, 41.

— vestigium ab Hannibale, 27, 4.

— a Capua, 26, 3.

nec ante abscessum est etc. 29, 2.

si urgemus obsessos, nec ante abscedimus, 5, 4. *it.* 45, 6.

quantum mare abscedebat, 27, 47. *i. e. qu. aquis in mare abscedebat.*

ABSCIN-

Digitized by Google

ABSCINDERE, 9, 23. nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindamus.
abſciſſæ rupes, 32, 5.
ſaxum abſciſſum rupibus, 32, 4.
ea res barbaros miraculo terruit abſciſſæ aquæ, 41, 11.
nec natura quidquam ſatis arduum aut abſciſſum erat, quod hoſti aditum aſcenſumque præberet; omnia faſtigio leni ſubvexa, 25, 36.
prope abſciſſa res erat, 35, 32.
abſciſſa omni ſpe, 35, 45. *cf.* 4, 10.
Omnino ſciendum eſt, valde variare Livii editores in verbis abſciſus *et* abſciſſus, *quum a diverſis verbis* abſcido *et* abſcindo *ducantur; inter quæ tamen quale diſcrimen ſtatuendum ſit, non ſatis conſtat ipſi Drakenborchio, quem videre licet ad* 31, 34. *Itaque optimum factu fuerit, qua ſcribendi ratione uti ſemel coeperis, eam ubique ſervare.*

ABSENS, *creatus magiſtratus Livio ſubinde dicitur is, qui in urbe ille quidem, ſed non in campo Martio præſens fuerat: vid.* 4, 42. *ibique interpretes.*

ABSISTERE ab ſignis, 27, 45. *i. q. excedere ex ordinibus.*
— obſidione, 9, 15.
— incepto, 25, 5.
nec ante continuando abſtitit magiſtratu, 9, 34.
numquam Nero veſtigiis hoſtis abſtiterat, 27, 42.
ſpe labefactandæ fidei haud abſiſtens, 24, 20.
abſiſterent imperare iis, etc. 7, 25.

ABSOLVERE beneficium ſuum, 2, 2. *h. e. ut ei ad perfectionem nihil deſit.*
rei facti adverſus nobilium teſtimonia egregie abſolvuntur, 9, 26.

ABSONUS, 7, 2. nec abſoni a voce motus erant.
nihil abſonum fidei divinæ originis divinitatiſque poſt mortem creditæ fuit, 1, 15.

ABSTINERE, 9, 5. vix ab iis abſtinerent manus.
ne ab obſidibus quidem—iram belli hoſtis abſtinuit, 2, 16. *cf.* 8, 19.
duobus—omne jus belli Achivos abſtinuiſſe, 1, 1. *Interpretum alii* duobus *in caſu tertio, alii in ſexto accipiunt.* Horat. Sat. ii. 3. 202. abſtinuit vim Uxore et gnato.
Romano bello fortuna eum abſtinuit, 8, 24.
a cetera præda Fabius militem abſtinuit, 4, 59. *cf.* 38, 23.
ut excederet Aſiæ urbibus—abſtineret liberas omneſque Græcas, 33, 34.

ABSUMERE, 9, 32. prœlium multos utrimque abſumit. *cf.* 10, 1.
gurgitibus abſumti ſunt, 21, 56.
ubi avunculus ejus nuper Epiri rex Alexander abſumtus erat, 9, 17.
niſi mors—eum—abſumſiſſet, 23, 30. (*de morte naturali*)
in eadem dignitate et Nabin futurum fuiſſe, niſi eum ſuus primo furor, deinde fraus Ætolorum abſumſiſſet, 37, 25.

Digitized by Google

ABUNDARE, 5, 34. is, quod ejus ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos—excivit.

ut abundans multitudo vix regi videretur posse. *Ibid.*

ABUNDE, 8, 29. genus omne abunde bello Samnitibus par. (*Marsi*)

AC, *sequente Vocali*, 41, 24. *Drakenborchius et Creverius legunt* et.

oculisque simul ac mente turbatum, 7, 26.

senatuique vobisque et sociis ac nomini Latino, 31, 7.

ACCEDERE, 8, 32. ex inferiore loco ad tribunal accessit. *i. e. tribunal ascendit.*

lictores ad eum accedere jussit, 24, 9.

unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere possit, 21, 10.

quo aliæ partis hominibus animus accederet, 24, 27.

magis accessurum utrumque, 44, 36. *i. e. auctum iri, scil. lassitudinem ac sitim. Paullo post:* quantum increscret æstus.

ACCELERARE, 23, 28. quantum maxime accelerare poterat. (*absolute dictum*)

ACCENDERE, 2, 12. accensus foculus. *i. q. in quo ignis accensus est.*

accensa vis venti, 21, 58.

accendere ardorem pugnæ, 23, 46.

accensi rabie, 25, 37. *it.* in rabiem, 29, 9. *it.* spe prædæ, 9, 31.

luce primâ prœlium ingens accensum est, 25, 13.

quod (*prœlium*) accensum ab desperatione hostium fuisset, 6, 3.

quæ (*fames*) mutas accenderet bestias, 25, 13.

certamine accenso, 1, 57.

Numida—spem accendit Campanis, etc. 26, 4. *cf.* 24, 35.

spe ingentium donorum accensos—dimisit, 21, 48.

ad libidinem et contumeliam animum accenderunt, 8, 28.

ACCENSERE, 1, 43. in his accensi cornicines tibicinesque (*vel potius* tubicinesque; *nam tibiarum in militia Romana nullus usus fuit.*) *Ceterum illa verba* in his accensi *ita sunt intelligenda*; *adjectæ sunt aliæ centuriæ in quas relati erant cornicines tubicinesque. Itaque* in his *pro* in hos *accipiendum, quod est*, his accensi sunt, *quemadmodum legi debere præter necessitatem placuit viris doctis. Apud Ciceronem quidem legitur:* in grege annumerari. *Or. pro Rosc. Amer. cap.* 32.

accensi (*in legione*), 8, 8. *i. e. supernumerarii, qui nostris dicuntur. Ministeria magistratuum inter apparitores forte similem ob caussam accensi dicti sunt.*

ACCESSIO, 30, 12. utrius regum duorum fortunæ accessio Sophonitba esset.

quæ parva bene gestæ rei accessio erat, 30, 40.

accessio Punici belli (*Syphax*), 45, 39. *cf.* 7, 30.

qui duorum hominum noxæ civitatis accessionem facitis, 45, 26. *i. e. civitatem erroris duorum hominum culpam ferre vultis.*

ACCIDERE, 44, 31. accidens genibus prætoris.

ab omni parte accidebant, 2, 50.

imber

Digitized by Google

imber—lentior deinde æqualiorque accidens auribus, 24, 46.
fama accidit, 32, 30.
accidit vox (*ex aliquo loco*), 27, 15.
ut vox etiam ad hoſtes accideret, 10, 41.
concitatior accidens clamor, 10, 5. *cf.* 40, 32.
clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidiſſet, 26, 40. *cf.* 27, 15.

ACCIDERE, 8, 29. prœlio uno accidit Veſtinorum res.
robore juventutis ſuæ acciſo, 7, 29. (*de Campanis.*) vid. *acciſus.*

ACCINGERE, 6, 35. accingendum ad eam cogitationem eſſe. (*ſimpliciter dictum*)
gladiis accincti, 40, 13. *niſi vero legendum* ſuccincti. *Littera S. forte abſorpta a finali præcedentis verbi. Inde pronum fuit* accincti *ſcribere.*

ACCIPERE in civitatem, 4, 3. *cf.* 6, 4. *Sic etiam* recipere *et* ſuſcipere *dicitur. vid. infra in h. v.*
— in amicitiam, 7, 30. *cf.* 8, 25. 9, 41. 38, 39.
— in deditionem, 33, 20. *cf.* 9, 16.
— in patriciorum numerum, 4, 3. *cf.* 10, 8.
— in ſocietatem, 9, 15.
— in fidem clientelamque, 26, 32.
multitudinem armatorum acceperunt, 31, 23. *cf.* 28, 8.
diis velut non accipientibus in eum annum cenſuram, 6, 27. *i. e. non probantibus.*
diis auctoribus in ſpem ſuam quiſque acceptis, 21, 45.
animo magis, quam vultu, ea crimina accipiebat, 40, 5. *h. e. diſſimulabat vultu offenſionem.*
hoſtem in Italiam accipere, 31, 7. *cf.* 5, 5. 27, 40.
præſidium eorum in urbem acceperant, 9, 16.
quum Karthaginienſem matronam domum acceperit, 30, 13.
initium pugnæ accipere nec cedere, 38, 25.
accepto exercitu, 45, 41. *cf.* 9, 22.
bellum integrum accipere, 32, 6. (*de duce*)
integri profligatam pugnam acceperunt, 38, 25.
amnis ingens fugientes accepit, 29, 32.
acceperunt tumuli Romanos victores, 38, 21. *cf.* 9, 40.
jugum accipere, 31, 29. *cf.* 43, 17.
regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto, 4, 12.
cenſum accipere, 29, 37. *cf.* 39, 44.
apparebatque accipi legem, 10, 9.
aut omnia accipe, aut nihil fero, 6, 40.
apparatis accipere (*excipere*) epulis, 23, 4.
id a pleriſque in omen magni terroris acceptum, 21, 63.
in majus accipere, 4, 1. *h. e. augere opinione.*
accipere nomen, 9, 46. *i. e. judicare alicujus petitionem legitimam et ad petendum admittere.*
ſi ſuum nomen dictator acciperet, 27, 6.
preces ſuas acceptas ab diis immortalibus ominati, 42, 30.
læto conditionem accipienti, 29, 1. pro *læte, lubenter.*

Digitized by Google

ne penes ipſos culpa eſſet cladis forte Gallico bello acceptæ, 5, 36. *i. e. accipiendæ, uti et nonnulli voluerunt legi. Senſus autem idem eſt. Nam haud raro conditionaliter talia ſunt accipienda. Ita h. l.* ſi accepta eſſet.

viſendaque quæ nobilitata fama magis auribus accepta ſunt, quam oculis noſcuntur, 45, 27.

acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt, 9, 24.

pugnatum ad Lilybæum fuſaſque et captas hoſtium naves accepere, 21, 50.

ACCIRE, 10, 19. ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit, ſua ſponte oblatum ſperneretur.

ACCISUS, 3, 10. Æquos, etſi acciſæ res ſint, refieere exercitus. *cf.* 21, 25.

Latinorum etſi pariter acciſæ copiæ (*exercitus*) ſint, 8, 11.

ACCLARARE, 1, 18. uti tu ſigna nobis certa acclaraſſis. *i. e. conſpicua facias.*

ACCLINARE, 44, 3. caſtra tumulo—ſunt—acclinata.

acclinaturos ſe ad cauſſam ſenatus, 4, 48.

ACCOLA, 26, 24. Philippum eis et Macedonas graves accolas eſſe.

ACCRESCERE, 1. 54. quum—dictis factiſque omnibus ad fallendum inſtructis vana accreſceret fides.

ACCUBARE, 39, 43. illam infra eum accubantem. *h. e. in ſinu conſulis recubantem. Sic Cicero Epp. Div.* 9, 26. *infra Eutrapelum Cytheris accubuit.*

ACCURATE, 44, 35. quo quæque *accuratius curantur*, eo facilius loquacitate regiorum miniſtrorum emanant. *cf.* 42, 45.

ACCUSARE Ætolorum conſilia, 36, 29. *i. e. reprehendere.*

conſulem, veluti dicta die, accuſant, 44, 22.

ACCUSATIO, 33, 47. ſubſcribere odiis accuſationibuſque Hannibalis. *i. e. quæ Hannibali intentabantur.*

ACCUSATOR, 8, 32. eumdem accuſatorem capitis ſui ac judicem eſſe.

ACCUSATORIUS, 2, 61. ſemel cauſſam dixit, (*Appius*) quo ſemper agere omnia ſolitus erat, accuſatorio ſpiritu.

ACER, 9, 6. vultus indignitate rerum acrior.

vexari ac ſubigi multo acrius, 5, 2.

Sempronius—longe tum acerrimus juvenis, 37, 7.

ACERBUS, 7, 3. delectu acerbo juventutem agitavit.

ACERVATI cumuli hominum, 5, 48. *cf.* 22, 27.

in hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo, 3, 34.

ACETUM, 21, 37. ardentiaque ſaxa aceto putrefaciunt. *Acetum fuit potus militaris. Inde non mirum, quomodo id Karthaginienſibus, tantaque ejus copia, ad manus fuerit.*

ACHÆI, 38, 29. pro *funditoribus ex Achaia. Similiter Thraces dicuntur gladiatores e Thracia, aut Threïcio more pugnantes. Sic Indus* pro *rectore elephanti.* vid. *Indus.*

ACIES, 8, 9. pavorque cum illo latus ſigna primo Latinorum turbavit, deinde in totam penitus aciem pervaſit. *Hæc ſigna, aciei quippe oppoſita, intelligenda ſunt prima ſigna, et ſic forte legendum.*

Cui

Digitized by Google

Cui quidem emendationi non repugnat, quod 24, 16. antefignani—ſigna perturbata—tota impulſa acies *deinceps commemorantur. Nam et in hoc loco* ſigna *pro ſignis primis accipienda videntur.*

dextra omnis *acies* extra prælium *eminens* ceſſabat, 27, 48. *Acies i. q. cornu. Sic* 9, 40. dextrum *cornu*, dictatoris *acies. cf.* 23, 29. *Sed illud* eminens *male habet Drakenborchium; ut malit aut* imminens, *ex auctoritate vel unius codicis, aut, de ſua emendatione*, eminus *legi. Enimvero vulgata lectio commode accipi poteſt aut de loco edito, in quo acies collocata fuerit, aut ſic, ut* eminens *idem ſit, quod* prominens acies, 22, 47. *ubi de* cuneo *ſermo eſt. Huic rationi contrarium videatur, quod verbo* eminendi *inſit notio exſtantis, ſurſum ſpectantis etc. At non ſemper ineſt. Apud Ciceronem etiam genæ, oculi* eminentes *dicuntur.*

aciem oſtendere, 29, 2.

acies aperta, 38, 41. *i. e. explicati ordines.*

in campos delata acies, 9, 37.

fluctuans et inſtabilis acies, 9, 35.

quo ſe fuſa acies contulerat, 9, 16.

cæſa acies pro diruto muro pugnans, 31, 17.

condenſam aciem irrumpere, 26, 5.

ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies, 9, 31.

vanior hoſtium acies, 2, 47.

acies juſta, 10, 14. *Oppoſ.* improviſo tumultui, *i. e. impetui ex inſidiis.*

acie dimicatum, 7, 29.

acie pugnatûros, 7, 14.

etiamſi pugnando acie viciſſet, 44, 39.

quod nec in acie ancipiti uſquam certaverant prælio, 5, 41.

ſegnitia Græcorum non committentium ſe in aciem, 7, 26.

egredi in aciem, 10, 12. *ſcil. e caſtris. Et* acies *haud dubie hic ſignificat locum, campum ubi pridie pugnatum fuerat.*

nonum ſe annum jam velut in aciem adverſus optimates—ſtare, 6, 39.

ire in aciem, 7, 32.

acie excedere, 31, 17. *i. e. pugna.*

acie expugnare, 33, 8. (*Macedonas*)

— depugnare, 9, 39.

ACQUIESCERE, 4, 60. rem familiarem ſaltem *acquieſcere* eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicæ eſſet. *i. e. non minui per abſentiam in caſtris.*

ACTIO movebatur, 5, 24. *i. e. mentio ejus fiebat.*

ratus locum tribuniciis actionibus datum, 3, 9.

actio conſularis, 4, 55. *i. e. delectus etc.*

multis actiones et res peribant, 39, 18. *h. e. non erat iis ſpatium reſpondendi.*

ACTOR, 7, 2. idem ſcilicet (*Livius*) quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor.

actores Atellanarum, *ibid.*

ACTUARIÆ naves, 25, 30. *i. e. quæ velis ſimul ac remis aguntur.*

ACTUS, *37, 27. ſub verberibus acti necantur.

Digitized by Google

ACTUS, 7, 2. fine imitandorum carminum actu. *vid.* imitari.
hiſtrionibus fabellarum actu relicto, *ibid.*
ACTUTUM, 29, 14. quam (*matrem Idæam*)—actutum in Italia fore nunciaverat.
ACUERE, 10, 45. hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut etc.
ACULEUS, 23, 42. te ad unum modo ictum vigentem, velut *aculeo emiſſo*, torpere. *Hanc lectionem recte tuetur Gronovius, quum ante legeretur* jaculo. *Verum, præter Ciceronem et Curtium, ipſius Livii auctoritate utendum erat*, 45, 37. *ubi hæc leguntur:* hæc ad militum animos *ſtimulandos* aliquem *aculeum* habent.
AD regem impetum facit, 1, 5.
ad ducis caſum perculſa multitudo, 9, 22.
ad præſentem terrorem deficeret, 9, 2.
ad pecora, 1, 4. *i. e. in paſcuis.*
ad famam obſidionis delectus haberi cœptus, 9, 7.
ad ſpem vulgatæ clementiæ defecerunt, 36, 12. *cf.* 2, 45.
ſeu ad metum virium, ſeu ad ſpem veniæ quum dedidiſſent ſe, 36, 13.
ad deſiderium, 1, 7. pro *deſideria.* *Sæpius enim prorſus abundat.*
ad gratiam ac libidinem, 9, 30. *i. e. eum partium ſtudio.*
ad vulgus ingratum judicium, 1, 26. *cf.* 24, 32. pro *vulgo f. apud v.*
matronas ad populum ſtupri damnatas, 10, 31.
ad multitudinem efficax deorum metus, 1, 19.
ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe, 28, 26.
res habitura plus famæ ad poſteros, quam fidei, 2, 10. *cf.* 5, 6.
furiarum ac formidinis plena omnia ad hoſtes eſſe, 10, 29. *cf.* 7, 7.
non ad maritimos modo populos, ſed, in mediterraneis quoque ac montanis, ad ferociores jam gentes valuit, 21, 60.
producti *ad* populum, *apud* præoccupatos Locrenſium clade animos, nullum miſericordiæ locum habuerunt, 29, 22.
Romanis ad manum domi ſupplementum erat, 9, 19.
ad fidem difficile, 3, 5.
cur ad majora tibi fidamus, 24, 8.
qui aliunde ſtet ſemper, aliunde ſentiat, infidus ſocius, vanus hoſtis, ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum eſſet, 24, 45. *h. e. additum ad illa duo exempla.*
ut legatum—ad exercitum pro conſule relinqueret, 8, 33. *cf.* 29, 20.
ad exercitum res invidiæ fuit, *3, 32.
ad plebem vana auctoritas, 3, 21.
ad tribunos plebis adit, 40, 29. *vid.* adire.
ad hoſtes bellum parare, 7, 7.
— edictum adeſſe, 27, 13.
— edictum convenire, 34, 56.
— parentes reſtituere, 2, 49.
cauſſæ criminum ad plebem, 5, 20.

Digitized by Google

ad quam rem, 37, 16. *i. e. cujus rei cauſſa.*
Roma eſt ad id potiſſimum viſa, 1, 34.
ad oſtium portus eſt invectus, 35, 39.
tribuni militum ad legiones, 7, 5. *i. e. legionarii.*
ad id quod, 44, 37. *i. q. præterquam quod.*
puberes ad triginta, 9, 29. *it.* 37. *cf.* 10, 17. (*circiter*)
quum ad id dubios ſervaſſent animos, 21, 52. pro *adhuc, ad id uſque tempus. Sic* 9, 15. *gens dubiæ ad id voluntatis dicitur.*
levioribus et ad id fabrefactis navigiis, 37, 27. *i. q. ad id negotium, eo conſilio, ſcil. celeriter effugiendi perſequentibus.*
ad hoc fecimus conſulem ut etc. 45, 39. *i. e. propterea, ideo, ob hoc. cf.* 2, 11.
ducentos equites. *Ad hoc* mille et quingenti pedites etc. 42, 1. pro *præterea.*
ad ludibrium conſalutari eum regem juſſit, 36, 14. *i. q. ludibrii cauſſa.*
ad contumeliam inexpertus, 6, 18.
bello quoque bonus ad cetera, 30, 1. *it.* vir ad cetera egregius, 37, 7. *i. e. ſuper, præter.*
arma Tuſculum ad ſupplementum decernerent, 3, 42. (*præter*)
occaſio ad rem gerendam, 37, 26.
ſervi ad remum, 34, 6. *i. e. remiges.*
milites ad naves, 22, 19. pro *ſociis navalibus. Alibi autem* milites *opponuntur* ſociis navalibus *proprie dictis.*
homini, non ad cetera Punica ingenia callido, ut perſuaſit, 22, 22. *i. e. in comparatione cum ceteris.*

ADACTIO, 22, 38. legitima jurisjurandi adactio. *i. e. ad jusjurandum.*

ADÆQUARE, 1, 29. omnia tecta adæquat ſolo.
quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quidquam adæquare potuit, 1, 56.

ADÆQUE, 4, 43. ut, *quemadmodum* in tribunis—uſi ſint, *adæque* in quæſtoribus liberum eſſet arbitrium populi.

ADAPERIRE, 5, 21. adaperto cuniculo.
adapertæ fores portæ, 25, 30.
adapertis forte, quæ velanda erant, 45, 39.

ADAUGERE, 10, 23. facto egregio magnifica verba adauxit.

ADCIŞUS, *vid.* accifus.

ADCLARARE, *vid.* acclarare.

ADCLINARE, *vid.* acclinare.

ADCOLA, *vid.* accola.

ADCURATE, *vid.* accurate.

ADDERE, 4, 25. ne cui album in veſtimentum *addere* petitionis liceret cauſſa. *Forte i. q.* indere. *Sic certe alii ſcriptores loquuntur.*
additi eodem haud ita multo poſt novi cives, 1, 33.
adderet eo triginta naves, 27, 22.
adde huc, 7, 30.
additus nomini honos, 2, 2.
eodem anno duæ tribus additæ, 7, 15.

Digitized by Google

ut adverſando remorandoque incitato ſemel militi adderent impetum, 2, 45.

viro forti adde virgas, et in eum primum lege age, 26, 16.

animos ad non parendum addebat, 41, 10.

pars addere gradum, 10, 20. *i. e. feſtinantius pergere.*

haud parvum vectigal inopi ærario additum, 7, 16.

ADDICERE, 1, 36. aves addicunt. *al. admittunt. cf.* 22, 42.

in ſervitutem addicere, 3, 56. *Verbum proprium de Prætore, qui rem aut hominem alteri tradit. Id quum fieret etiam in debitoribus, qui non eſſent ſolvendo, inde hi quoque addicti Livio dicuntur. e. c.* 6, 15. prohibendo judicatos *addictoſque* duci. *cf.* 2, 23.

ADDUBITARE, 2, 4. de legatis *paullulum addubitatum* eſt.

Appium addubitaſſe ferunt, cernentem, ſeu pugnante, ſeu quieto ſe, fore collegæ victoriam. 10, 19. *cf.* 8, 10.

ADDUCERE ad effectum aliquid, 33, 33. notitiamque eam brevi—in familiaris amicitiæ adduxerat jura, 1, 34. *h. e. effecerat ut ex noto familiaris fieret. Si quidem ſanus locus. Forte legendum:* notitiaque eum brevi in f. a. a. jura.

ſupplementum ab Roma adduxit, 9, 33.

in quod diſcrimen rempublicam adducerent, 3, 17.

ad ultimum diſcrimen adducere, 45, 8.

pecuarios ad populi judicium adduxerunt, 33, 42.

interrogant, ecquid aurum ſecum adduxiſſet, 44, 26. pro *attuliſſet.*

ADEDERE, 1, 7. Pinarii, extis adeſis, ad ceteram venirent dapem.

ADEO ſpreta in tempore gloria interdum cumulatior redit, 2, 47. pro *etenim, cum vi aliqua. cf.* 8, 37. *Sic ſolet οὕτως Græcis dici.*

ADEOQUE, 22, 32. Adeoque inopia eſt coactus Hannibal, ut—Galliam repetiturus fuerit. *Valde arridet emendatio Burmanni, ad Lucan.* 7, 406, eoque inopiæ *legentis.*

ADEQUITARE, 9, 22. eo ferocius adequitare Samnites vallo. *Alii: obequitare.*

ut prætores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracuſas, 24, 31. *Hic etiam alii* obequitaverint, *alii* abequitaverint *legi volunt.*

ADESSE, 45, 28. juſſis Amphipolim adeſſe. *niſi vero malis cum Dukero* Amphipoli. *Sic enim legitur initio cap. ſequentis.*

Etruſci omnibus copiis aderant, 10, 5. *i. e. cum o. copiis.*

aderat judicio dies, 3, 12.

ingens aderat certamen, 3, 10.

ſuus cuique animus—adhortator aderat, 9, 13. *cf.* 28, 19.

qui auſpicio adeſt, 10, 40. *de pullario, qui præeſt. Sed illud verbum de ſacris uſitatius.*

ſi felicitas adeſſet, 30, 32.

dii hominesque illi adfuere pugnæ, 7, 26.

majorem multo victoriam, quam cujus ex ſpoliis dona portarent, adeſſe populo Romano, 29, 10.

dictator interceſſioni adero, 6, 38. *i. q. ei auxilio ero.*

noſtriſque et nunc querelis adſint (*dii*) et mox armis, 3, 25. *i. e. querelas propitii audiant, et arma juvent.*

adeſſe

Digitized by Google

adeſſe in foro, 3, 14. *ſcil. plebis hominibus. cf. cap. 44. ubi*, qui aderant, *et* advocati *eodem ſenſu dicuntur.*

ADFATIM, ADFECTARE, ADFECTUS, ADFERRE, ETC. vid. *affatim, affectare, affectus, etc.*

ADHIBERE, 5, 6. belli neceſſitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel luſus ac voluptas elicere ſolet.

vivo tibi ea diſciplina a me adhibita eſſet, 1, 28.

eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, 26, 25.

ADHORTATOR, 7, 32, audiendus dumtaxat magnificus adhortator.

ſuus cuique animus, memor ignominiæ, adhortator aderat, 9, 13.

ADJACERE, 7, 12. maxime qua ex parte *Etruriam adjacent. Forma ſane durior et inſolentior. Ea certe non uſi ſunt, niſi poëtæ et ſequioris ævi ſcriptores.*

ADJECTIO illiberalis, 38, 14. *dicitur de ementibus, quum paroe nimis, et per gradus quaſi minutos aſſurgunt ad pretium rei comparandæ deſtinandum, in quo acquieſcere venditor poſſit.*

ADIGERE, 27, 49. fabrile ſcalprum—ipſo in articulo—quanto maximo poterat ictu, adigebat.

omnes juniores ſacramento adigit, 9, 29. *it. cap.* 43. *cf.* 6, 32.

jurejurando adegit, numquam amicum fore populo Romano, 35, 19. *i. e. adegit, ut ſponderet etc.*

ADJICERE, 10, 7. eos viros, quos—honoraritis—pontificalia atque auguralia inſignia adjicere. *ſcil. ſibi, addere ſuperioribus inſignibus.*

adjiciebat huic muneri agri aliquantum, 2, 41. *i. e. adjiciendum curſebat.*

ſeſſis tædio tot malorum, nivis etiam caſus ingentem terrorem adjecit, 21, 35.

adjectique pœnæ celeri juxta inſontes, 24, 5. *i. e. pariter puniti.*

aliquantum ea res duci famæ et auctoritatis adjecit, 44, 33. *i. e. addidit, conciliavit.*

ADIPISCI, 6, 8. malis conſiliis pares adepti eventus.

quos ſequebantur, non ſunt adepti, 24, 1.

facile ſunt adepti ſeſſos, 2, 30. *it. cap.* 64.

adeptuſque eum—ita circumvenit ut etc. 29, 32. *cf.* 27, 2.

ADIRE ad diſceptationem populum R. 41, 23.

ad eam partem urbis, qua adierant, 10, 34. *ſcil. ad urbem.*

ſcriba *ad* tribunos plebis adit, 40, 29. *Sic legunt Gron. Crev. Sane inſolentior dictio.*

in faucibus, quæ Tempe adeunt, 42, 54.

ADITUS, 44, 6. omneſque aditus aperit bello.

ſummotor aditus, 45, 29. *vid.* ſummotor.

rari aditûs (*ſcil. decemviri erant*) colloquentibus difficiles etc. 3, 36.

ADJURARE, 43, 14. ut præter commune omnium civium juſjurandum hoc adjurarent.

AD-

Digitized by Google

ADJUVARE, 29, 1. ad bellum adjuverunt.
leve dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit, 27, 15.
clamore—Romani adjuvant militem ſuum, 1, 25. *i. e. incitant, animant.*

ADLABI, ADLATRARE, ADLEGARE, ETC. vid. *allabi, allatrare, allegare, etc.*

ADMINICULUM, 6, 1. quo primo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe ſtetit.
id ſenectuti ſuæ adminiculum fore, 10, 22. (*Decium*)

ADMIRATIO, 26, 12. admiratio orta eſt. *i. e. mirum videbatur.*
admiratio humana, 26, 19. *i. e. hominis, ad quam illa ſpectat.*

ADMISSUM, 25, 23. ne quid falleret tale admiſſum.

ADMITTERE, 4, 3. ſi non ad faſtos, non ad commentarios pontificum admittimur.
neque comitiorum curam plebs ad animum admittebat, 7, 19.
precationem admiſiſſe deos, 31, 5.
eas conditiones imperator R. vix auribus admiſit, 30, 3.
in Poſtumium—Tarquinius—equum infeſtus admiſit, 2, 19.

ADMODUM, 43, 11. exacto admodum menſe Februario, *i. e. toto, ſolido.*
admodum quingenti, 44, 43. *i. e. neque plures, neque pauciores, numero finito.*
armorum hoſtilium magnam vim tranſtulit, nullam pecuniam admodum, 40, 59.
ubi ſatis admodum et ſuorum et hoſtium animos eſt expertus, etc. 34, 13. *i. q. fere.*
quia pauci admodum erant, 10, 41.

ADMONERE, 5, 46. locus ipſe admonebat Camilli.
admonuit, cum ſecuribus ſibi faſces præferri, 24, 9. *Verbum ſolito gravius h. l. accipiendum.*

ADMOVERE, 26, 30. exercitum ad urbem admovere.
priuſquam ſigna Achradinam admoveret, 25, 24. *cf.* 9, 6. *it.* 28, 46.
tria (*opera*) adverſus Pyrrheum—admovit: unum e regione Æſculapii, 38, 5.
priuſquam armatos muris admoveret, 44, 9.
ſpes cupiditati admota, 43, 10.
metus tormentorum admotus, 27, 43.

ADOLESCERE, 1, 4. ætas adolevit.
oppido adoleſcens pontifex legitur, 42, 28.
Popillius conſularis et alii pari nobilitate adoleſcentes tribuni militum in Macedonicas legiones conſulem ſecuti ſunt, 44, 1.

ADORARE, 21, 17. adorati dii ut etc.
hoſtia cæſa pacem deûm adorare, 6, 12. *i. q. orare.*

ADORIRI juſta pugna, 37, 41.
oppugnatio eos—adorta eſt, 21, 11.
operibus oppugnare eſt adortus, 37, 5. *niſi cum nonnullis legatur*, adorſus. *it. cap.* 32.
prima pars quum adorta oppugnare eſt, 28, 3. *cf.* 3, 44.
Epiri caſtellum adortus oppugnare, 43, 21.

caſtra

Digitized by Google

caſtra conſulis adorti ſunt oppugnare, 2, 51.

ADORNARE, 1, 20. inſignique eum veſte adornavit.

eodem conatu apparatuque omni opulentia inſignium armorum bellum adornaverant, 10, 38.

armatum adornatumque adverſus Gallum ſtolide lætum producunt, 7, 10.

roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit, 8, 14.

ſi nobilitas ac juſti honores adornarent, 28, 42.

ADVEHI, 9, 31. ad ancipitem maxime pugnam *advectus*, deſilit ex *equo*. *cf.* 28, 2.

ADVENIRE, 25, 3. cui (*multæ*) certandæ quum dies adveniſſet. *cf.* 29, 1.

adeo ne advenientem quidem gratiam homines benigne accepere, nedum ut præteritæ ſatis memores ſint, 30, 21.

vim afferre rei ſuæ ſponte mox ad eum adventuræ, 45, 19.

ADVENTARE, 5, 33. adventante fatali urbi clade.

ADVENTICIUS, 8, 28. florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus.

ADVERBIA *plura junctim poſita*, 2, 22. numquam alias ante publice privatimque.

ſi quando umquam ante alias, 32, 5. *cf.* 1, 28. 6, 42. 9, 39.

non umquam alias ante, 2, 9. *Ex quo præcipue loco intelligitur, tales accumulationes adverbiorum et particularum, ad ſenſus diverſitatem nihil aut parum profuturas, ſtudioſe quæſitas ab Livio eſſe. Poterat enim* numquam *dicere. In quo mihi imitatus videtur Græcos, quorum lingua et in hoc genere locupletiſſima fuit et affluentiſſima. Ejus rei exemplum diſertius non memini me legere Xenophonteo, Mem. Socr.* 4, 8, 1. ἐνθυμήσατο πρῶτον μὲν, ὅτι οὕτως ἥδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν, ὡς· αἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον.

ADVERSUS, 10, 6. adverſa belli res. *Quamquam ante Drakenborchium legebatur* adverſæ b. r.

adverſus annus frugibus, 4, 12.

ſi—adverſa pugna eveniſſet, 8, 31.

adverſa patrum voluntate, 1, 46.

adverſa nobilitate, 39, 41. *i. e. adverſante. cf.* 6, 42.

omnes adverſos habebat, 33, 46.

adverſis auribus militum, 41, 10.

adverſo tumultu paventes, 21, 28. *i. e. qui erat e regione, ſ. ante oculos.*

Celtiberos in mediam aciem in adverſa ſigna legionum accepere, 30, 8. *i. e. ut contra legiones ſtarent.*

ſtrage armorum ſepta via eſt, maxime haſtis, quæ pleræque adverſæ cadentes, velut vallo objecto, etc. 35, 30. *i. e. cuſpide terræ obverſa, ut defigerentur. Dukerus malebat* tranſverſas. *Sed quomodo, quæſo, ita vallum effectum eſſet?*

adverſus Romanos nullum eis jus ſocietatis amicitiæve erat, 5, 35.

copiis iiſdem, quibus uſi adverſus Romanum bellum fuerant, 8, 2. *i. e. in bello adverſus Romanos.*

coitiones

Digitized by Google

coitiones adverſus rempublicam eſſe, *27, 2.

dux—adverſus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, 24, 8.

ſequar vos adverſus veteres ſocios meos, 40, 49.

quam (*pacem*) cum ſumma fide adverſus eum coluimus, 45, 8. *vid. Gron. Obſ.* 2, 20.

adverſus quæ ſingula quum reſpondere haud facile eſſet, 8, 32.

Gaditanis—remiſſum, ne præfectus—mitteretur, adverſus quod iis—conveniſſet, 32, 2.

adverſus advocatos in conſilium conſidere juſſit, 45, 7.

contumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit, 9, 46.

quid autem eſſe duo proſpera in tot ſeculis bella Samnitium adverſus tot decora populi Romani, 7, 32. *i. e. ad ſ. in comparatione cum t. d. p. R.*

nec gloriandi tempus adverſus unum eſt, 22, 39. *i. q. apud ſ. coram.*

ADVERTERE, 24, 48. quam multarum rerum ipſe ignarus eſſet, ex comparatione tam ordinatæ diſciplinæ, animum advertit. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri, 1, 12. *i. e. acciverat.*

ADULARI, 45, 31. *adulando* aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum, ſibi privatim opes oppreſſis faciebant civitatibus. *Aut ſimpliciter dictum, aut cum caſu quarto junctum, rarius eſt.*

ADULATIO, 9, 18. deſideratæ humi jacentium adulationes. *i. q. adorationes.* vid. *advolvere.*

ADVOCARE, 4, 1. confeſtim (*Canuleius*) ad concionem advocavit.

claſſicoque extemplo ad concionem advocavit, 8, 32.

deoſque ab ſe duobus prœliis haud fruſtra advocatos, 8, 33.

ADVOCATUS, 38, 33. ierunt alii etiam illuſtres viri et advocati privatis. *cf.* 3, 44. 26, 48.

ad ſubſellia tribunorum res agebatur. eo—Popillius—advocatus—venerunt, 42, 33.

ADVOLVERE, 8, 37. genibus ſe omnium advolvens. *cf.* 28, 34.

ÆDES *it.* ÆDIS *in caſu recto.*

Ædis Apollini pro valetudine vota eſt, 4, 25.

Rhodiorum ſociorumve quæ *ædes ædificiaque* intra fines regni Antiochi ſunt, 38, 38. *cf.* 1, 33. *Quomodo differant, de eo vid. Noodtii Obſ.* 1, 10.

inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam—ſed fanum tantum, id eſt, locus templo effatus, ſacratus fuerat, 10, 37.

ædes liberæ, 30, 17. *i. e. gratuito habitandæ. cf.* 42, 1. *vid. in v. locus.*

ÆDITUUS, 30, 17. uti æditui ædes ſacras omnes tota urbe aperirent. *cf.* 25, 7.

ÆDIFICARE, 26, 1. ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius ullam urbem—ædificarent.

hibernacula ædificari cœpta, 5, 2.

pro-

Digitized by Google

promiſcae urbs ædificari cœpta, 5, 55.

ÆGER, 9, 29. qui graviter æger Romæ reſtiterat.

gravi et periculoſo morbo æger, 42, 28. *Omnino* æger *de corpore ſæpius Livio dicitur, nec eſt Latinis* ægrum *inter et* ægrotum *ea differentia, quæ inter* ægrotationem *et* ægritudinem *eſt.*

conſolantur *ægram animi*, 1, 58. *cf.* 2, 36. 30, 15.

quum utrumque ipſi pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina petiſſent, 9, 20.

ÆMULARI, 1, 18. quem (*Pythagoran*) juvenum æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe conſtat. *i. e. ſequentium.*

ÆQUALIS, 5, 52. ſacra, æqualia urbi, quædam vetuſtiora origine urbis.

nec enim aut lingua aut moribus æquales abhorrere, 40, 57. *Sed Dukero et Creverio delenda vox* æquales *videtur.*

urbem in æternum conditam fragili huic et mortali corpori æqualem eſſe, 28, 28.

imber—lentior deinde æqualiorque accidens auribus, 24, 46.

ÆQUARE, 6, 18. ſolo æquandæ ſunt dictaturæ conſulatuſque, ut caput attollere Romana plebes poſſit.

quum æquaſſent aciem, 3, 62. *i. e. longiorem aciem ſuam hoſtili eſſe noluiſſent.*

mox plures ſimul conferti porta effuſi æquaverant certamen, 29, 34. *i. e. non inconditi nec pauci, ſed numero pares erant.*

rem metu Romanorum equitum inclinatam æquavit, 34, 14.

per ſomnum vinumque dies noctibus æquare, 31, 41.

æquaſſe eum Appii odium, 2, 27. *i. q. in eodem odio, quo Appius, eſſe, æque inviſum eſſe.*

ad ſolatium æquatæ repulſæ, 10, 37.

magnitudini (*regii nominis*) ſemper animum æquavit, 33, 21. *pro magnitudinem ſemper animo æquavit. Itaque etiam ſic legi volebat Dukerus. Sane poëticum illud videtur. Sed multa ſunt apud Livium poëtis, quam aliis ſcriptoribus, uſitatiora.*

ſi qua alia arte cognomen ſuum (*Maximus*) æquavit, tum maxime bellicis laudibus, 10, 3. *i. q. implevit.*

etſi omnia flammis ac ruinis æquata vidiſſent, 5, 42.

ÆQUE, 5, 3. umquam æque, quam munere Patrum in plebem.

nec quidquam aliud æque, quam mœnia ipſa ſeſe defendebant, 26, 45.

ÆQUIPARARE, 37, 53. ut nemo—me æquiparare poſſit. *i. q. æquare, quod eſt in eodem capite.*

ÆQUUS, 5, 38. in æquo campi.

detrahere ad æquum certamen, 22, 13. *i. q. in æquum locum, planiciem.*

ut quibus locus æquior eſſet, 25, 13. *i. e. opportunior.*

et tempore et loco æquo, 26, 3. *i. q. idoneo, commodo.*

aſſueſtis æqui audire, 5, 6. *i. e. faciles, faventes.*

æquam pugnam ſuſtinere, 9, 12. *h. e. ita ut maneat æqua.*

ut (*præda*) quam æquiſſima eſſet, 38, 23.

adeo in æquo eum duarum—gentium—imperatoribus poſuerunt, (*Philopœmenem*) 39, 50.

Digitized by Google

ne in æquo hoſtes veſtri noſtrique apud vos ſint, ac nos ſocii, immo ne meliori jure ſint, 39, 37.

reddita æqua Cannenſi clades, 27, 49.

æqua libertas, 4, 5. *i. q. æqualis.*

ut qui ex æquo nos veniſſe in amicitiam meminiſſemus, 7, 30.

neque ut æquo tamen fœdere, ſed ut in ditione populi Romani eſſent, 9, 20. *cf.* 9, 4. *Sic Tacitus Vit. Agric.* 20. ex æquo agere *dixit Britannos, i. e. non obnoxios Romanis, ſed ſui juris ut æquum fœdus poſtulare poſſent.*

ÆRARIUM, 27, 10. aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit.

ÆRARIUS, 9, 34. quum, ira finitæ poteſtatis, Mam. Æmilium, principem ætatis ſuæ belli domique, ærarium fecerunt, *i. e. ærario obnoxium, juriumque libertatis expertem. vide Cel. Strothium ad* 4, 24.

ÆRATUS, 38, 35. ærata clipea. *Drakenborchius legi vult aurata. cf.* 35, 10.

ÆS, 5, 7. voluntariam extra ordinem profeſſis militiam ære procedere, *i. e. ſtipendia. vid. Gronov. ad* 5, 48. *cf.* 5, 4.

æra militibus conſtituta, 5, 2. *vid. Clav. Ciceron. in v. æs.*

ei centum millia gravis æris dari Patres juſſerunt, 32, 26. *vid. Salmaſ. de uſur. p.* 574. *Perizonius de ære gravi* §. 18. 24.

ÆSTIMARE, 41, 20. quibuſdam honoratis magnoque æſtimantibus ſe. *i. e. exiſtimantibus, egregio ſe honore et præmio dignos eſſe. Non latinum eſt de ſententia Dukeri, nec Livio dignum, quod mihi ſecus videtur.*

quæ munera quando tandem ſatis grato animo æſtimaturos, 6, 39.

ſuam quoque noxam pari pœna æſtimatam rati, 28, 31.

voluntatis noſtræ tacitæ velut litem æſtimari veſtris inter vos ſermonibus audio, 45, 24. *Gronovius malebat* voluntati. *Enimvero utraque conſtructio bene latina eſt, etiam auctore Cicerone. vide Drakenborchium ad h. l. Ceterum ſenſus hic eſt: malæ voluntati pœnam ſtatui, vel quæri, qua pœna ſit digna. cf.* 29, 9.

ÆSTIMATIO honoris, 3, 63. *h. e. utrum dignus aliquis eo honore ſit, an minus.*

æſtimatio æquis rerum pretiis liberavit, 7, 21. *ſc. inertiam debitorum. vid. Jul. Cæſ. B. C.* 3, 1.

legem de mulctarum æſtimatione—ipſi præoccupaverunt ferre, 4, 30.

in æſtimationem urbs agerque venit, 5, 25.

ÆSTIMATOR, 34, 25. incautior (*Damocles*) fidei æſtimator fuit.

ÆSTIVUS, 5, 6. aves æſtivæ.

æſtiva ſub tectis equitatus! 29, 34. (*verba Scipionis*)

ne tamen ſegnia æſtiva eſſent, 37, 5.

per æſtivos ſaltus devioſque calles exercitum ducimus, 22, 14.

ÆSTUS flagrantiſſimus, 44, 36.

tres (*quinqueremes*) in fretum avertit æſtus, 21, 49.

ÆTAS tredecim annorum, 9, 18. *i. e. regimen Alexandri M.*

quum

Digitized by Google

quum primum in ætatem veni, 42, 34. *Sic Græci: ἐν ἡλικίᾳ εἶναι, i. e. ætatem militarem habere. Sic Cicero:* in ætatem venire. *Idem* ætatem *pro* adoleſcentia *dixit Off.* 2, 13.

ætas militaris, 28, 19. *pro hominibus militari ætate.*

ætas omnis obvii currere, 27, 51.

quum vinum animos, et nox et mixti feminis mares, ætatis teneræ majoribus, diſcrimen omne pudoris exſtinxiſſent, 39, 8.

quid ſe id ætatis ſollicitaſſent, 10, 24. *i. e. adeo ſenem ad conſulatum accipiendum ſollicitaſſent.*

florem ætatis—quem ipſe patri Hannibalis fruendum præbuit, 21, 3.

ÆTERNUS, 3, 16. æterni hoſtes Æqui et Volſci.

ne æterna illis licentia ſit, 3, 9.

in æternum urbe condita, 4, 4. *cf.* 28, 28. 34, 6.

quæ (*nox*) pæne ultima atque æterna nomini Romano fuerit, 6, 17.

AFFATIM, 23, 16. agri affatim materiæ præbebant.

affatim lignorum, 10, 25. *it.* pecuniæ, 23, 5. *cf.* 9, 35.

AFFECTARE regnum, 1, 46. *i. e. non appetere modo, verum etiam occupare.*

potiundæ Africæ ſpem affectantem (*ducem Romanum*), 28, 18. *Forma dicendi ſane inſolentior.*

ſe exercitumque ſuum gravi morbo affectari, 29, 10. *Niſi vero legas* afflictari *vel* attentari: *rarius enim illud eſt.*

AFFECTUS, 28, 26. quem (*imperatorem*) affectum viſuros crediderant. *Simpliciter dictum pro imbecillo e gravi morbo.*

vires corporis affectæ, 5, 18.

refectuſque miles, hibernis itineribus affectus, 22, 9.

affectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit, 5, 52.

affectos animos (*Saguntinorum*) recreavit repentina profectio Hannibalis in etc. 21, 11. *i. e. ægros, anxios metu.*

tributum ex affecta re familiari pendant, 5, 10.

AFFERRE, 2, 36. in forum ad conſules lectica affertur.

litteræ allatæ ab urbe, 22, 11.

multa diem tempuſque afferre poſſe, 42, 50.

congruentia ad conſulem afferentes, 9, 31.

alii, majorem afferentes tumultum nuncii occurrunt, 27, 33.

cœlum arſiſſe afferebant, 31, 12.

quonam ſe pacto paucos et infirmos crederet præſidio tam valido et armato vim allaturos, 9, 16.

AFFIGERE, 41, 18. quæ inanima erant, parietibus affigunt. *Sermo eſt de corruptione et fractione. Niſi vero cum nonnullis, probante Drakenborchio, legere malis* affligunt. *Omnino confunduntur hæc duo verba. Itaque etiam* 21, 35. *pro* hærere afflicti veſtigio ſuo, *ſunt* qui *legi velint* affixi.

repetituſque ſæpius cuſpide ad terram affixit, 4, 19.

attollentem ſe ab gravi caſu, Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit, 8, 7. *cf.* 29, 2.

hærere affixi concionibus, 3, 68.

AFFINIS, 43, 16. ſociuſve aut affinis ejus conductionis eſſet.

ne

ne quis affinis ei noxæ eſſet, 39, 14.

Maſæſyli, gens affinis Mauris, in regionem Hiſpaniæ—ſpectant, 28, 17. *i. q. confinis.*

AFFIRMARE, *Præf.* ea nec affirmare nec refellere in animo eſt. *i. e. approbare.*

rem tam veterem pro *certo* affirmare, 1, 3. *Notetur generum diverſitas.*

affirmata res mea opinione, 37, 48.

ea res utique Trojanis ſpem affirmat, 1, 1. *i. e. ſpem certam facit.*

ut etiam atque etiam promiſſa rebus affirmarent, 22, 13.

affirmavit petendo ut etc. 32, 35.

affirmata certe eo caſu Tullii apud dictatorem fides eſt, 7, 14.

conſul affirmavit errorem, 10, 41.

AFFLARE, 21, 54. afflabat acrior frigoris vis.

terga tantum afflante vento, 22, 43.

faucii afflatique incendio effugerunt, 30, 6. *Paulla ante* ambuſti *dicuntur.*

AFFLATUS, 39, 22. ignes cœleſtes aduſſiſſe complurium levi afflatu veſtimenta.

correpti alii flamma ſunt, alii ambuſti afflatu vaporis, 28, 23.

AFFLIGERE, *vid. dicta ad v.* affigere.

præſidium regiæ afflictæ, 1, 39.

recepturum ſe afflictas res, 25, 37.

cadentem navim ita undæ affligebat, 24, 34.

AFFLUERE, 39, 31. ut quæque potuerant, copiæ affluebant. *i. e. occurrebant.*

niſi effuſe affluant opes, 3, 26. *i. q. abundent.*

ex eo, quod affluit opibus veſtris, ſuſtinendo neceſſitates aliorum, 6, 15.

AFFULGERE, 9, 10. lux quædam affulſiſſe civitati viſa eſt.

et mihi talis aliquando fortuna affulſit, 30, 30.

ex inſperato gaudium affulſit, 30, 10.

affulſit repentina ſpes, 23, 32. *cf.* 32, 19. *it.* 42, 65.

cœli ardentis ſpecies affulſerat, 43, 13. *niſi cum Gronovio, probante Burmanno*, effulſerat *legatur.*

AFRICANÆ *ſcil. pantheræ*, 44, 18. *Nimirum, quia in Africa frequentes fuerunt, indeque in Italiam tranſvectæ.*

AGEDUM, 38, 47. mittite agedum—et quærite. *Sæpius plurali jungitur, ut* age *pro* agite, *ut* inquit *pro* inquiunt.

agedum lictor, excide radicem hanc, 9, 16.

AGEMA, 37, 40. addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. *cf.* 42, 51.

AGER campeſter, 30, 2. *Oppoſ. collibus*, 10, 2.

Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) a campeſtri agro appellatam, 4, 37. *cf.* 10, 2. *it.* 41, 12. *v. id.* campeſter.

ad quem (*agrum*) inſtruendum vires non eſſent, 6, 5.

agrum locare frumento, 27, 3. *i. e. ut coloni pendant frumentum, non pecuniam.*

hoſtem

hoſtem in agris non invenit, 3, 3. *i. e. agro ſcil. Romano, qui eſt idem cum territorio, quod nos dicimus.*

triumviri agro dando, 3, 1.

vox ager *omiſſa:* qui—in Cruſtuminum nomina darent, 1, 11.

AGERE, 30, 9. ſtimulante fortuna raptim agebantur.

quæ ferre atque agere poſſint, præ ſe agentes portanteſque, 38, 18. *cf.* 3, 37. 22, 3. 31, 30.

cloacamque maximam—ſub terram agendam, 1, 56. *it. de cuniculis.*

agere in arma, 6, 15.

ceteros ad certamen egit, 9, 41.

multis millibus armatorum actis ex ea regione, 44, 31. *pro* coactis, *uti ſuſpicatur legendum Grono ius.*

ut ipſi ex alieno agro raperent agerentque, 22, 1.

ferre, agere plebem plebiſque res, 3, 37.

raptim agmine acto, 23, 36. *cf.* 25, 9.

levibus prœliis cum Gallis actis, 22, 9.

bella, quæ continua per quartum jam volumen—agimus, 10, 31. *i. e. perſequimur enarrando.*

in litus paſſim naves egerunt, 22, 19. *h. e. appulerunt. cf.* 9, 38.

ne deſperata venia hoſtes cæcos in perniciem eorum ageret, 9, 14.

velut nocturna ſolitudine per urbem acta, 23, 25.

agere urbis cuſtodiam, 5, 10.

Diis immortalibus laudeſque et grates egit, 26, 48. *cf.* 27, 13.

Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli paciſque agere, 44, 15. *Alibi Livius:* pacis ac belli modum facere, 9, 14.

fides agi viſa, 7, 31.

qui ſe fine legibus certis, fine magiſtratibus agere querebantur, 9, 20. *cf. cap.* 25.

ſuſpenſique de ſtatu alterius uterque conſul ageret, 9, 43.

ſic enim *agere* debent, qui mercenario milite utuntur: at nos, tamquam cum civibus *agere* volumus: *agi*que tamquam cum patria nobiſcum æquum cenſemus, 5, 4.

quando lege agi poſſet, 9, 46.

is, tamquam reos ageret, ab anteacta vita orſus, 24, 25.

quum maxime hæc in ſenatu agerentur, 4, 3.

agebatur de conditionibus, 8, 37. *i. e. ambigebatur, diſceptabatur.*

agere rogando ſuadendoque, 2, 2. *eleganter dictum,* pro *rogare et ſuadere, ſimpliciter.*

non imperio modo, ſed conſilio etiam, ac prope precibus agens cum magiſtro equitum etc. 22, 18.

eamdem publice curationem agens, quam Mælius privatim agendam ſuſceperat, 4, 13.

ut qui ſuo nomine permultos annos imbelles egiſſent, 9, 45.

ibique hiberna egerunt, 9, 28.

hæc

hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, 25, 4. *i. e. cum vehementia quadam ex indignitate orta.*

apud concionem togatam et urbanam prius reus agatur, 45, 37.

nec dubia argumentis colligendo ago, 40, 9. *i. e. persequor, ut ad verum perveniam.*

canticum egisse aliquanto magis vigente motu, 7, 2.

hæc simul jurgans, querens, Deûm hominumque fidem obtestans, et complexus filium plurimis cum lacrimis agebat, 8, 33.

passim omnes clamoribus agunt, 2, 45.

AGGRAVARE, 6, 27. *aggravantibus* summam etiam invidiæ ejus tribunis plebis, quum ab iis *elevaretur*, quibus etc.

regno prope—*in cervices accepto*. Unum abfuit bellum externum, quo si *aggravata* res essent, etc. 4, 12.

inopia aggravari socios, 24, 36. alii: *inopiam aggravari sociorum.*

AGGREDI, 1, 42. aggrediturque inde *ad* pacis longe maximum opus. *Forma dicendi etiam Ciceroni usurpata.*

AGGREGARE, 30, 11. quum aut vincentibus spes, aut pulsis ira aggregat suos.

AGITARE, 43, 17. Achaico concilio Argis agitato.

de inferendo bello agitat, 9, 29. *cf.* 21, 26.

agitatum contentione ipsa exacerbatumque, 8, 33.

sæpius ultro citroque agitantibus rem conventuram, 30, 3.

quem nisi Saguntinum scelus agitaret, 21, 41.

AGLASPIDES, 44, 41. a tergo cætratis erat, frontem adversus clipeatos habebat: aglaspides appellabantur.

AGMEN, 6, 32. prius itaque mœnia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. (*de exercitu iter faciente*)

agmen Romanum, 30, 6. (*de exercitu pugnante ac cædente*)

agminibus magis, quam acie, pugnatum est, 29, 36. *cf.* 33, 9.

magis agmina, quam acies in via concurrerunt, 21, 57.

laxum atque solutum agmen, 22, 50.

fœdi agminis miserabilis via, 9, 5.

eunt agmine ad urbem, 3, 50.

exercitus infesto agmine ruere ad urbem, 3, 3. *cf.* 7, 12.

redeuntes agmine incauto, 9, 38. *cf.* 35, 4.

agmine inexplorato euntem insidiis circumventum, 26, 3.

accepti in urbem agmine in forum descendunt, 3, 18.

agmen demittunt, 9, 27.

præcedens militum agmen ad tribunal pergit, 7, 13. *cf.* 3, 51. 33, 6.

uno agmine abierunt, 9, 30. (*de tibicinibus ex urbe profugis*)

mulierum ac spadonum agmen trahentem (*Darium*) 9, 17.

unoque agmine feminæ obsidebant, 34, 8. *Rara, ut res, ita dicendi forma; nam ut ex positis apparet, de motu agmen dicitur.*

Sed

Digitized by Google

Sed tamen etiam 6, 38. *dictator dicitur* ſtipatus agmine patriciorum conſediſſe. *cf.* 8, 30. aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hoſtium agmen. *i. e. ſtabilem aciem.*

agmen cogere, 37, 29. (*de claſſe*)

ingenti itinere agminis, 32, 13.

agmen fugientium, 31, 41.

agmine tacito, 21, 48. *it.* ſilenti, 25, 39.

AGNOSCERE, 26, 6. nihil ad eam ſpem agnoſcentem, *ſcil.* matrem. *i. e. ſpem ſibi factam vanam eſſe exiſtimantem.*

necdum enim (*Eumenes*) agnoverat, qui poſtea regnavit, 45, 19. *i. e. pro legitimo eum filio habuerat, ut ſucceſſorem deſtinaret.*

AGRARIUS triumvir, 27, 21.

priuſquam ab tribunis plebi agrariæ ſeditiones, mentione illata de agro—dividendo, fierent, 4, 47.

agrarii ſe in ſpem legis erexerant, 3, 1. *h. e. ii, qui diviſionem agrorum expetebant.*

AGRESTIS, 5, 53. ritu paſtorum agreſtiumque.

Nolani agreſtes, 9, 28. *Oppoſ. Samnitibus militibus.*

agreſtis taurus, qui pecore aberraſſet, 41, 13.

ALA, 9, 41. umbonibus incuſſaque ala ſternuntur hoſtes. *Ala eſt, de ſententia Lipſii, ea pars humeri brachiique (axilla) qua adjutrice in conflictu et pugna cominus clipeus in hoſtem impellitur.*

equitum ſacræ alæ, 42, 58. *Creverius putat eſſe regias, tuentes regis corpus, ut vocantur,* 37, 40.

ALACER, 6. 24. et adhortatio in vicem totam alacri clamore perváſit aciem.

ALACRITAS, 2, 10. clamor Romanorum, alacritate perfecti operis (*rupti pontis*) ſublatus.

ALARIS, 10, 40. cohortes alares. *i. e. peditatus ſocialis.*

ALBANUS mons, 1, 3. *is, qui poſtea Albanus dictus eſt.*

ALBUM, 9, 46. faſtos circa forum in albo propoſuit. *cf.* 1, 32.

ALEA, 31, 35. tam celerem aleam univerſi certaminis timens.

aleam belli, tutam fore ratus, 37, 36.

in dubiam imperii ſervitiique aleam imus, 1, 23.

in aleam tanti caſus ſe regnumque daret, 42, 50.

ne ſummam rerum in non neceſſariam aleam daret, 42, 59.

ALERE, 34, 9. bellum ſe ipſum alet. (*de ſumtibus in bellum faciendis*)

rumores credulitate veſtra ne alatis, quorum auctor nemo exſtabit, 44, 22.

alitus atque educatus, 30, 28.

ALIAS, 2, 22. numquam alias ante publice privatimque. *vid. in v.* adverbia.

rationes *alias* repoſcito, *nunc* auctoritate veteris imperatoris contentus eris, 44, 36.

ALIBI, 2, 23. exprobrantes ſuam quiſque alius alibi militiam.

nolle alibi, quam in innocentia ſpem habere, 7, 41. *i. e. in alia qua re. cf.* 30, 35.

ALIENARE, 44, 27. Gentium regem ſibi alienavit.

ira alienavit a dictatore militum animos, 8, 35.

ne quis quem civitatis mutandæ cauſſa ſuum faceret, neve alienaret, 41, 8. *i. e. mancipio daret. cf.* 25, 36.

alie-

Digitized by Google

alienatus ad libidinem animo, 3, 48. *nisi legendum* alienato, *ut est in edd. quibusdam, it.* ab libidine. *i. e. ob libidinem, aut,* libidine, *absolute.*

Galli—velut alienata mente, vana incassum jactare tela, 10, 29. *i. e. consternati.*

hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire nec providere quidquam sinunt, 25, 39.

alienato ab sensu animo, 2, 12.

prius quam alienarentur omnia, 21, 60. *i. q. desererentur.*

pars insulæ, velut munitissima, prodita atque alienata, 24, 22. *i. e. relicta.*

ALIENIGENA, 3, 10. pericula a conventu alienigenarum prædicta.

exercitus alienigena, 28, 42.

hostis alienigena, 26, 13. *it.* 29, 10.

fratri—summa vi restitisse, *alienigenis* bene parto eo (*regno*) cedere, 42, 50.

ALIENUS, 5, 5. necessitate imposita ex alieno prædandi, *scil.* solo. *Sic* hosticum *dicitur. vid. infra in h. v.*

non alienus sanguine regibus, 29, 29. *i. q. propinquus, cognatus.*

quem (*hostem*) tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret, sine præparato commeatu etc. 7, 12.

suo maxime tempore et *alieno* hostibus, 42, 43.

ut memores rerum humanarum et suæ fortunæ moderarentur, et alienam ne urgerent, 37, 35. *i. q. aliorum.*

ALIMENTUM, 35, 23. addidit alimenta rumoribus adventus Attali, etc.

ALIO, 7, 18. plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum. si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus, 42, 46.

ALIOQUI *it.* ALIOQUIN, 35, 21. Saxum ingens, sive imbribus, sive motu terræ leviore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum etc. *cf.* 8, 9.

tumulum—tutum commodumque alioquin, nisi quod—cepit, 30, 29.

mors Marcelli quum alioqui miserabilis fuit, tum quod etc. 27, 27.

ALIQUANDO, 45, 23. nulla enim est civitas, quæ non et improbos cives aliquando habeat. *i. q. interdum.*

ne quid prætermitteretur, quod aliquando factum esset, 31, 9. pro *olim.*

ALIQUANTO plus, 3, 19. *i. e. multo.*

victorque Romam ad majus aliquanto certamen redit, 5, 29.

ALIQUANTUM tenebant loci, 37, 32. *i. e. plurimum. vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 86.

aliquantum temporis ad fugam præceperunt, 30, 8.

aliquantum iræ lenierat voluntaria deditio, 28, 20. *cf.* 29, 18. *et* 35.

aliquantum altitudinis excitata mœnia, 29, 18. pro *ad aliquantum.*

ALI-

Digitized by Google

ALIQUANTUS, 29, 35. in aliquantum maris ſpatium extenditur. *cf.* 38, 27. *vid. Drakenborch. ad* 21, 28.

ALIQUIS, 38, 30. ut aliqua liberum ad mare haberent aditum. *i. e. aliqua via, aliqua ex parte. cf.* 10, 5. 26, 27.

aut ipſe occurrebat, aut aliquos mittebat, 34, 38. *i. e. alios ſ. alios quos. cf.* 35, 19. *Cic. in Catilin.* 1. 8.

aliquid improviſum, 27, 43.

aliquo tempore anni, 5, 2. pro *alio quo, i. e. hieme. vid. quos laudat B. Patruus ad Tacit. A.* 1, 4.

ALIQUISQUAM *it.* ALIQUISPIAM, 41, 6. *Vox etiam Ciceroni uſurpata. vid. Drakenborch. ad h. l. it. Clav. Ciceron. in h. v.*

ALIQUO, 1, 21. inferre ſe aliquo.

dare nomina aliquo, 1, 11. *h. e. inter eos, qui proficiſci ſ. deduci in eum locum velint. cf.* 6, 22.

ALIUNDE, 24, 45. qui aliunde ſtet ſemper, aliunde ſentiat, infidus ſocius, vanus hoſtis. *i. e. qui ab alius partibus ſtet, etc.*

ALIUS, 28, 35. aliis atque aliis de cauſſis.

vinci animos, ubi alia vincantur, 21, 12. *i. e. muri, munimenta, arces.*

ſimul deſperatione alia ſalutis, 44, 10. *i. e. alius ſalutis ſ. alio modo ſui ſervandi.*

in eum campum via *alia* per cavam rupem, Romani, demiſſo agmine, quum ad *alias* anguſtias protinus pergerent, 9, 2. *i. q. alteras, anguſtias illis contrarias.*

inter primos, quorum concurſus alios exciverat, atrox prœlium fuit: alia multitudo etc. 7, 26. *i. e. reliqua. cf.* 1, 12. 3, 17. 5, 55, 6, 1. 9, 4. 24, 1. 40, 12. 41, 8.

aliaque ſanctitate et gravitate vitæ hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conſervavit, 38, 24. *cf. cap.* 26. *et quæ modo laudavimus. male igitur Drakenborchius, cum Burmanno, legit* reliquaque.

hæc aliaque dicendo, 29, 1.

hæc aliaque vociferantes, 5, 2. *ubi Drakenborch. legit*, taliaque.

alius exercitus, 21, 27. *i. q. reliquus.*

— equitatus, 37, 43.

— ſenatus, 27, 11.

alia ſuperbia, 1, 57. *i. q. cetera ſuperbiæ argumenta.*

quo *aliæ* partis hominibus animus accederet, 24, 27. *δεχαϊκῶς dictum. Sic* 22, 59. *pro* nulli unquam civitati *eſt in quibuſdam libris* nullæ.

nihil aliud quam—nec quicquam aliud quam &c. pro *nihil aliud fecit, quam, ut* &c. *formula Livio uſitatiſſima: vid.* 3, 19. 9, 17. 23, 3. 31, 24. 35, 49. 45, 22.

quibus quid aliud quam admonemus? 4, 3.

aliis alii exprobrantes, 31, 18. *ubi codices nonnulli* alius alii. *et ſic* 7, 8. 37, 24.

ALLABI, 25, 16. angues duo ex occulto allapſi.

ALLATRARE, 38, 54. qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudinem ſolitus erat.

ALLEGARE, 36, 11. quum patrem, primo allegando, deinde coram

Digitized by Google

ram ipſe rogando, fatigaſſet. *i. e. agendo per amicos. Nam privatim allegari homines dicuntur, publice legari.*

ALLEGERE, 10, 6. ut, quum quatuor augures—eſſent—quinque augures allegerentur. *i. e. inſuper crearentur, collegæ novi veteribus.*

ALLIGARE, 7, 24. vulnus alligatum, *i. q. obligatum, deligatum.*

auxilio incertum finem habituro alligari, 37, 26.

fœdere iniquo alligata (*civitas*) 35, 46. *forte:* illigata.

ALLOQUIUM, 1, 34. et ipſe fortunam benigno alloquio—adjuvabat.

alloquia ſermonem eliciunt, 9, 6. *i. e. conſolationes.*

ALLUERE, 24, 33. Achradina, cujus murus *fluctu alluitur.*

ALLUVIES, 1, 4. aqua ſuper ripam egreſſa. *Itaque cum Gronovio forte melius legeris eluvies.*

ALTARE, *vid.* ara.

ALTER, 31, 21. pars—altera pro *altera—altera.*

alterum tantum, 10, 46. *cf.* 1, 36.

portaque altera (*alia*) egreſſus, 9, 36. (*de caſtris*) *cf.* 10, 2.

altera caſtra Rom. 10, 39.

altera metu dedita hoſti; pertinacior in repugnando telis obruta et confixa eſt, 29, 33. pro *altera pertinacior. Alibi etiam omittitur.*

alter *numeralibus additum modo* pro primo, *modo* pro ſecundo *accipiendum videtur. Sic* 33, 21. Attalus *dicitur* altero et ſeptuageſimo anno mortuus.

conſulum (*alter*) Sulpicius in dextro, (*alter*) Pœtelius in lævo cornu conſiſtunt, 9, 27. *cf.* 22, 40.

prœlium fuit, quale inter fidentes ſibimet ambos exercitus, *veteris perpetuæque alterum gloriæ*, alterum nuper nova victoria elatum, 3, 62. *Drakenborchius* cauſſa *ſubintelligit. Sed non opus eſt ellipſi. Melius ab* alterum *pendere genitivi dicantur. Sic* 3, 38. *imperioque inhibendo acriter in* paucos præferocis animi. *cf.* 3, 72.

altera (*pars juventutis*) in regionem, qua effuſa populatio nunciabatur: *altera*, ne cui prædonum obvia fieret, *altero* itinere ad ſtationem navium ducta etc. 10, 2. *pro* alio. *Sed Drakenborchio placet emendatio Burmanni* avio *legentis, referentiſque huc locum Suetonii in Auguſto. Immo magis huc pertinet illud Taciti Ann.* 2, 15. avia Oceani: ad quem *locum vide B. Patruum. Apud Livium autem* 41, 19. *eſt:* devio ſaltu.

ALTERCATIO, 38, 32. magna ibi non diſceptatio modo, ſed etiam altercatio fuit.

res diu ducta per altercationem, 4, 53. *cf.* 35, 17.

quum res a perpetuis orationibus in altercationem vertiſſet, 4, 6. *cf.* 8, 33. *Nempe altercatio proprie eſt, quum alternis loquuntur. Inde autem facile rixæ et contentiones oriuntur.*

altercatio inter pullarios orta, 10, 40.

ALTERNUS metus, 26, 25. pro *mutuo metu. cf.* 23, 26.

alterni verſus, 4, 53. *i. e. qui per vices canuntur.*

rogando alternis ſuadendoque, 2, 2.

alternis pæne verbis Manlii factum laudantem, 8, 30. *i. e. iterum iterumque laudantem.*

ALTITUDO, 4, 6. hanc modeſtiam æquitatemque et altitudinem animi

Digitized by Google

animi ubi nunc in uno inveneris, quæ tum populi universi fuit? *i. q. magnitudinem.*

ALTUM, 44, 11. nec minus, quam in altum magnitudine Athos mons, excurrit. pro *cælo.*

ALTUS, 9, 7. ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse. *Alto animo s. animi opponitur summo vel imo animo; nisi meram taciturnitatem eo significari malis. vide B. Patruum ad Taciti A.* 3, 44.

ipse ad altiora et non conceſſa tendere, 4, 13. *Sic Sueton. Jul.* 26. altiora jam meditans.

excelsa et alta sperare. 1, 34. *nisi legendum cum Cel. Schellero.* ex alite.

gener inde ob altam indolem provecto annis ascitus, 21, 2.

ALVEUS, 21, 26. alvei informes.

fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatæ, 10, 2. *cf. interpp. ad* 28, 45.

Allia Cruſtuminis montibus prærupto defluens alveo, 5, 37.

AMATOR, 39, 42. ut obsequium amatori venditaret. (*de scorto*)

amator indulgens, 39, 43.

AMBAGES, 5, 15. qui per ambages de lacu Albano jaceret. *scil. verba, sermones.*

haud per ambages, 1, 55.

Sexto, ubi, quid vellet parens, quidve præciperet, tacitis ambagibus patuit, 1, 54. *i. e. non verborum, sed factorum ambagibus.*

ambages mittere, 6, 16.

vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere, 9, 11.

misceri ambages, 44, 27. *cf.* 9, 37.

AMBIGERE haud nihil, 1, 3.

regni certamine ambigebant fratres, 21, 31.

pauca de jure civitatium, de quibus ambigeretur, differuit, 35, 33.

AMBIGUUS, 40, 8. haud ambiguus *rex. i. e. unus heres imperii regii: sine dubio rex futurus.*

ambiguo favore gratiam victoris spectare, 21, 52. *h. e. qui utrique parti ita præstatur, ut neutri plus aut minus tribuatur negeturve.*

AMBIRE, 2, 3. tamquam ad id, quod agi videbatur, ambientes.

AMBITIO, 43, 11. commeatibus vulgo datis per ambitionem. *h. e. ad gratiam a militibus inundam, eamque nimis captandam. cf. cap.* 14.

sed, ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat, 5, 36. *Senatorum hæc ambitio erat, quibus jus erat sententiam in senatu dicendi; i. e. studium benevolentiæ et gratiæ. cf.* 29, 16.

obnoxios imperatores tradi licentiæ atque avaritiæ militari: in uno nimis se per ambitionem peccare, 45, 36. *Verissima est Gronovii emendatio sic legentis:* ultro nimis sæpe per ambitionem peccari. *scil. ab imperatoribus, qui nimis indulgeant militibus, eo-*

Digitized by Google

rumque favorem et gratiam ſumma ope et intempeſtive captent. vide Gronovium ad h. l.

AMBITIOSE, 1, 35. petiſſe ambitioſe regnum, *i. e. arte ac ſtudio.*
ſatis ambitioſe partem utramque fovendo, 38, 32. *i. e. demerendæ utriuſque gratia, præter decorum quidem, honeſtiſque artibus neglectis.*

AMBITUS, 27, 27. multos circa unam rem ambitus fecerim, ſi, quæ de Marcelli morte variant auctores, omnia exſequi velim. *i. e. exceſſus, digreſſiones.*

AMBO *in caſu quarto*, 3, 62.

AMBUSTUS damnatione alterius, 22, 35.
ambuſtus prope evaſit, *ibid.* vid. *ſemiuſtus.*
ambuſti homines jumentaque—obruerant itinera portarum, 30, 6. vid. *afflatus.*

AMENTIA, 3, 47. tanta vis amentiæ verius, quam amoris, mentem turbaverat.

AMICITIA ac ſocietas, 7, 31.
reſponſum ſenatus amicitiæ Samnitium memor. *ibid. h. e. in Samnites.*
qui per multos annos in amicitia Rom. fuerant, 10, 45.

AMICUS, 7, 30. quod Samnites priores amici ſociique vobis facti ſunt.
ſocio atque amico regi, 37, 54. *Sciendum autem eſt, ſocium plus eſſe, quam amicum. Etenim, qui ſocius erat, idem erat amicus; ſed non omnis amicus erat ſocius, qui habebatur ſingularis bonos, non ille omnibus attributus.*

AMICTUS, 45, 7. pullo amictus illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra. *Græv. ad Flor.* 4, 2. *legi vult* cum filio. *vid. Gronov. ad h. l.*

AMITTERE, 7, 13. ad Alliam fuſæ legiones, eamdem, quam per pavorem amiſerant patriam, profectæ poſtea ab Veiis, virtute recuperavere.
non reliquiſſe victores, ſed amiſiſſe victi patriam videbimur, 5, 53.
ſi exercitum amiſiſſet, 8, 33. *i. e. infeliciſſime pugnaſſet. cf.* 3, 30.
ne tanta ex oculis manibuſque amitteretur præda, 30, 24. *cf.* 29, 32. *præcipue vero*, 31, 18. *ubi ſimpliciter dictum eſt:* hominum prædam omnem amiſit: *eodem ſenſu; neque enim jam facta erat.*
Maſiniſſam ſaucium prope e manibus inter tumultum amiſit, 29, 32.
amiſſa omni de ſe poteſtate, 8, 27.

AMNIS, 1, 4. juſti amnis curſus. *Opponitur* effuſo lenibus ſtagnis. vid. *ſtagnum.*
amnis navium patiens, 21, 31.
inflati amnes (*ab continuis imbribus*) tenebant, 40, 33.

AMŒNIOR cultus, 4, 44. (*vitio datus Virgini Veſtali*) vid. *cultus.*

AMŒNITAS, 23, 4. illecebræ omnis amœnitatis maritimæ terreſtriſque. (*de cultu ac victu*)

AMOLIRI, 25, 36. quum amolita objecta onera armatis dediſſent viam.

amolior

Digitized by Google

amolior et amoveo nomen meum, 28, 28.

AMOVERE, 5, 51. ſacra in ruina rerum noſtrarum alia terræ celavimus, alia, avecta in finitimas urbes, amovimus ab hoſtium oculis.

AMPLECTI, 25, 32. totius ſimul Hiſpaniæ amplecti bellum.

montes—muroque inſuper amplexi, 41, 18.

amplexus regni nomen, 9, 34. *i. e. urgens r. n. et affectans regnum.*

Perſeo regium nomen omni vi amplectente, 45, 4. *i. e. retinente.*

AMPLIARE reum, 4, 44. *i. e. judicium ejus differre.*

bis ampliatus tertio abſolutus eſt reus, 43, 2.

AMPLISSIMI ludi, 2, 37. *alias: apparatiſſimi, magnifici.*

ampliſſima veſtis, 27, 51. (*de matronis in gratulatione*)

AMPLITUDO, 39, 48. quæ augendæ amplitudinis ejus cauſſa facta erant. (*de Demetrio legato*)

AMPLIUS, 1, 18. centum amplius poſt annos.

duas amplius horas, 25, 19.

pugnatum amplius duabus horis, 27, 12.

paullo amplius integræ naves, 37, 24.

negabant unam cellam duobus (*alii* amplius, quam uni deo) rite dedicari, 27, 25.

AMPLUS, 5, 16. amplum donum. *i. q. magnificum.*

auctiorem amplioremque eſſe (*majeſtatem*) 4, 2.

ſacrificium amplius ſolito apparari juſſit, 45, 28.

Porſena, tum regem eſſe Romæ, tum Etruſcæ gentis regem, amplum Tuſcis ratus, 2, 9. *i. e. honorificum.* ſibi amplum quoque eſſe, 5, 30.

AN *ſine prægreſſo* utrum, 4, 55. Conſules ambo profecti ſint,—an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diverſi auctores faciunt.

pro *annon*, 37, 54. quæ parare et quærere arduum fuit, neſcio an tueri difficilius ſit. neſcio an modum exceſſerint, 2, 2.

ANCEPS, 37, 11. tela ancipitia, *i. e. ab utraque parte miſſa.*

agitatio anceps telorum armorumque, 1, 25.

in eos ancipites ad ictum utrimque conjiciebant haſtas, 30, 33. *illud* utrimque *pleonaſtice additum eſt.*

ita muniebant, ut ancipitia munimenta eſſent, alia in urbem —verſa, aliis frons in Etruriam ſpectans, 5, 1.

anceps prœlium, 2, 62.

animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem geſſiſti, 1, 28.

anceps odium, 27, 17. *ſcil. transfugarum, i. e. contractum tam apud eos, ad quos acceſſerunt, quam apud illos, quos deſeruerant.*

ANGERE, 21, 1. angebant ingentis ſpiritus virum Sicilia Sardiniaque amiſſæ.

neque ipſos modo, ſed parentes cognatoſque eorum ea cura angebat, 29, 1.

ANGOR, 5, 48. quorum intolerantiſſima gens, humorique ac frigori aſſueta, quum æſtu et angore vexata etc. *h. e. æſtu angorem ac prope ſuffocationem efficiente.*

Digitized by Google

ANGULUS, 29, 5. ſi Pœnus ſub angulo Alpium quietus ſe contineat.

ANGUSTIÆ, 28, 1. impediebant autem et aſperitates viarum, et anguſtiæ ſaltibus crebris—incluſæ.

ANIMA, 21, 58. quum jam ſpiritum intercluderet, nec reciprocare animam fineret.

ubi fervore atque æſtu anima intercluſa—exſpirarent, 23, 7.

ANIMAL, 9, 14. cædunt—fervos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque: nec ullum ſuperfuiſſet animal, ni etc.

ANIMUS, 27, 17. corpus dumtaxat ſuum ad id tempus apud eos fuiſſe: animum jam pridem ibi eſſe, ubi jus ac fas crederent coli. *cf.* 1, 58. 7. 12. 9, 9.

Vitruvio nec—ſana conſtare mens, nec, ut longius a caſtris dimicaret, animus ſuppetere, 8, 19.

quum conſuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria, animo eſſet, 29, 36. *i. e. animum adderet, ſpem augeret.*

prædonum magis, quam hoſtium animi inventi, 7, 28.

quid eam vocem animorum, non plebi Romanæ, ſed Volſcis—allaturam? 4, 2.

Etruriæ animi, 5, 5. *cf.* 27, 20.

animos ad ſpem certaminis facere, 37, 37.

quamvis ſuſpectos infenſoſque inter ſe jungebant animos, 2, 39.

ne alibi, quam in armis, animum haberent, 10, 20.

juvenis ardentis animi, 1, 46.

ut ſub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora ſua, 1, 56.

vid. in vv. *pendere, ſtupere, ſuſpenſus, diſtendere, exardere, bonus etc.*

ANNALES, 4, 34. quidam annales retulere.

omnium prope annales Fabium dictatorem—rem geſſiſſe tradunt, 22, 31.

huic pugnæ equeſtri rem—mirabilem certe adjiciunt quidam annales, 23, 47.

ANNITI, 27, 14. Pœnis ad obtinendum hiſternum decus annitentibus.

et ſe id anniti, ut etc. 22, 58.

patres—non temere pro ullo æque annifi ſunt, 2, 61.

certantem ſecum ipſum anniſurum, ut etc. 6, 6.

ANNIVERSARIA arma, 4, 45. *i. e. bella quotannis inſtaurari ſolita.*

ANNONA, 7, 31. urbs maxima—uberrimus ager marique propinquus, ad varietates annonæ horreum populi R. fore videbatur.

nihil mutavit annona, 5, 13. *i. e. pretium frumenti non mutatum eſt. Hæc dicitur*, 2, 34. annona vetus.

conditiones laxandi annonam, *ibid. et cap.* 52. laxior annona *dicitur.* vid. *levare.*

nullum momentum annonæ feciſſet, 4, 12.

utantur annona, quam furore ſuo fecere, 2, 34.

vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt, 29, 37. *Ex quo loco intelligitur, licet* annona *de pretio frumenti præcipue dicta ſit, ut ipſum frumentum adeo illa voce indicari cœpiſſet; eamdem*

Digitized by Google

dem tamen ſubinde primo ſignificatu adhiberi conſueviſſe. Huc pertinet locus, 35, 44.* *in quo diſerte, præter copiam frumenti,* annona tolerabilis rerum aliarum *nominatur.*

ANNUERE, 7, 30. annuite—nutum numenque veſtrum invictum Campanis.

ANNUS, 3, 6. agebatur anni principium Kalendis Sextilibus.

obſervando tempore anni, 5, 6.

et jam anno in magiſtratu erat, 25, 16.

tres in anno ſtati dies, 39, 13.

matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt, 2, 7.

quorum annos in perpetua poteſtate, tamquam regum, in Capitolio numeratis, 6, 41. (*de tribb. plebis*)

annus circumactus, 6, 1. *de magiſtratus extraordinarii munere, quod, dum annus civilis exiſſet, nec vero ab ejus principio, adminiſtratum erat.*

circumegit ſe annus, 9, 18.

numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auſpicio res geri cœptæ ſunt, 10, 7.

ſollicitus annus prodigiis, 10, 31.

annus imbellis, 10, 1. *Omnino ſciendum eſt, de annis a Livio, tamquam perſonis, poëtico more, omnia dici. Sic funeſtus annus, triſtis etc. ſæpius occurrit.*

ANNUUS, 40, 46. vectigal annuum decretum eſt. *int. de omnibus ejus anni vectigalibus.*

dimidium ex vectigalibus ejus anni attribuitur, 44, 16.

ANQUIRERE de perduellione, 6, 20. *i. e. diligenter quærere; inquirere, percunctari, quæ eſt propria hujus verbi ſignificatio.*

capite anquiſitum ob rem bello male geſtam de imperatore nullo ad eam diem eſſe, 8, 33.

quum capitis anquiſiſſent, 2, 52. *cf.* 26, 3.

quum tribunus bis pecunia anquiſiſſet, 26, 3.

ANTE rem, 9, 40. *i. e. prælium commiſſum.*

ante ſigna circaque, 9, 32.

præoccupatos jam ante—animos eſſe, 21, 20. *ſic cap.* 32. prius præcipere. præoccupari ante—quam, 42, 47.

ante annis octo, 40, 52. *Ibi Drakenborchius* annos *vel* annis ante octo *legi vult. Sane hoc uſitatius. Sed nihil tamen impedit, quo minus* ante *præponatur. Ita* poſt paucis diebus, 40, 57. poſt aliquanto, 2, 31. *Similiter* cauſſa ignominiæ pro *ignominiæ cauſſa, ergo.* 40, 41. *Ratio ducta eſt e Græco ſermone. Xenophon quidem, Memorab. Socr.* 4, 7. *dixit ἕνεκα σωφρίας. Idem in Hierone, niſi me omnia fallunt, ἕνεκεν ἀσφαλείας.*

ſi quando umquam ante alias, tum etc. *vid. in v. Adverbia.*

comitia in ante diem tertium, Nonas Sextiles, Latinos in ante diem tertium Idus Sextiles edixit, 41, 16.

ante alios miſerandi magis, qui umquam obſeſſi ſunt, quod etc. 5, 42.

ne proderent patriam tyranni *ante* ſatellitibus, et *tum* corruptoribus exercitus, 24, 32. *i. q. alim.*

peditum agmen in ripa, elephantos ante quadraginta diſpoſuit, 21, 5. *i. e. in anteriore parte. cf.* 28, 33.

Digitized by Google

ANTECONVECTUM, 5, 26. quum frumentum copiæque aliæ ex anteconvecto—ſuppeterent.

ANTEFACTA, 37, 53. vos modo id decere, et conveniens eſſe antefactis, dicent.

ANTEFIXA, 26, 23. Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta decuſſaque ad Victorias, quæ in antefixis erant, hæſit, *i. e. ſtatuæ deorum ad marginem templorum in faſtigiis poſitæ.*

jam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes mirantesque, et antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes, 34, 4.

ANTEIDEA, 22, 10. ſi anteidea ſenatus populuſque jufſerit fieri, ac faxit, eo populus ſolutus liber eſto. *In formula rogationis: in alia orationis forma hoc verbum non magis occurrerit, quam* clepere, *quod in eadem hac formula legitur.*

ANTEIRE, 38, 51. ſi ab annis ſeptemdecim ad ſenectutem ſemper vos ætatem meam honoribus veſtris *anteiſtis*, ego veſtros honores rebus gerendis *præceſſi. i. e. leges annales in me neglexiſtis.*

ANTESIGNANUS, 27, 18. in eas velites anteſignanique, et qui primi agminis erant. *Hic diſtingui videntur anteſignani ab his, qui primi agminis erant: quod ſecus videtur Cel. Strothio ad 22, 5.*

ANTEVENIRE, 42, 66. conſul anteveniens extemplo prœlium conſeruit.

ANTIQUARE, 22, 30. plebeiſcitum, quo oneratus magis, quam honoratus ſum, primus antiquo abrogoque.

imperioſum ducem et malignum antiquando rogationem, quæ de triumpho ejus ferretur, ulciſcerentur, 45, 35.

profertur tempus ferundæ legis, quam, ſi ſubjecta invidiæ eſſet, antiquari apparebat, 4, 58. *cf.* 5, 30.

ANTIQUITUS, 9, 29. jam inde antiquitus. *cf.* 34, 27.

ANTIQUUS, 3, 68. patrum veſtroſque antiquos mores vultis pro his novis ſumere.

mihi vetuſtas res ſcribenti—neſcio quo pacto antiquus ſit animus, 43, 13.

ad ea facienda (*ſe Antiochum*) in antiquum veniſſe, 33, 40. *Gronovius et alii hunc locum corruptum eſſe dicunt. Ille ſic legendum putat:* ad ea redigenda in antiquum jus veniſſe. *Enimvero* ad ea facienda *genuinam lectionem eſſe, mihi quidem tota oratio regis clamare videtur, in qua, manifeſte data opera, verbum* faciendi *ſæpe repetitum eſt: in eaque repetitione ſane mira elegantia eſt agnoſcenda. Deinde* antiquum, *ſubſtantive acceptum, cum* veniſſe *conjungatur, intellecto* ſolo, dominio etc. *Hoc non ſolum dictioni Livianæ non repugnat,* (*nemo enim ignorat,* pacatum, hoſticum *Livio dici pro agro, ſolo etc.*) *verum etiam ipſo ejus uſu confirmatur. Namque* 5, 33. *ult.* ex antiquo *etiam abſolute dicitur, ſubintellecto* angulo, ſinu, loco, ſolo patrio etc. *Senſus ergo hic eſt. Romanis inquirentibus et, quid mihi* faciendum *eſſet, et quid ego in Aſia* facerem, *quæ jure belli Seleuci* facta *erant, ſed poſtea a majoribus meis neglecta, ad ea* facienda, *nec negligenda, et uſurpatoribus eripienda,* in antiquum (*ſcil. dominium*) veni. *Ita ſenſus hujus loci non emendati ille ipſe eſt, ſalva quidem latinitate, qui per emendationem Gronovianam ei inferebatur.*

his

his parantibus antiqua fœderum ordiri, meritaque in populum Rom. etc. 36, 27. *i. e. initium facientibus a mentione antiquorum fœderum etc.*

tanta utilitate fides antiquior fuit, 7, 31. *i. e. carior.*

id antiquius conſuli fuit, 3, 10.

longe antiquiſſimum ratus, 1, 32. *h. e. quod maxime curæ cordique eſt. cf.* 9, 31.

ANXIUS vicem ſuam, 8, 35.

— gloria ejus, 25, 40.

— invidia, 9, 46.

— inopia, 21, 48.

— curis, 21, 2.

APERIRE, 1, 8. locum aſylum aperire, *i. e. ut ſit aſylum.* fundamenta templi aperire, 1, 55. *h. e. terram effundere ad fundamentum jaciendum.*

occaſionem aperuere ad invadendum, 4, 53. *cf.* 9, 27.

quum incaleſcente ſole diſpulſa nebula aperuiſſet diem, 22, 6. *cf.* 26, 17.

ubi lux fugam hoſtium aperuit, 27, 2.

ſi qui motus occaſionem aperiret, 9, 27.

nec comprimi tumultus aperirique error poterat, 26, 10.

quum jam appropinquantium forma lemborum, directæque in ſe proræ, hoſtes appropinquare aperuiſſent, 44, 28.

qui Europa omni domita, tranſgreſſi in Aſiam incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum, 42, 52.

APERTE ac propalam claves portarum repoſcunt, 24, 38.

APERTUS, 30, 26. Italia aperta. (*de importatione frumenti*)

ipſe eodem aperto itinere per medios montes duxit, 31, 2.

apertæ naves ad tuendos maritimos agros comparatæ, 31, 22.

naves leviores apertæ, 32, 21. *i. e. ſpeculatoriæ. Oppoſ.* tectæ *et* conſtratæ. *vid. infra in v.* navis.

quo apertior aditus ad mœnia eſſet, omnia ædificia—circumjecta muris incendit, 9, 28.

Peloponneſus—nulli apertior et opportunior, quam navali bello, 32, 21.

corpora aperta jaculis, 25, 16.

caſtra locis apertis poſuit, 34, 46. *alibi:* in aperto, 22, 4.

apertos circa campos ad dimicandum eſſe, 38, 3.

APEX, 6, 41. cuilibet apicem dialem imponamus.

APIS, 4, 33. fumone victi—velut examen apum, loco veſtro exacti, inermi cedetis hoſti.

APISCI, 4, 3. ſi dignus ſummo honore erit, apiſcendi ſummi honoris, ſtare urbs hæc non poterit. *vid. Drakenborch. ad. h. l.*

APOCLETI, *vid.* delectus.

APPARARE, 6, 21. apparatum eo anno bellum eſt.

APPARATE ludi facti, 31, 4.

APPARATUS ſupplicii, 28, 29.

dimiſſus auxiliorum apparatus, 9, 7.

nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat, 9, 29. *cf.* 10, 38.

Digitized by Google

oneratum fortunæ apparatibus ſuæ (*Darium*), 9, 17.

APPARERE, 4, 60. conſilium ſpecie prima melius fuiſſe, quam re uſu appariturum.

ſimul liberatos ab impotentibus tyrannis apparuiſſet, 25, 28.

quum appareret ædilibus, 9, 46. *Sermo eſt de eo, qui ſcripturæ fecerat ſ. ſcriba. Dicuntur autem miniſtri* apparere *magiſtratibus, atque inter eos etiam ſcribæ ſunt referendi.*

APPARITOR, 1, 8. *generis nomen, quo* lictores *etiam comprehendun-tur.*

apparitores ludi, 44, 9. *Haud dubie cum viris doctis legendum* ludi apparatiores. *i. e. magnificentiores.*

APPELLARE, 1, 40. quum regem appellarent. *i. e. ad r. provoca-rent.*

tribunos pl. appello et provoco ad populum, 8, 33. *cf.* 2, 29. 9, 26. 26, 3. 27, 8.

quis vos appellare poteſt? 9, 9. *i. e. ut debitores.*

APPELLATIO provocatioque, 3, 56.

in præſidia adverſariorum, appellationem et tribunicium auxi-lium, patricii confugerunt, 9, 26.

APPELLERE, 8, 3. in Italiam claſſem appuliſſe conſtat. *it.* 28, 42. *Etiam* claſſe appellere *defendit Gronovius ad* 30, 10.

naves ita appulſæ ad muros, ut pro aggere ac pontibus præ-bere aſcenſus poſſent, 30, 10.

APPENDIX Etruſci belli, 9, 41.

Carpetanorum, cum appendicibus Olcadum—centum millia fuere, 21, 5.

APPETERE, 1, 8. munitionibus alia atque alia appetendo loca. *i. e. occupare ædificandi, ampliandi cauſſa.*

Veios fata appetebant, 5, 19. *i. e. terrebant ſ. minebant ſcil. adverſa.*

quum jam id tempus anni appeteret, 34, 13. *cf.* 22, 1. 10, 21. 29, 10.

nox jam appetebat, 8, 38. *cf.* 10, 42.

velle eum vobis amicum eſſe, qui vos appeteret, 7, 30.

APPLICARE fortunæ conſilia, 32, 21.

Leucas—colli applicata verſo in orientem, 33, 17.

Cornelius eidem flumini caſtra applicuit, 32, 30.

Romani finiſtrum (*cornu*) ad oppidum applicarent, 27, 2.

dum corporibus applicantur armaque armis jungunt, 23, 27.

APPONERE, 37, 5. ſcalæ appoſitæ.

ſtatio, quæ portæ appoſita erat, 34, 15.

moderatorem et magiſtrum conſulibus appoſitum, 2, 18.

APPROPERARE, 4, 9. cœptumque opus adeo approperatum eſt. quæ (*res*) ſumma ope approperata erat, ne impediri poſſet, 26, 15. *cf.* 27, 25.

APRICI colles, 21, 37. *Oppoſ.* prærupti montes.

APTARE, 9, 31. ut quiſque ſe aptaverat armis.

ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret ani-mus, 22, 5.

APTATUS, 21, 27. paratas aptataſque habebat pedes lintres.

APTE, 23, 1. Numidas partim in inſidiis (et pleræque cavæ ſunt vias

viæ finuſque occulti) quacumque apte poterat, diſpoſuit. *Niſi legendum* arte *ſ.* arcte.

APTUS, 10, 25. profectus apto exercitu, et eo plus fiduciæ ac ſpei gerente, quod non deſiderata multitudo erat etc. *i. e. forti ac laudis cupido.*

in quod genus pugnæ minime apti ſunt, 38, 21.

quâ aptiſſimum ad loci naturam erat, 44, 3.

apta dies ſacrificio, 1, 45.

APUD, 41, 9. prætor—qui eſſet apud eorum quem manumitteretur. *alii*, apud forum.

AQUA levata vento, quum ſuper gelida montium juga concreta eſſet, tantum nivoſæ grandinis dejecit etc. 21, 58.

aquæ cœleſtes, 4, 30. *cf.* 5, 15.

multis et aliis auctum aquis (*fluvium*), 44, 31. *i. e. rivis et fontibus.*

AQUATIO, 30, 29. caſtra longinquæ aquationis.

AQUILO, 36, 43. ubi primum aquilones cecidere.

aquilone in ſeptemtrionem verſo, 37, 12.

ARÆ *et* ALTARIA *promiſcue* dicuntur, 10, 38.

ARBITER, 27, 28. ſine arbitro agere. *i. e. ſuo arbitratu.*

interpres arbiterque concordiæ civium, 2, 33.

ARBITRIUM ſalis vendendi, 2, 9. *i. e. merces vel pecunia vectigalis, quam ſocii ſolvebant reipublicæ ob jus monopolii, vel vendendi per ipſos ſolos.*

arbitria agere, 24, 45. *vid. Gronov. Obſ.* 4. *p.* 175.

in arbitrium crudele ac ſuperbum venire, 30, 12.

Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum, 32, 37.

prætores conſuli in eligendo arbitrium fecerunt, 43, 15.

liberum arbitrium, 4, 43. pro *ſuffragio.*

ipſum nullum, præterquam ſuæ libidinis arbitrio, finem facturum, 42, 23.

arbitria fortunæ, 10, 24.

ARBOR, 24, 3. lucus ibi, frequenti ſilva et proceris *abietis arboribus* ſeptus, *Sic*, 1, 24. herba graminis *dicitur*; *ſic Sueton. Oct.* 94. arbor palmæ.

arbor infelix, 1, 26. *ſcil. e qua nocens ſuſpendatur, aut ipſa crux*; *niſi malis ad diſtinctionem veterum, in felices et infelices arbores, per ſe ſic dictas reſpicere.*

ARCANUS, 23, 22. ſi quid umquam arcani ſanctive ad ſilendum in curia fuerit.

ARCERE, 10, 23. Virginiam—matronæ—ſacris arcuerant.

arceamus tranſitum hoſtis, 26, 41. pro *tranſitu hoſtes, ut et emendarunt nonnulli. Falſo.* Tranſitus hoſtis *ſignificat hoſtes tranſeuntes.* Sic fuga pro *fugientibus Livio dicitur, vid. infra in h. v. Ad eumdem modum Cicero Epp. Div.* 6, 20. cur adventibus re offeras pro *adventantibus.*

ad arcendos commeatus præſidii Romani, 26, 20.

quod eos neque portæ neque muri hoſtium arcuerant, 8, 29. *i. e. non deterruerant, quin expugnarent.*

ARCESSERE, 32, 32. factio arceſſit Romanos. *i. e. effecit ſeditione ſua, ut Romani ad ſe opprimendam occurrerent.*

Digitized by Google

arceſſere quietem ſilentio, 21, 4. *it.* molli ſtrato, *ibid.*

ARCHIPIRATA, 37, 11.

ARCTATUS, 45, 36. in præmiis, in honoribus omnia arctata.

ARCTUS, 39, 32. quia plus quam unum ex patriciis creari non licebat, arctior petitio quatuor petentibus erat. *i. e. minori cum ſpe.*

arcti commeatus, 2, 34.

ne in arcto res eſſet, 26, 17.

ARCUATUS currus, 1, 21. *i. q. adopertus, tectus.*

ARCUS ſolem tenui linea amplexus eſt, 30, 2.

ARDERE, 26, 27. *de incendio pluribus ſimul locis circa forum orto.*

Prænestæ ardentes lapides cœlo decidiſſe, 22, 1. *i. q. candentes.*

ardentibus ſiti faucibus, 44, 38. *it.* arere *dicitur.*

ardens amore, 3, 44.

ardere cupiditate ulciſcendi, 29, 6.

ardens animus, 1, 46.

in civitate ira odioque ardente, 9, 10.

quum—cuncta bello arderent, 26, 13.

Hiſpaniam arſuram bello, 28, 24.

ardere bello Africam, 28, 44.

quieto exercitu pacatum agrum, qui paullo ante ingenti tumultu arſerat, peragravit, 43, 4.

conticeſcet *furor*, quo nunc omnia *ardent*, 2, 29. *non exacta ſatis allegoria. debebat eſſe* ſtrepunt *aut ſimile quid.*

anni principia ſtatim ſeditione ingenti arſere, 6, 31.

ARDOR, 6, 13. vultum hoſtis ardore animi micantem ferre non potuit.

forſitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaque adverſus—regem—inventurum, 1, 53.

tantus fuit ardor armorum, adeo intentus pugnæ animus etc. 22, 5.

et militum quidem is erat ardor, ut jam inde cum ſcalis ſuccedere ad muros vellent, 8, 16.

ARDUUS, 8, 16. quia id arduum factu erat.

altitudo loci et munimenta defenderunt, quæ nulla ex parte adiri, niſi arduo ac difficili aſcenſu, poterant, 25, 13.

AREA libera a ceteris religionibus, 1, 55. *h. e. in qua nullum aliud templum ſacratum eſt.*

ARGENTARIÆ *ſcil. tabernæ*, 9, 40. domini argentariarum.

ARGENTARII, 7, 21. *iidem qui menſarii h. e. qui privatim rem nummariam tractabant, pecunia permutanda, vendenda, uſuris locanda etc. Sed alia ratio eſt* menſariorum, *qui vel triumviri vel quinqueviri vocabantur. Hi utique argentariis honeſtiores erant, quum, velut extraordinarii magiſtratus, pecuniæ publicæ curam haberent. vide Dukerum ad illum locum, ubi quinqueviri ex hoc genere nominantur.*

ARGENTATUS, 9, 40, argentatis (*militibus*) linteæ candidæ. *Sic dicebantur præcipue a clipeis argento inſignibus.*

ARGENTEUS, 10, 39. auream olim atque argenteam Samnitium aciem—occidione occiſam. *Præcedunt hæc verba:* et per picta atque aurata ſcuta tranſire Romanum pilum etc.

ARGENTUM infectum, 34, 10. *cf.* 36, 40.

argen-

Digitized by Google

argentum factum signatumque, 26, 47.
argenti—pondo—signati argenti numerus, 28, 38.
argentum Oscense, 34, 10. *nummi Oscæ urbis Hispaniensis. cf.* 40, 43. *ubi* (auri) *signati Oscenses nummi memorantur.*
argentum Illyrium, 45, 43. *nummi in Illyrico cusi.*
argentum bigatum, 33, 37. *nummi bigis insignes.*
decem talentis argenti acceptis, 22, 31.

ARGUMENTARI, 39, 36. nec, jure, an injuria cæsi sint argumentari refert. *i. e. inquirere, constituere.*

ARGUMENTUM, 7, 2. qui (*Livius*) ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere. *i. e. cœpit scribere carmina in scenis agenda, quæ uno argumento tota constarent, inter seque partibus omnibus cohærerent, non varias res, ut saturæ, miscerent. vide B. Patruum ad Cicer. Or. pro Cælio cap.* 27.
fabulam apud ipsum auctorem argumenti peragit, 3, 44. *i. e. rem narrat ex fictione auctoris.*
quod etsi jure non fiat—tamen argumentum esse, non haberi pro sacrosancto ædilem, 3, 55. *Pronum fuerit* argumento *legere; sed hujus quoque constructionis plura exempla collegit Drakenborch. ad* 24, 8.
argumento sit clades Romana, 5, 44. *cf.* 39, 51.

ARMA, 1, 25. ut primo statim concursu increpuere *arma*, micantesque fulsere *gladii* etc. *Sub illis intelligenda est species armorum ea, quæ ad tegendum corpus pertinet; sub his tela, quæ alibi,* 1, 43. *it.* 30, 11. *ab armis distinguuntur. Clarissimus eam in rem locus est,* 45, 39. *ubi arma* detracta corporibus hostium *dicuntur: quæ sunt, uno verbo, spolia. cf.* 30, 31. tunc Mamertinorum periculum et nunc Sagunti excidium nobis justa ac pia *induerunt arma. vid. in v.* aptare. *Denique* arma cœlestia *dicuntur ancilia,* 1, 20. *sunt clipei.—Porro,* 8, 30. *congesta hostilia* arma concremata esse *narrantur. Hi autem sunt clipei e* crate *lignea, vimine, corio confecti, cui crati deinde æs inducebatur. cf.* 1, 37. *ubi fluitantia arma* (*in flumine*) *memorantur. vide Ill. Heynium ad Virgil. Æn.* 1, 118.
armorum habitus, 22, 18. *cf.* 24, 30.
arma viris in arma natis auferre, 9, 9.
per arma per viros late stragem dedere, 8, 30.
si viri arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? 3, 67. *cf.* 30, 30.
arma curare et tergere, 26, 51.
nos—vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus, et nostro supplicio liberamus Romana arma, 9, 9. *i. e. exercitum Romanum.*
nulla usquam apparuerunt arma, 41, 12. *i. q. armati.* vid. *ardor.*
auxiliis levium armorum—hostem cohibendum, 22, 3.
legiones in armis decurrerunt, 26, 51. *cf.* 35, 35. *i. e. armatæ.*
quæ (*Sophonisba*) regem nobis socium alienasse, atque in arma egisse præcipitem dicatur, 30, 14.
ab externis armis otium fuit, 3, 14.
Romana arma movebantur, 21, 5.

nec

Digitized by Google

nec erat ea tempeſtate gens alia, cujus ſecundum Gallicos tumultus arma terribiliora eſſent, 9, 29.

Arpini repente pro Romanis adverſus Karthaginienſem arma verterunt, 24, 47. *cf.* 9, 16.

Æquorum jam velut anniverſariis armis affuerat civitas, 4, 45. *i. e. quotannis Æquico bello* a. c. *Omnino hanc ob cauſſam arma dicuntur* pro bello, *quia olim perpetuus miles non fuit, nec arma prius, quam ſub initium belli ſumebantur, tractabantur etc.*

neque in eum agrum—hoſtilia arma inferrent, 7, 31.

prohiberi extra fines efferre arma, 42, 23.

ut adverſus injuſta arma pio juſtoque ſe tutarentur bello. *ibid.*

arma cuncti ſpectant et bellum, 9, 10.

omnes Etruriæ populi—ad arma ierant, 9, 32, *cf.* 42, 2. *Sic Cicero* ad ſaga ire *dixit.*

arma primo quoque tempore fieri in ea gente, 42, 8. *Forte legendum:* arma quoque imperare fieri in ea gente. *Nimirum, quia non indigna illa gens, partim tutela benigna, partim fiducia facili videretur.*

ARMAMENTA tollere, 21, 49. demere, *ibid. i. q. fundere.*

ARMARE, 9, 35. quibus (*faxis*) eos affatim locus ipſe armabat.

Claudii ſententia conſules armabat in tribunos, 4, 6. *i. e. Claudius conſulibus arma capienda cenſebat.*

legum quoque latores adverſus tantum apparatum adverſariorum et ipſi cauſſam plebis ingentibus animis armant, 6, 38.

muri reficiebantur propugnaculiſque armabantur, 30, 9.

ARMATURA *levis ab equitatu ſemper diſtinguitur. v. c.* 28, 14.

armaturæ leves in cornua deductæ, 21, 55. *cf.* 22, 18.

manipuli levis armaturæ, 31, 42.

ARMATUS, 22, 37. levium armatorum auxilia.

armatis corpus circumſepſit, 1, 49. *i. e. ſatellitibus armatis.*

armati—togati, 9, 25.

ornati armatique ad edictum aderant, 27, 13.

ARMATUS (*ſubſtantivum*) haud diſpar, 33, 3.

relicto—omni graviore armatu, 26, 5. *cf.* 37, 40. *et* 41.

ARMENTA, 22, 17. accenſis cornibus *armenta*—velut ſtimulatos furore agebat *boves. Sic proprie; dicuntur enim ab arando. cf.* 1, 7.

ARRECTUS, 21, 35. ut pleraque Alpium ab Italia, ſicut breviora, ita arrectiora ſunt, *i. e. præcipua.*

arrecti ad bellandum animi, 8, 37.

ARRIGERE, 45, 30. libertas præter ſpem data arrexit *ſcil.* animos Macedonum.

ARRIPERE, 2, 54. tribunus plebis conſules abeuntes magiſtratu arripuit. *i. e. reos fecit, ad populi judicium vocavit.*

ſubinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius invidiæ proximus, 3, 58. *ſcil. in* vel *ad quæſtionem, avide quidem et cupide. hæc enim vis ineſt verbo arripiendi.*

ARROGARE, 7, 25. cui dictatorem arrogari haud ſatis decorum viſum eſt patribus. *i. e. addi vel potius opponi.*

ARS,

Digitized by Google

ARS, 1, 15. nulla arte adjuti. *i. e. ſtrategemate.*
ſub Hannibale magiſtro omnes artes belli edoctus, 25, 40. *cf. cap.* 37.
diſciplina militaris—in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat, 9, 17.
ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios eſſet, 9, 42.
Græcarum artium opera, 25, 40.
quod miniſterium fuerat, (*coquus*) ars haberi cœpta, 39, 6.
patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filioque hoc ipſo in ſervilia ejus artis miniſteria uſum, 22, 25.

ARTIFEX, 6, 36. artifices jam tot annorum uſu tractandi animos plebis.
in armamentario multis talium operum (*tormentorum machinarumque*) artificibus de induſtria incluſis, 29, 35.
multi artifices ex Græcia venerunt, 39, 22. *i. e. hiſtriones, ſcenici artifices. cf.* 5, 1. 7, 2. 41, 20. *Ea obſervatio debetur magno Dukero.*
ſic—tamquam artifices improbi, opus quærunt: qui et ſemper ægri aliquid eſſe in republica volunt, ut fit, ad cujus curationem a vobis adhibeantur, 5, 3. *Nimirum hic medicos lucri cupidos intelligendos eſſe, nemo abnuerit.*

ARX Romæ Capitoliumque, 5, 47. *arx eſt pars altera montis in quo eſt Capitolium.*
de arce capta Capitolioque occupato, 3, 18. *cf.* 4, 2.
pro capite atque arce Italiæ, urbe Romana—bellum geratur, 22, 32.
quæ viſa ſpecies—arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat, 1, 55.
Janiculum quoque adjectum, non inopia loci, ſed ne quando ea arx hoſtium eſſet, 1, 33.
Campani arx finitimorum, 7, 29.
ad caput arcemque regni Pergamum ducit oppugnandum, 37, 18.
in montes novam coloniam, quæ arx in Pomptino eſſet, miſerunt, 2, 34.
arx illa eſt ſpei ſalutiſque noſtræ, 7, 34. (*cacumen*)
conſulatum eſſe arcem libertatis, 6, 37.
tribunicium auxilium et provocationem—duas arces libertatis tuendæ, 3, 45.
ubi Hannibal ſit, ibi caput atque arcem hujus belli eſſe, 28, 42.
tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem hoſtium inii, quando parens extorquet, recipe, 23, 9. *Sic dedit hunc locum Cel. Strothius ex auctoritate optimorum codicum. Si vera hæc lectio eſt,* arx hoſtium, *poſtulante contextu, et uſu loquendi Liviano ſuadente, pro Hannibale accipienda eſt.* Sed *tum etiam pro* inii *legendum fuerit* petii.

ASCENDERE, 10, 7. qui—in Capitolium aſcenderit.

ASCENSUS, 9, 24. hoc quidem aſcenſu vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint.

ſaxo

ſaxo [*vulgo* ſaxorum] aſcenſu æquo, 5, 47. *i. e. (ſi modo ſubſtantivum eſt) qua parte facilis, nec nimis moleſtus, opportunus aſcenſus eſſet. Sic Noſter*, 26, 3. et tempore et loco æquo inſtructos *milites dixit. Nam hic quoque* æquus *improprie accipi debet.*

ASCISCERE, 6, 40. ex quo aſciti ſumus ſimul in civitatem et Patres. *Sane improprie dictum, etiam, ſi* acciturum *legatur. vid. Drakenborch. ad h. l.*

plebem—parto auxilio imperium quoque aſcituram, 4, 25. *de plebe magiſtratus, majores certe, ſibi vindicatura.*

ASCRIBERE, 31, 49. colonos Venuſiam aſcripſerunt.

ASIANUS, 31, 2. curæ Aſianam rem ſenatui fore.

ASPER, 22, 59. aſperrimus ad conditionem pacis *ſcil. ſubeundam.*

ASPERGERE, 23, 30. ut patrem quoque (*mors filii*) ſuſpicione aſpergeret.

ASPERNARI, 9, 41. pacem petentes, quod uti ea, quum daretur, noluiſſent, aſpernatus etc. *i. e. precibus eorum locum non reliquit.*

ASPICERE ſociorum res, 39, 48.

ad res aſpiciendas, 42, 5. *Sic pluribus aliis locis eſt pro uſitatiori* inſpicere. *vid. interpretes ad h. l.*

Bœotiam atque Euboeam aſpicere miſſi, 42, 37. *Similiter*, 42, 42. ad viſendas *Lariſſam* etc.

in Bœotia aſpiciendæ res, 42, 67. *ubi male vulgo legitur* adipiſcendæ, *quod nihili eſſe Drakenborchius docet.*

ASSENTIRE, 41, 24. quum iidem huic orationi qui litteris regis *aſſentierant*, aſſentirentur. *Niſi cum Freinſhemio legendum:* aſſenſi erant, *aut cum Dukero* aſſenſerant.

omnes aſſenſi ſunt partibus dividundis, 25, 30. *i. e. ut ſuus cuique locus tuendus aſſignaretur. Sequuntur enim* regiones *et* ſtationes.

ASSEQUI, 33, 8. nondum aſſequuta parte ſuorum.

ASSERERE in ſervitutem, 3, 44. *i. q. vindicare. Verbum juris Romani, etiam in alteram partem notum, quum* liberali cauſſa aliquem manu aſſerere *ſignificat.*

ex uſurpata libertate in ſervitutem velut aſſerendi erant, 3, 18.*

ASSERTOR puellæ, 3, 46. *i. e. ſibi vindicans eam in ſervitutem.* aſſertor virginis, 47.

ASSERVARE (*hoſtem*) 27, 19.

ne auctore quidem aſſervato, 6, 30. *i. e. retento eo, a quo certiores facti, vel potius decepti fuerant.*

Vitruvium in carcerem aſſervari juſſit, 8, 20.

ASSIDERE, 26, 20. aſſidendo diutius arctiorem annonam ſociis, quam hoſti faciebat. (*de oppugnatione*)

intactis aſſideret (*gens*) muris, 21, 25.

ASSIDUUS, 1, 21. deorum *aſſidua* inſidens cura *pro* aſſidue, *de more Livii.*

aſſiduæ templi antiſtites, 1, 20.

cujus (*portæ*) aſſiduus cuſtos ſemper aliquis ex magiſtratibus erat, 34, 9.

aſſiduus

Digitized by Google

affiduus in oculis hominum fuerat, 35, 10.

ASSIGNARE, 28, 42. patere, nos omnia,—tuo confilio affignare. *i. q. tribuere, accepta referre.*

ne unius amentiam civitati affignaret, 35, 31.

neve cenfor ei equum publicum affignaret, 39, 19. *Nempe, quia et honori ille quidem, fed tamen idem et oneri erat.*

ASSIMULARE, 26, 19. multa alia ejufdem generis, alia vera, alia affimulata, admirationis humanæ in eo juvene excefferant modum.

ASSOLERE, 37, 14. facrificio, ut affolet, rite facto. *fcil. fieri. cf.* 23, 31.

ASSUEFACERE, 22, 12. *affuefaciebant* territum priftinis cladibus militem minus jam tandem aut virtutis aut fortunæ *pœnitere* fuæ.

operi, aliifque juftis militaribus ita affuefecit etc. 24, 48. *al.* opere. *Omnino dubium eft, per omnia exempla utriufque conftructionis, tertiufne cafus an fextus, genuina lectio fit. vid. interpr. ad h. l. it. ad* 31, 35. *Cicero quidem et ipfe cum cafu fexto jungit hoc verbum. vide Clavem Ciceron. in h. v.*

ASSUESCERE, 31, 35. genus pugnæ quo affuerant. *cf.* 2, 2.

ASSUETUDO, 27, 39. duodecim annorum affuetudine perviis Alpibus factis.

ASSUETUS *cum cafu fecundo*, 31, 17. Romanis Gallici tumultus affuetis.

Hannibale, duce acerrimo, affuetum, 21, 16.

Sardis facile vinci affuetis, 23, 40.

affueta oculis regio, 5, 54. *i. e. notiffima.*

affuetior montibus (*Hifpanorum cohors*) 22, 18.

calonem—inde a puero in omnia familiaria jura affuetum, 24, 5. *fi quidem fana lectio eft, ac non potius* affumtum *legendum: quod etiam placet Rhunkenio V. Cel. ad Velleium*, 2, 29.

ASSUMERE, 1, 54. in eo fibi præcipuam prudentiam affumere.

in focietatem confilii avunculi affumunt, 2, 4.

ne qui (*focii*) poftea affumerentur, 21, 19.

ASSURGERE, 9, 46. quum—confenfu nobilium adolefcentium, qui ibi affidebant, affurrectum ei non effet.

colles affurgunt, 22, 4. *Gronovio non difplicet* adinfurgunt, *optimorum codicum auctoritatem fequuto; ut difplicet Drakenborchio, quem vide.*

AST, 10, 19. Bellona, fi hodie nobis victoriam duis; aft ego templum tibi voveo. *i. q. tum vero.* In reliqua *oratione profaica* at *dicitur eodem modo, eleganter quidem, jungiturque imprimis cum* ego, tu, *et fimilibus.*

quod fi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi: at ego ad deos vindices intolerandæ fuperbiæ confugiam, 9, 1.

fi tua re fubita confilia torpent, at tu mea fequere, 1, 41.

fi vos urbis—nulla cura tangit; at vos veremini deos veftros, 3, 17.

fin collega quid aliud malit; at fibi Volumnium darent adjutorem, 10, 26.

ASTRIN-

Digitized by Google

ASTRINGERE, 39, 1. inops regio, quæ parsimonia astringeret milites.

ASTUS, 35, 14. perplexum Punico astu responsum.

AT ENIM pauci quidem sunt, sed vigentes etc. 21, 40. *Particula sæpe inserviens objectionibus. cf.* 4, 4. 34, 31. *et* 32. 37, 53.

ATER, 22, 10. si atro die faxit insciens, probe factum esto. *cf.* 6, 1.

ATQUE, 26, 39. ille atque præceps cum armis procidit ante proram. *i. e. continuo, statim.*

Punica religione servata fides ab Hannibale est; atque in vincula omnes conjecit, 22, 6. *cf.* 27, 21. *ubi vid. Drakenborch.*

non petentem atque adeo etiam absentem creatum credidere quidam, 10, 5.

ne Virginio commeatum dent, atque etiam in custodia habeant, 3, 46. pro *atque adeo, quin immo.*

submoverique atque in castra redigi, 26, 10.

ATROX, 4, 3. quod adeo atroces (*Patres*) in has rogationes nostras coorti sunt.

ATTENDERE, 10, 4. jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti an urbano propior esset.

ATTENTATUS, 23, 15. quem consensus attentatæ defectionis—ad transfugiendum stimulabat.

ATTENUARI præsidii (*in arce*) vires, 25, 11.

attenuata omnium rerum inopia, 45, 11.

attenuatæ sortes. *vid. in v.* sors.

ATTINERE, 3, 36. nec attinuisse demi securim, quum sine provocatione creati essent, interpretabantur. *cf.* 2, 41. 6, 23. 34, 3.

ATTINGERE, 3, 19. qui—Latinos, ne pro se quidem ipsis—attingere arma passi sumus.

quos (*populos*) si Vestinus attingeretur, omnes habendos hostes, 8, 29. *i. e. bello.*

ATTOLLERE, 22, 26. ad consulatus spem quum attolleret animos. *vid.* erigere.

ATTONITUS, 39, 15. vino, stirepitibus, clamoribusque nocturnis attoniti.

ut magna pars integris corporibus attoniti concidèrent, 10, 29. nocturno pavore attoniti, 7, 36.

majestate petentium, religione etiam attoniti homines patricios omnes—creavere, 5, 14.

ATTRECTARE, 28, 24. insignia summi imperii, fasces securesque, attrectare ausi. *i. e. usurpare, sibi præferri jubere.*

ATTRIBUERE, 40, 51. opera ex pecunia attributa divisaque inter se hæc confecerunt. *i. q. destinata. Vox propria in hoc genere.*

ab juventute, quæ præsidio ejus loci attributa erat, 24, 21.

Dolopes—vestro decreto patri attributi meo, 42, 41. *vid.* contribuere.

AVARITIA *cum* LUXURIA. *Præf. i. e. cupiditas habendi, unde profusioni locus fit, rapinæ, furta etc.*

AUCTIO, 2, 14. gratiam muneris magis significante titulo, quam auctionem fortunæ regiæ.

AUCTIOR,

Digitized by Google

AUCTIOR, 3, 68. ex illis concionibus numquam veſtrûm quiſquam re, fortuna, domum auctior redit.

memor generis, quod ampliſſimum acceptum majus auctiuſque reliquit poſteris, 4, 19. *cf.* 4, 2.

quando res Romana in dies melior atque auctior fieret, 25, 16.

AUCTOR, 2, 54. auctor facinori non deerat. *i. q. hortator.*

ejus rei auctores affineſque, 38, 31.

ſuæ quiſque fortunæ auctorem domi exſpectent, 22, 55. *i. e. nuncium.*

quæ (*res*) conſulem—auctorem—deſideraret, 4, 13. *i. e. indicem.*

quarum legum auctor fuerat, earum ſuaſorem ſe haud dubium ferebat, 6, 36.

criminum auctores delatoreſque, 45, 31.

auctor gravis, 1, 16. *cui fides haberi poteſt. Oppoſ.* levis nec ſatis fidus, 5, 15.

Fabium auctorem habui, 22, 7.

auctores ſunt in utrumque, 10, 25.

auctor præſtandæ pacis, 9, 20. *qui promittit, ſe pacem præſiturum.*

ne privatam quidem rem agere (*feminam decet*) ſine auctore, 34, 2. *i. e. ſine tutore.*

multitudini concitatæ, quæ ferme auctoribus ſimilis eſſet, non ſubtraxiſſe ſe ducem, 7, 14. *cf.* 2, 54.

ſi Patres auctores fierent, 1, 17. *it.* 22. *cf.* 6, 42. 8, 12.

auctoribus, qui aderant, ut ſequeretur, 3, 44. *abſolute*, pro *quum quidem ſuaderent, qui aderant etc.*

auctore Fabio conſule, 24, 43. *i. e. ex ſenatuſconſulto, quod in ejus ſententiam factum erat.*

AUCTORATUS, 37, 10. pignore velut auctoratus proditor. *i. q. emtus.*

AUCTORITAS ſenatus, 4, 57. *i. e. conſilium, cui lubenter ac verecunde obſecundatur. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

imperio, non populi juſſu, non ex auctoritate Patrum, dato, 26, 2.

ut per auctoritatem civitatium earum ſuæ preces nuper repudiatæ faciliorem aditum ad ſenatum haberent, 38, 3. *h. e. intervenientibus, agentibus, commendantibus.*

extracta res per aliquot dies auctoritatibus ſeniorum, 23, 6.

AUCTUS, 4, 2. cujus rei præmium ſit in civitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere.

uti—eaque vos (*Dii Divæque*) omnia bene juvetis: bonis auctibus auxitis: ſalvos etc, 29, 27.

AUDACIA vecors, 28, 22.

ipſo miraculo audaciæ obſtupefecit hoſtes, 2, 10.

AUDACITER ſe laturum fuiſſe de abrogando Q. Fabii imperio, 22, 25.

AUDACTER, 9, 34. quem clavi figendi, aut ludorum cauſſa, dictatorem audacter crees?

AUDAX conſilium, 25, 38.

conſilium temerarium magis, quam audax, 25, 37.

quo

quo audacior res erat, 26, 38.

AUDERE, 23, 14. capitalem fraudem auſi.

bene auſus vana contemnere, 9, 17.

pleraque per vim audebantur, 39, 8.

audeantur infanda, 23, 9.

AUDIRE, 1, 41. interim Servio Tullio jubere populum dicto audientem eſſe.

nec plebs nobis dicto audiens atque obediens ſit, 5, 3.

ſi prætori dicto audiens non eſſet, 29, 20.

conſules ſenatui dicto audientes, 4, 26.

ſi me audiatis, 9, 9. *ſimpliciter dictum* pro *ſi me auctorem ſuaſoremque ſequamini.*

quum hæc dicerentur audirenturque, 9, 7.

litteræ conſulum ingenti lætitia et in curia et in concione auditæ, 10, 45.

tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, 6, 2. *i. e. ipſum nomen Camilli.*

nec ob id quemquam fulmine ictum audimus, 45, 23. *i. q. audivimus, cognovimus.*

quum ex obviis *auditum*, poſtero die omnem exercitum—proficiſci, non metu modo omni—*liberavit* eos, ſed lætitiam ingentem *fecit*, 28, 26. *i. e. auditio ſ. quod ex obviis auditum erat etc. id, ea res—liberavit—fecit.*

audito, Machanidam, fama adventus ſui territum, refugiſſe Lacedæmonem, 28, 7. (*ablativus abſolutus*)

AVEHI, 9, 27. avectus (*equo*) ab ſuis, nondum conſerentibus manus ad clamorem ab ſiniſtra parte prius exortum.

AVERRUNCARE, 10, 23. quorum (*prodigiorum*) averruncandorum cauſſa ſupplicationes—ſenatus decrevit.

AVERSUS, 37, 7. virum ſicut ad cetera egregium, ita a comitate, quæ ſine luxuria eſſet, non averſum. *i. q. alienum.*

quum averſis auribus pauca locuti eſſent, 38, 33. pro *apud multitudinem iratam.*

averſus a propoſito, 2, 8.

in averſam incurſando etiam, 3, 70.

caſtris ſe tenebant tam ancipiti periculo averſi, 2, 45.

circumvecti ab urbe ad averſa inſulæ, 37, 27.

per averſa urbis, 5, 29.

AVERTERE, 7, 16. primoque impetu avertere hoſtem.

in fugam averterunt claſſem, 22, 19.

diſſipatos in fugam averterunt, 34, 15.

mille acies, graviores, quam Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque, 9, 19. *Simpliciter dictum* pro *vicit. cf. cap.* 39. *it.* 27, 1.

trepidi magiſtratus—avertunt animos a ſpe recuperandæ arcis, 9, 24.

in comitiorum diſceptationem ab lege certamen averterant, 3, 24.

nec jam poſſidendis publicis agris contentos eſſe, niſi pecuniam quoque publicam avertant, 6, 14.

quum avertere eam prædam vellet, 1, 7.

amnem

amnem—multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit, 41, 11.

avertere quidam ſenatores Karthaginienſes Magonem in Hiſpaniam, 23, 32. *i. e. ablegandum eo cenſuere.*

tota in ſe averterat caſtra, 6, 23. *h. e. a Camillo averterat, et in ſe converterat.*

AUFERRE, 1, 58. Tarquinius—peſtiferum hinc abſtulit gaudium. (*de expugnata Lucretiæ pudicitia*) *Omnino auferri dicuntur, qui affectibus, aut quacumque ratione tranſverſi rapiuntur, neque rationem ducem ſequuntur, atque ita delinquunt. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

abſtulerunt me, velut de ſpatio, Græcæ res immiſtæ Romanis, 35, 40. *de narrationibus per exceſſus, excurſiones.*

ut, quod a nobis ablatum ſit, in Italia tamen imperium maneat, 23, 5. *vid.* ablatus.

eo plus vereor, ne abſtuleritis obſervantibus etiam oculos, 6, 15. *Hoc proverbio indicantur, qui vafritie ſua et calliditate acutiſſimos quoſque vincunt et decipiunt. vid. intt. ad h. l.*

AUGERE, 29, 25. ad immenſum multitudinis ſpeciem auget.

augere in majus, 29, 3.

malum malo augere filii, 7, 4.

aucta familiaritas, 1, 39.

auxere vim morbi, 3, 6.

ad plebem aucta invidia, 10, 46. *vid.* auctus.

AUGUR in locum ejus inauguratus, 30, 26.

augur creatus, 25, 2. *cf.* 4, 4. *proprie cooptari dicuntur.*

AUGURIUM, 1, 6. ut Dii, quorum tutelæ ea loca eſſent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret.

accepiſſe id augurium lætæ dicitur Tanaquil, 1, 34. *it.* 10, 40. *de occinente corvo ante prælium.*

augurio animorum ſuorum lætabantur, 45, 1.

AUGUSTUS, 1, 29. auguſta templa.

fanum auguſtum, 38, 13.

auguſti tota (*inſula*) atque inviolati ſoli, 45, 5.

habitum formamque viri aliquantum ampliorem auguſtioremque humana intuens, 1, 7. *paullo poſt:* te auctum cœleſtium numerum. *cf. cap.* 8.

ſpecies viri majoris, quam pro humano habitu, auguſtioriſque, 8, 6.

conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano viſu, 8, 9.

ornatus habituſque humano auguſtior, 5, 41. *ſcil. quia eſt Jovis.*

quæ auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus, 5, 41. *h. e. toga picta et tunica palmata. vid. Ruben. R. Veſtiar.* 1, 21. *it. Scheffer. R. Vehic.* 2, 24.

AVIDITAS ingenii humani, 28, 38.* *i. e. avaritia.*

aviditate rapiendi per occaſionem triumphi, 31, 48.

AVIDUS, 22, 21. avida in novas res ingenia.

avidæ in direptiones manus, 5, 20.

AVIS, *vid.* æſtivus *it.* fangualis.

AVITUS,

Digitized by Google

AVITUS, 1, 6. avitum malum. *i. e. aut, quod ipſorum avo nocuerat, aut, quod in avi fratre fuerat. Ergo proprie accepta vox.*

AVIUS, 9, 19. avia commeatibus loca gravis armis miles timere poteſt.

AVOCARE, 1, 6. quum pubem Albanam in arcem præſidio armiſque obtinendam avocaſſet. *i. q. ſevocare partem populi a magiſtratibus ſeditionis cauſſa: ſive, ut Gronovius item explicat: avertere a cognoſcendo vero periculo, ne auxilium, quo maxime debebat, ferat.*

parte tribunorum exercituſque ad Volſcum avocata bellum, 4, 61.

AVOLARE, 1, 57. citatis equis avolant Romam. *Vulgo* advolant. *Sed illam lectionem recte tuetur Drakenborchius, quem vide.*

AURA, 21, 54. quidquid auræ fluminis appropinquabant, afflabat acrior frigoris vis.

jam aura, non conſilio, ferri, famæque magnæ malle, quam bonæ eſſe, 6, 11.

aura favoris popularis, 22, 26. *de præſidio aſpirantis ad ſummos honores.*

Africanum cognomen militaris prius favor an popularis aura celebraverit etc. 30, 45. *de gratia plebis, ſine reſpectu ad comitia.*

circumſpectare tum patriciorum vultus plebeii, et inde libertatis captare auram etc. 3, 37.

Afris, gente ad omnem auram ſpei mobili atque infida, 29, 3.

levi aura ſpei objecta, 42, 39.

AURATUS, 40, 34. quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt. *Enimvero ſigna aurata jam*, 38, 35. *it.* 39, 7. *commemorantur.*

Minucius bove aurato extra portam trigeminam eſt donatus, 4, 16. *bos auratus, ſi quidem genuina lectio eſt*, pro *bove auratis cornibus accipiatur. Sic* 7, 37. eximioque uno albo, opimo, auratis cornibus (*bove*) donat. *Similiter* aurati milites *Livio*, 9, 40. *dicuntur, h. e. qui ſunt ſcutis auratis inſignes, ſive, ut ipſe dicit*, cælati auro et argento. *Idem Noſter*, 45, 39. laureatas legiones *dixit, et ib. d.* auratos purpuratoſque *ſc. imperatores. Lictores laureati ad eumdem modum apud Ciceronem dicuntur a faſcibus laureatis; ut alia ſimilia taceam. Sed merito tamen pro ſpuria lectione habetur. Jac. Gronovii emendatio* bove et prato *legentis arridet pleriſque viris doctis. Eſt autem* pratum *i. q. ager, prædium.*

AUREUS, 10, 39. auream olim atque argenteam aciem—occidione occiſam.

AURIS, 6, 40. omnia ſemper, quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus, quæ ab noſtrûm quo dicentur, adverſis accipietis?

eas conditiones imperator vix auribus admiſit, 30, 3.

AURUM, 41, 20. templum laqueatum auro. *i. e. cujus laqueata tecta inaurata erant.*

aurum ſignatum Oſcenſe, 40, 43. *vid.* argentum.

AUSPEX, 42, 12. celebratas eſſe utraſque nuptias gratulatione doniſque innumerabilium legationum, et velut auſpicibus nobiliſſimis populis deductas eſſe. *vid. Clav. Cicero. in h. v.*

AUSPI-

Digitized by Google

AUSPICARI, 4, 6. quod auſpicari, tamquam inviſi diis immortalibus, negarentur poſſe. *i. q. auſpicia habere, capere, concipere. vid. cap. eod. it.* 22, 1.

AUSPICATO, 5, 52. urbem auſpicato inauguratoque conditam habemus.

urbem auſpicato, diis auctoribus in æternum conditam, 28, 28.

nec auſpicato nec litato inſtruunt aciem, 5, 38. *cf.* 1, 36. *it.* 6, 41.

AUSPICIUM, 6, 41. auſpiciis hanc urbem conditam eſſe. *i. e. auſpicato.*

auſpicio (*abſolute*) 22, 42. pro *in auſpicio.*

pullarium in auſpicium mittit, 10, 40.

incertis auſpiciis, 8, 30. *it.* dubiis *ibid. cap.* 34.

colluvionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorum privatorumque afferre, 4, 2.

auſpicium patricium et plebeium, 10, 8.

cujus ductu auſpicioque viciſſent, 8, 31. (*de magiſtro equitum*)

quod nemo plebeius auſpicia haberet, 4, 6. *i. e. jus auſpicia capiendi.*

non edicta imperatorum, non auſpicia obſerventur, 8, 34. *i. e. non exſpectentur.*

de religionibus atque auſpiciis, 6, 41.

AUT, 44, 6. aut Jovis templum, aut oppidum tenet. pro *partim —partim.*

quam ob noxam Romanorum, quod aut meritum, 6, 40.* pro *aut quod meritum; niſi malis cum Dukero* autem.

aut cederent, aut ſperent, 21, 30. *Sic Virgil. Æn.* 2, 664. *Hoc* erat *alma parens, quod me per tela per ignes* Eripis.

AUXILIUM, 31, 33. magna auxilia. (*de populis integris*)

ſub umbra auxilii, 32, 21. *cf.* 7, 30.

auxilia elephantorum, 31, 36.

loci auxilium, 33, 9.

quibus auxilii latio adverſus conſules eſſet, 2, 33.

noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur tribuniciæ poteſtati, precarium, non juſtum auxilium ferenti, 8, 35.

auxilium Romanum. 34, 12. *i. e. quod Romani afferunt.*

adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis, 2, 34. *i. q. auxilio.*

de mittendis Veios auxiliis, 5, 5. *i. e. militibus auxiliaribus.*

ſi offenderitis auxilia veſtra, 7, 30.

dimiſſus auxiliorum apparatus, 9, 7.

Karthagini ſupremo auxilio effuſo adeſſe videbatur præſens excidium, 30, 32.

B.

BALINEA, 23, 18. *i. q. balnea.*

BARBARUS, 31, 29. cum alienigenis, cum barbaris æternum omni-

omnibus Græcis bellum eſt eritque. *int. de Romanis. Item Galli barbari dicuntur*, 6, 42. *Viciſſim ſi non Græci, Daſſaretii certe a Romanis barbari vocati*, 31, 33. quædam (*oppida*) deſerta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inveniebantur.

BELLARE, 8, 39. bellum bellare.

bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem—inclitamque in ponte pugnam, 6, 42. *cf.* 9, 41. *it.* 10, 30.

delectu, an voluntarii pro Samnitibus adverſus Romanos bellaſſent, 9, 42.

ne quis, quoad bellatum eſſet, tributum daret, 6, 31. *i. e. debellatum, bello finis impoſitus eſſet. vide B. Patruum ad Tacit. Hiſt.* 2, 40.

BELLATOR, 1, 59. Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos.

nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat, 7, 26.

Latinus viribus ingens bellatorque primus, 8, 8. *i. e. rei militaris peritus. cf.* 9, 1.

BELLICOSUS annus, 10, 9. *Opponitur anno imbelli*, 10, 1.

cepiſſe enim eos non Romam—ſed, quod multo bellicoſius erat, Romanam virtutem ferociamque, 9, 6. *i. q. fortius.*

BELLICUM *ſubſtantive* pro *ſigno tuba dato ad excitandos milites, ut prælio ſe accingant:* ubi primum bellicum cani audiſſent, 35, 18.

BELLICUS, 30, 5. fortuitum, non hoſtilem ac bellicum, ignem rati eſſe.

BELLIGERARE, 21, 16. cum Gallis tumultuatum verius quam belligeratum.

BELLUM *olim* duellum *dicebatur*, 1, 32. bellum purum piumque, *i. e. juſtum.*

ne quid divini humanive obſtet, quo minus juſtum piumque de integro ineatur bellum, 9, 8.

ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confeſſio expreſſa ſit, ſe neque arte, neque caſu, ſed collatis cominus viribus juſto ac pio bello eſſe ſuperatum, 42, 47.

bellorum iræ reſiduæ, 1, 30.

belli gloria, 3, 68. *it.* terror, *ibid.*

bello vincere, 2, 7. *i. e. debellare, profligare bellum, pacis leges dare. Opponitur* acie vincere, *it. prælio.* Hannibal faſſus in curia eſt, non prœlio modo ſe, ſed bello victum, 30, 35.

uno prœlio victus, bello victus eſſet, 9, 19.

is bello quoque bonus habitus (*Sempronius*) 30, 1.

hac expeditione—motum latius erat, quam profligatum bellum, 9, 37.

quum collegæ novum bellum Sallentini hoſtes, decernerentur, 9, 42. *it. cap.* 31. Etruria novum bellum. *i. q. provincia, fines, intra quos bellum gerendum erat.*

quum pacis auctor a turbatoribus belli premeretur, 2, 16. *i. e. ab auctoribus belli. Nam* turbare bellum *eſt* turbando bellum efficere. *Ducta eſt e Græco ſermone hæc forma dicendi. Demoſthenes de Cor.* 50. *dicit* ταράττειν τὸν πόλεμον. *Similia ſunt Polybii*, 4, 14. συνταράξαι πόλεμον, 15, 2. *it.* συγχέαι πόλεμον. *vide Lexicon Polybianum B. Patrui. Huic poſteriori plane reſpondet Livianum* coquere

Digitized by Google

quere bellum, 8, 3. *Non igitur audiendi ſunt emendatores; nec lectio Gronovii, probata Drakenborchio,* bello, *neceſſaria eſt. Etenim ut nihil dicam de eo, quod inter omnia exempla quæ tertium caſum loco ſecundi ſubſtantivis jungere dicuntur, non reperiatur ullum, quod non idem referat verbum dativum aſciſcens; ut certe ambiguum ſit, unde pendeat dativus; ut igitur de hoc nihil dicam, quod ſane poteram vel maxime urgere: profecto idonea ratio reddi poteſt, cur* belli *dixerit Livius, etiamſi poterat abeſſe. Nempe oppoſitionem* auctoris *et* turbatorum *perfectam reddere volebat, ut* pacis *vocabulo* belli *vox reſponderet. Ita enim demum huic loco ad elegantiam nihil deeſt. Atque etiam ſimiles formæ dicendi non modo apud Noſtrum, ſed alios etiam occurrunt.* Concitor belli, 29, 3. *it.* vulgi, 45, 10. *dicitur:* vulgi turbator, 4, 2. machinator belli, 1, 28. belli victor, 45, 36. ſummotor aditus, 45, 29. irritare pugnam, 28, 33. *alia. Similiter Tacitus Ann.* 4, 67. ſuſpicionem et credendi temeritatem turbabat. *Apud Ammianum* concitor turbarum, *it.* tumultus, turbator otii, *et multa ſimilia occurrunt. vid. Gloſſarium noſtrum in h. v. Ceterum Plutarch. Public. p.* 108. πολεμοποιοὺς καὶ ϛρατιωτικὰς *illos belli turbatores appellat.*

viamque per devios ſaltus Romano bello feciſſe, 10, 24. *i. e. quod a Romanis in Etruria gerebatur, ſuperatis quidem difficultatibus, quæ cominus rem geri cupientibus objectæ fuerant.*

hæc eos in Etruria jactantes (*Samnites*) molienteſque bellum domi Romanum urebat, 10, 17.

diu meditatum Philippo primo, deinde et Perſi, Romanum bellum, omnia ut inſtructa paratæque eſſent, effecerat, 42, 52. *i. e. bellum cum Romanis gerendum. cf.* 8, 3.

bella trium regum, 45, 14. *i. e. cum tribus regibus.*

reliqua belli perficere, 26, 1. (*reliquiæ alias dicuntur*).

flagrante bello Italia, 31, 11.

in Italia quum poſt Cannenſem pugnam bellum ſegnius eſſet, 23, 35. *i. e. adverſus. vide Drakenborchium ad Epit. libri* 21.

bellum ſi inde non pellitur, jam intra mœnia erit, et arcem et Capitolium ſcandet, et in domos veſtras vos perſequetur, 3, 68.

tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu valuit, ut dictatorem dici placeret, 8, 17.

bellum comparare, 32, 28.

— tractare, 5, 12.

— cohibere, 9, 29.

— molliter et per dilationes gerere, 5, 5.

bella obire, 4, 7.

bellum trahere, 9, 27.

— apertum, 2, 16. *it. ſuſpectum ibid. cf.* 21, 34. *ubi artificiis et ſtrategematibus opponitur.*

juſta belli ſpecies, 40, 6. *Opponitur ſimulacro belli, it. decurſui et ſimulacro ludicro pugnæ,* 40, 9.

etiamſi non bello fiat infeſtus (*ſaltus*) tranſitu difficilis, 44, 6. *i. e. uſu artis bellicæ, objiciendis difficultatibus.*

bellum armaque, 4, 1. *it.* bellum et arma, 1, 27. *it.* arma et bellum, 9, 10.

Digitized by Google

ubi primum conferendi manum cum hoſte data occaſio eſſet, aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum, 44, 34. *i. e. prælium. vid. Cort. ad Salluſt. Catil. cap.* 9.

provinciæ, quæ in bello erant, decretæ, 41, 9.

in bello—in pace, 5, 52.

ſervatam *bello* patriam iterum *in pace* haud dubie ſervavit, 5, 49. *Sic:* bello ſe devovere, 10, 28.

belli ratio ſumendi, 38, 19.

bello ſuo defungi, 25, 35. *i. e. partem belli ſibi attributam feliciter perficere.*

ut quam acerrimo bello Hannibalem detineret, 27, 12.

alienæ fortis victor belli, 9, 42.

ita bello et pace quæri, ut inter omnes conveniat etc. 42, 50. *Drakenborchius de conjectura legi vult:* ita bello pacem præferri etc.

belli domique, 3, 43. *alibi, v. c.* 1, 34. bello domique. *Sed vide ad h. l. Drakenb.*

navale bellum, 5, 6. *it.* maritimum, 7, 26.

bella pedeſtria, 24, 48.

belli apparatus magnificus, 29, 22.

bellum numero hoſtium ingens, certamine haud ſane aſperum fuit, 5, 32.

bellum infeſtiſſimum, 9, 12.

—internecinum, 22, 58. *vid.* ardere.

Patres—bello inexpiabili ſe perſequuturos, 4, 35.

falſum teſtem, qui dicendæ cauſſæ innoxio poteſtatem ademiſſet, juſto ac pio bello perſequebatur, 3, 25.

BENE tutus a perfidia, 28, 44. *i. e. valde tutus.*

ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus eſt hoſtis, 9, 3. *cf.* 22, 50. *vide Cuperi Obſ.* 1, 8.

ſi hoc bene fixum omnibus deſtinatumque in animo eſt, 21, 44.

ſi ſui bene crediderint cives, 1, 50.

BENEFACTA, 25, 31. non plura—benefacta Hieronis, quam—maleficia eorum etc.

BENEFICII et maleficii occaſione omiſſa, 9, 12.

vos potius beneficio veſtro occupate eam (*Capuam*) quam illos habere per maleficium ſinatis, 7, 30.

beneficio ac maleficio abſtineri, 5, 3. *h. e. eo, quod bene factum foret.*

quum obnoxium vitæ beneficio ſenatum multo ſibi magis, quam plebi, feciſſet, 23, 4. *i. e. quo vita ſervata eſt alteri.*

certamen ſine effectu in beneficio apud primores Patrum relinquere, 4, 7. *i. q. pro beneficio imputare.*

tribuni militum crearentur, quæ antea dictatorum—fuerant beneficia, 9, 30.

BENIGNE arma capere, 3, 26. *i. e. lubenter. Alibi ſignificat largiter, e Græco ἀφθόνως. Oppoſ.* maligne. *Horat. Serm.* 2, 6. *Neque illi ſepoſiti ciceris, nec longæ invidit avenæ.*

benigne polliceri, 6, 6. *i. q. prolixe, liberaliter. Sic* bene polliceri *Salluſtio dicitur*, 13. *Cat. cap.* 41. *cf.* 9, 30.

benigne conceſſa præda, 9, 31.

com-

Digitized by Google

commeatus benigne advexere, 9, 32.
ædes, quæ ipsum comitesque ejus benigne reciperent, 45, 44. *i. e. laxe, commode.*

BENIGNUS, 42, 38. Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro etc. *h. e. copiosa.*

BESTIA, 7, 4. ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere—si quid ex progenie sua parum prosperum sit. *i. e. immanes bestias.*
feras bestias, cæco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas, 26, 13.
nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium circum complendi, 44, 9.

BIDUUM tempus petere, 27, 24.

BIFARIAM, 10, 21. jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit.
divisis bifariam copiis, 25, 32. *i. e. duobus exercitibus ex uno factis.*
gemina victoria duobus bifariam prœliis parta, 3, 63.

BIGATUM, *vid.* argentum.

BILIBRIS farris speraſſe libertatem se civium suorum emisse, 4, 15. *vid.* selibra.

BIMENSIS, 45, 15. anni et bimensis tempus prorogaretur. *Creverius conjicit VI. mensium, i. e. justum censuræ tempus.*

BIMESTRE stipendium, 9, 43.

BIPALME spiculum hastili semicubitali infixum erat, 42, 65.

BLANDIMENTA plebi—ab senatu data, 2, 9.

BLANDIRI, 21, 1. Hannibalem pueriliter blandientem patri—ut duceretur in Hispaniam. *i. e. per blanditias patentem a patre ut etc.*

BLANDUS, 23, 18. otium consuetudine in dies blandius.
an blandiores in publico, quam in privato, et alienis, quam vestris, estis, 34, 2. *de feminis. cf. Cicer. Verr.* 3, 26. *Nam blanditiæ feminis maxime et meretricibus tribuuntur.*

BONUM, 4, 15. bona vendere atque in publicum redigere. *h. e. redactam e venditis pecuniam. Eo sensu apud Tacitum Annal.* 2, 48. *sunt* bona petita in fiscum. *Sic N. T. Matth.* 26, 9.
congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis, 30, 1. *cf.* 3, 12. *paullo ante* munera *dicuntur.*
inter cetera sollemnia manet bonis vendendis, bona Porsenæ regis vendendi, 2, 14. *h. e. inter ceteros ritus auctionum publicarum est etiam hic, ut, quæ primum a præcone venalia prædicantur, appellentur bona Porsenæ. vid. Plutarch. in Public. p.* 107.

BONUS, 4, 2. pace boni. *i. e. reipublicæ administrandæ periti. Omnino enim* bonus *dicitur, qui in suo genere præstat, excellit, utilis est.*
pace belloque bonus, 4, 3.
bello quoque bonus, 30, 1.
pecori bonus (*mons*) alendo, 29, 31.
ut bona mens suis omnibus fuerit, 39, 16. *i. e. ne participes illius furoris sint.*
uti bonum animum haberet, 8, 32.
bonorum optimus, 29, 14.
bona pax, 8, 21. *Oppos.* obnoxia. *vide infra in h. v.*

Digitized by Google

is alteri populo eum bona pace imperitaret, 1, 24.
bonum cauſſæ, 3, 72. *i. q. bonitas, juſtitia.*
quin etiam bono fuiſſe Romanis adventum eorum conſtabat, 7, 12. *i. q. pro bono ceſſiſſe ſ. bono ceſſiſſe. De utraque forma vide B. Patruum ad Sueton. Tit.* 7.
ut pro bonis et fidelibus ſociis facerent, 24, 48.
Campani—haud parva—acceſſio bonis rebus veſtris in amicitiam venimus veſtram, 7, 30.
quibus (*militibus*) boni tribuni plebis quum ſtipendium extorquere voluerint, 5, 5. *ironice intelligendum.*

BOS femina, 25, 12.
bovem in Sicilia loquutum, 24, 10. *alii, in genere ſequiori.*
auratus bos, *vid.* auratus.

BRACHIUM *munitionis genus prominens et procurrens*, 4, 9. ex alia parte conſul muro Ardeæ brachium injunxerat, qua ex oppido ſui commeare poſſent. *Sic σκέλη apud Polyænum, p.* 84. *edit. Maaſvic. dicuntur. Talia brachia, præſertim naturalia,* linguæ *dicuntur.*
qui (*murus*) brachiis duobus Piræeum Athenis jungit, 31, 26.
muro brachium injungere, *alii* immittere, 4, 9. *it.* objicere, 22, 52.
ſuperato brachio in urbem penetrat, 38, 5.
veluti per devexum in mare *brachium* tranſitum tentaturus, 44, 35. *vide Lucan.* 3, 385.

BREVIS, 21, 35. ut pleraque Alpium ab Italia ficut breviora, ita arrectiora ſunt. *i. e. minus alta.*
aut omnia breviora aliquanto fuere, aut etc. 21, 15. *i. e. brevioribus ſ. parvis temporum intervallis deinceps conſequuta, facta. Notum enim eſt, omne parvum breve dici et contra.*
breviſſimi temporis impetus, 5, 6.

BUCCINA, 26, 15, ut ad tertiam buccinam præſto eſſent. pro *ſonitu ejus, ſigno per eam dato, claſſico. vid. ſupra in v.* bellicum.

BUCCULA, 44, 34. alii galeas bucculaſque tergere. *Bucculis buccæ tegebantur erantque galearum partes.*

BULLA, 26, 36. ita ut annulos ſibi quiſque, et conjugi et liberis et filio bullam—relinquant.

BUSTUM, 5, 48. jam pigritia ſingulos ſepeliendi promiſcue acervatos cumulos hominum urebant, buſtorumque inde Gallicorum nomine inſignem locum fecere.

C.

CADERE, 1, 56. velut ſi prolapſus cecidiſſet. *cf.* 5, 21.
prolapſaque in vulnus moribunda cecidit, 1, 58.
Scipionem Cn. filium ejus, qui in Hiſpania ceciderat, 29, 14.
caſurumque inter ſigna Samnitium potius ete. 10, 35.
amnis cadit in ſinum maris, 38, 4.

venti

Digitized by Google

venti vis omnis cecidit, 26, 39. *it.* 36, 43.
ventus, premente nebula, cecidit, 29, 27.
cadente Euro, 25, 27.
ſi quid adverſi caſurum foret, 35, 13. *cf.* 22, 40.
quid caſurum fuiſſet, 38, 46.
quum, quæ tum maxime acciderunt, caſura præmonens etc. 36, 34.
irrita promiſſa ejus caderent, 2, 31.

CADUCEATOR, 26, 17. Haſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit, qui promitteret etc. *cf.* 31, 38.

CÆCUS, 9, 5. belluarum modo cæcos in foveam miſſos. *i. q. improvidos, incautos.*
ne deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum ageret, 9, 14.
non cæcis ictibus procul ex improviſo vulnerabantur etc. 34, 14.
cæcus ad has belli artes, 21, 54.
cæcæ exſecrationes, 40, 10. *i. e. irritæ, ſine effectu. Sic Virgil. Æn.* 4, 209. *cæcique in nubibus ignes Terrificant.*
in Achæis cæcum erat crimen, nullis eorum litteris inventis, 45, 31. *i. e. incertum; neque enim litteris coargui poterant; nihilque noxæ perſpiciebatur.*

CÆDERE, 32, 12. cædentes ſpoliantesque cæſos.
cæſum aliquem agere, 2, 36. *i. e. agere, ut cædatur, ſ. cædendo agere.*
haſtilibus cædentes, 35, 5. *i. e. petentes et ferientes, ſcil. punctim, non cæſim.*
conſulem exercitumque cæſum, 22, 56. *i. e. pulſum cum magna cæde. vide B. Patruum ad Sueton. Veſpaſian.* 4.
legiones noſtras cecidere, 7, 30.
capite velato victimam cædat, 10, 7. (*de pontifice.*)
avem ſangualem—ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe, 41, 13.

CÆDES, 3, 18. multi exſulum cæde ſua fœdavere templum.
quum cædes et incendia circum Anienem flumen feciſſent, 2, 64.
cum multorum cæde prœlium inire, 21, 12. (*active intell.*)
juſta cæde conficere hoſtem, 6, 13. *i. e. prœlio pedeſtri. Opponitur enim* terrori equeſtri.

CÆLARE, 23, 24. calvam (*capitis præciſi*) auro cælavere, *i. e. auro cælato diſtinguere.*
ſcuta—auro—argento cælaverunt, 9, 40.

CÆLESTIS, *vid.* cœleſtis.

CÆLUM, *vid.* cœlum.

CÆRIMONIA, *vid.* cerémonia.

CÆSIM petere hoſtem, 22, 46. *Oppoſ.* punctim.

CÆTRATI quos peltaſtas vocant, 31, 36.

CALCULUS, 5, 4. ſi ad calculos eum reſpublica vocet. *i. e. ad rationem reddendam.*

CALIDUS, 22, 24. calidiora conſilia. *i. e. temeraria et præcipitia.*

CALIGO occæcaverat diem, 33, 7.

Digitized by Google

CALLIDUS, 38, 44. callida malitia inimici.

CALLIS, 22, 14. per æſtivos ſaltus deviaſque calles exercitum ducimus, conditi nubibus ſilviſque.

CALUMNIA, 39, 4. qualem calumniam ad pontifices attulerit. niſi velut accuſatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent, 33, 47.

CALUMNIARI, 42, 42. qui calumniando omnia detorquendoque ſuſpecta et inviſa efficeret.

CAMPESTER, 10, 2. agri campeſtres. *i. e. regio campos habens herbidos ac fertiles.*

campeſtrem urbem, non flumine, non mari ſeptam, 23, 45.

campeſtre oppidum, 27, 39.

— iter, 21, 32.

— certamen, 32, 7. *de comitiis; unde etiam* gratia campeſtris, 7, 1. *dicitur.*

a campeſtri aditu caſtra poſuit, 40, 22.

campeſter hoſtis, gravis armis, ſtatariuſque, 22, 18.

campeſtres barbari, 39, 53.

CAMPUS terrenus omnis operique facilis, 33, 17.

puro ac patenti campo, 24, 14.

campus herbidus aquoſuſque, 9, 2.

campi frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti, 22, 3.

campus Martius, 1, 44. *ſcil. qui poſtea ſic appellatus eſt. cf.* 1, 16.

humilibus per omnes tribus diviſis forum et campum corrupit, 9, 46.

CANALI uno diſcretæ (*ædes ſacræ*), 23, 31.

CANDELA, 40, 29. duo faſces candelis involuti. *i. e. funiculis picevel cera illitis. vid. Duker. ad h. l. Pighius ſuſpicatur* ſcandulis.

CANDIDATUS novus, 39, 32. *i. e. qui nondum petiit honores. Dictus, ut notum eſt, a toga candida. Huc pertinet locus ille vexatus,* 4, 25. Placet tollendæ ambitionis cauſſa tribunos legem promulgare, ne cui album in veſtimentum addere petitionis liceret cauſſa. *i. e. album addere veſtimento. Neque enim hæc conſtructio inuſitata eſt. vid. ſupra in v.* addere.

CANDOR, 10, 39. candore tunicarum fulgentem aciem.

candida veſte et paribus candore armis inſignes, 9, 40.

CANERE, 1, 45. cecinere vates, idque carmen etc.

cujus tantæ dimicationis vatem—Q. Fabium haud fruſtra canere ſolitum, 30, 28.

ſemel biſne ſignum canat in caſtris, 27, 47.

claſſicum apud eos cecinit, 28, 27.

inde ſignum obſervare juſſit, ut pariter—referrentque pedem, ſi receptui ceciniſſet, 3, 22. *ſcil.* ſignum. *Poſſis etiam ſic: ſi receptui (imperator) canendum juſſiſſet.*

CANTARE ad manum, 7, 2. *dicitur de hiſtrionibus, quum recitantes ſ. cantantes illud ipſum exprimunt, quod ab ſaltatoribus geſticulando ſignificatur.*

CANTHERIUM in foſſa, 23, 47. *Proverbium adhiberi ſolitum, quum*

Digitized by Google

quum quis admonendus viſus eſſet, ne alium ex ſe creſcere pateretur, uti vitis creſcit ſupra cantherium, i. e. adminiculum, quod in foſſa, quæ juxta vitem erat, defigebatur. vide Gronov. ad h. l. Qui proprie ac ſimpliciter accipiunt hæc verba, his obſtant præcedentia verbis ferociot quam re. *In eo enim erat ferocia, quod improprie, et per audacem tranſlationem perſpicuis illis et planis verbis Taurea uſus eſt. Nec vero obſtat interpretationi Gronovianæ, quod proverbii vim Taureæ verba, ipſo Livio auctore, poſtea demum ſortita ſunt. Sufficit enim, ferociam iſtam verborum, ſ. inſolentiam dictionis, futuro proverbio occaſionem dediſſe: id quod uſu venit in omnibus proverbiis, quæ ſunt paucarum vocum et perſpicuarum: quæ quidem proverbii vim numquam obtinuiſſent, niſi ſingularis earum uſus, per eventorum opportunitatem, incidiſſet. Sed nolo, neque Gronovium plane defendere, neque Cel. Strothium refutare. Longum foret, omnia perſequi.*

CANTICUM, 7, 2. Livius—dicitur, quum ſæpius revocatus vocem obtudiſſet, petita venia puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis uſus impediebat.

CANTUS, 38, 17. ad hoc cantus ineuntium prœlium et ululatus et tripudia, et quatientium ſcuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus. *cf.* 21, 28. *it.* 10, 26.

CAPERE conatus ad erumpendum, 9, 4. *cf.* 3, 5.

proſpectu in urbem agrumque capto, 1, 18.

capere impetum, 2, 65. *niſi vero pro* impetu capto *legatur* impetu facto, *quod eſt utique Livio uſitatum.*

capere flaminem, 27, 8. *alias de virginis Veſtalis electione proprie dicitur. vid. Gell.* 1, 12.

velut avertentem ſeſe, ne Capua in oculis ejus caperetur, 26, 12.

ut inde tempore capto abirent, *ibid.*

quem (*ſenatum*) qui ex regibus conſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit, 9, 17. *i. e. intellexit, agnovit.*

nec fas fuit, alium rerum exitum eſſe—velut ſomnio lætiore, quam quod mentes eorum capere poſſent, 9, 9.

cujus magniloquentiam vix curia paullo ante ceperat, 44, 15. *quum quidem modum nimis excederet, ut ferri vix poſſet.*

ædilitatem ſuarum gentium viris campeſtri gratia ceperunt, 7, 1. *i. e. effecerunt, ut iis daretur.*

capta eo prœlio tria millia etc. 22, 49. pro *in eo prœlio.*

amore captivæ victor captus, 30, 12.

ubi ſenatum metus cepit, 23, 14. *Sic* de pavore, 23, 20. de luctu, 25, 22. de libidine, 1, 57. de cupidine, 40, 21. de oblivione, 27, 13. de admiratione, 44, 12.

captarum pecuniarum ab regibus Illyriorum ſuſpicione infamis, 42, 45.

capti auribus et oculis metu omnes torpere, 21, 58.

capi luminibus, 9, 29.

velut mente capta, 39, 13.

Digitized by Google

quæ (*virgines*) alienata mente simul luctu metuque, velut captæ furore etc. 24, 26.

victus necessitatibus temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obviam iret, 25, 34. *i. q. exsequitur, vel potius, exsequutus est. Etenim* capit *pro* cepit, *forte librariorum vitio, obtinet.*

montes proximos fuga capiunt, 9, 43.

CAPESSERE fugam, 9, 39. bellum, 26, 25. rempublicam, 3, 69.

partem secum capesserent decoris, 9, 40. (*verba ducum in prælio milites adhortantium*)

CAPILLUS, 32, 1. in Herculis æde capillum enatum. *De singulis generibus pilorum accipi potest. Sic apud Suetonium Ner.* 1. *de barba dicitur, quod negabat Burmannus. vide B. Patruum ad illum locum.*

CAPIS, 10, 7. *vas pontificale.*

CAPITAL, 24, 37. præfidio decedere apud Romanos capital esse. *Vulgo legitur* capitale. *Est scilicet* capital *commissum ejusmodi, quod cum pœna capitis conjunctum est.*

CAPITALIS res, 3, 13.

capitalia ausi plerique, 26, 40.

CAPITOLIUM, 1, 10. *per πρόληψιν dictum de monte Tarpeio.*

CAPITOLINUS, 6, 17. quem (*Manlium*) prope cœlestem, cognomine certe Capitolino Jovi parem, fecerint.

CAPTARE libertatis auram, 3, 37.

captata occasio est, quum etc. 38, 44.

captatum tempus, 4, 36. *it. de* tempestatibus, 5, 6.

liberam Minucii temeritatem se suo modo captaturum, 22, 28.

Bœotorum gentem captatam Philippo, 42, 12.

silentio facto, pluribus locis aure admota sonitum fodientium captabant, 38, 7.

nequidquam inter se captati, nihil præter infamiam movere, 44, 25.

CAPTIVUS, 32, 26. captiva aliquot nationis ejus ex præda emta mancipia.

captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit, 21, 33. *nisi vero legendum captivis precoribus. vide Intt. ad h. l.*

captiva pecunia, 1, 53.

si spreta gloria fuisset captivæ pecuniæ in ærarium illatæ, 10, 46.

captivum aurum argentumque, 45, 40.

captiva signa in unum locum conferri jussit, 7, 37.

captiva navigia, 10, 2. *it.* naves captivæ, 26, 47.

— corpora, 31, 46.

— carpenta, 33, 23.

— arma, 9, 40.

— agrum, 2, 48.

— solum, 5, 30.

CAPTUS oculis, 22, 2. *vere cæcus. vide Duker. ad h. l. alias de usus defectu dicitur v. c.* 2, 36. captus omnibus membris. *Is enim pedibus uti iterum didicit. vide ibid.*

ager ex hostibus captus, 4, 48.

dam-

Digitized by Google

damnatus pecuniæ captæ ab rege, 38, 56.
manifeſtum autem eſſet, pecunias captas, 43, 2.
res ſimilis captis magis mentibus quam conſceleratis, 8, 18. *i. e. inſanis.* vid. *capere.*
CAPUT velare, 1, 18. *proprie erat augurum in auguriis capiendis.*
tegumenta capitis, 22, 1.
conſules, velut deliberabundi, capita conferunt, 2, 45. *al. conferunt: de judicibus proprie dicitur.*
tergo ac capite puniri, 3, 55.
qui juniorum non conveniſſet,—caput Jovi ſacratum eſſet, 10, 38.
ſacrandoque cum bonis capite ejus, qui etc. 2, 8.
in hæc vilia capita ſævi, 25, 6. *Oppoſ. tribuni militum.*
inde labi cœpit (*quæſtio*) ad viliora capita, 9, 26. *Oppoſ.* clara nomina reorum.
capita viliſſima, 24, 5. *i. e. tenuiſſimi homines.*
ignota capita, 3, 7.
caput noxium, 10, 40.
— clarum, 1, 41.
capita conjurationis, 9, 26.
caput rerum in omni hoſtium equitatu Maſiniſſam fuiſſe, 28, 35.
in capita, 32, 17. *cum diſtributivo.* Treceni nummi in capita ſtatutum eſt pretium. *Sic ſæpius, etiam ubi* in ſingulos *dictum eſt, et ſimilia,* 34, 50. 42, 4.
in eos, qui capita rerum erant, animadverſum, 26, 16. *cf. cap.* 40.
in caput conſilii, in ducem incurrere (*invidiam*), 8, 31.
omnem iram hoſtium noſtris capitibus excipientes, 9, 8.
centum—capitum humanorum abducerentur, 45, 34.
libera ſervaque capita, 29, 29.
capita *ſequente maſculino,* 10, 1. capitaque conjurationis virgis cæſi ac ſecuri percuſſi. *cf.* 37, 39.
capita Romana, 22, 52.
caput rei Romanæ Camillus, 6, 3.
magnumque Deorum numen ab ipſo capite (*rege*) orſum, 1, 23.
ubi Hannibal ſit, ibi caput atque arcem hujus belli eſſe, 28, 42.
caput belli (*Perſeus*) 45, 7.
tres validiſſimæ urbes Etruriæ capita, 10, 37. *cf.* 37, 18.
caput Theſſaliæ (*Lariſſa*) 42, 47. Leucadii, quod caput Acarnaniæ eſt, 36, 11.
caſtellum—quod caput ejus regionis erat, 21, 33.
caput ejus regionis, 23, 40. (*Cornum*)
caput ipſum belli Roma, 26, 7.
pro capite atque arce Italiæ, urbe Romana bellum geratur, 22, 32.
caput orbis terrarum *Roma dicta, ab Hannibale ſcilicet,* 21, 30. *vide Ruben. Elect.* 1, 25.
in Italiam, ubi belli caput rerumque ſumma eſſet, 27, 20.

Digitized by Google

Perusia, Cortona—quæ ferme capita Etruriæ populorum—erant, 9, 37.

caput Samnitium, 9, 31.

urbem—caput ejus gentis, 21, 5. *cf. cap.* 39. 32, 30.

brevi caput Italiæ omni Capuam fore, 23, 10.

capita regionum, ubi concilia fierent, 45, 29.

caput belli Prænestæ, 6, 29. *cf.* 44, 31.

urbs, caput insulæ, 22, 20.

caput partis ejus Lucanorum, 25, 16.

quod (*Veii*) tum caput omnium curarum publicarum erat, 5, 8.

id caput (*Antium*) eas vires belli esse, 3, 10.

Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento responsum est, eo loco caput rerum summamque imperii fore, 5, 54.

caput aquæ Ferentinæ, 1, 51. *i. e. fons. cf.* 37, 18.

capite anquirere, 8, 33. *it.* capitis, 2, 52.

ea (*multa*) in caput vertit, 2, 52. *i. e. mortem attulit.*

Virginius capitis diem dicit, 3, 11.

quoad vel capitis vel pecuniæ judicasset privato, 26, 3.

caput patrimonii, 6, 14. *de fundo primario.*

de capite (*sorte*) deducite quod usuris pernumeratum est, 6, 15. *cf. cap.* 35.

CARDO *pro loco opportuno*, 41, 1. qui tuendam—Anconam, velut cardinem, haberent.

ut promontorium iis Minervæ, velut cardo, in medio esset, 40, 18.

CARINA, 28, 8. navium carinis positis.

CARITAS Syracusanorum, non odium, 25, 28. *i. e. adversus Syracusanos.*

succedenti tantæ caritati Hieronis, 24, 5. *h. e. Hieroni tam caro. cf.* 7, 40.

CARMEN rogationis, 3, 64. *i. q.* formula. *cf.* 1, 24. *Sic μέλος et ὕμνος Græcis dicitur de oratione prosaica. vid. Cuper. Obs.* 1, 10.

carmen dirum, 10, 38.

— exsecrabile, 31, 17.

— furiale, 10, 41.

carminis horrendi lex, 1, 26.

invento carmine in libris Sibyllinis, 29, 10. *de certo aliquo loco istorum librorum.* Carmina *vero in universum dicuntur iidem libri. v. c.* 38, 45.

carmina a militibus in imperatorem dicta, 39, 7. *in sensu bono. Sæpius enim joculariter et petulanter, in pompa triumphali, canebant, etiam, quæ imperatorem læderent, licentia tum militibus concessa: quod ipsi Jul. Cæsari accidit. vid. ap. Sueton. Jul. cap.* 51.

ovantesque moris sui carmine, 10, 26.

CARNIFEX, 2, 56. non consulem, sed carnificem ad vexandam et lacerandam plebem etc.

CARNIFICARE, 24, 15. neminem stantem jam vulnerari hostem, carni-

Digitized by Google

carnificari jacentes, et in dextris militum pro gladiis humana capita esse.

CARNIS, 37, 3. quod Laurentibus *carnis*, quæ dari debet, data non fuerat. (*in casu recto*)

CARPENTA Gallica, 31, 21.

CARPERE postremum agmen, 31, 40. *i. e. crebris assultibus cædere, impressionem facere. cf.* 27, 46.

carpere agmen, 22, 32.

— extrema agminis, 6, 32.

— noviſſimos, 8, 38*.

carpi parvis quotidie damnis vires, 9, 27.

hostes carpere multifariam vires Romanas, 3, 5.

carpere in parva certamina ſummam belli, 3, 61.

in multas parvaſque partes carpere exercitum, 26, 38.

Paullum obtrectatio carpſit, 45, 35.

milites—dictatorem ſermonibus carpere, 7, 12.

CARPTIM, 22, 16. ad laceſſendum hoſtem carptim et procurſando recipiendoque ſeſe pugnavere.

carptim aggrediendo, 44, 41.

CASSE ne tempus tereretur, 24, 26. *i. q. fruſtra. Vox alibi non occurrens. vide Drakenb. ad h. l.*

CASTELLANI, 38, 45. *qui habitant in caſtellis, ſ. viculis montanis, editis.*

caſtellani agreſtes, 34, 27.

— agreſte genus, *ibid.*

CASTELLATIM diſſipati, 7, 36. (*per caſtella*)

CASTELLUM, 10, 46. caſtella, locis ſitu munitis, expugnavit.

caſtella vicique, 33, 36.

elephanti caſtellorum procul ſpeciem præbebant, 28, 14.

caſtellum omnium ſcelerum, 3, 57. (*tribunal Appii*)

CASTIGARE, 30, 15. quod triſtiorem rem, quam neceſſe fuerit, fecerit, leniter caſtigat. *cf.* 36, 31.

CASTIGATIO, 36, 9. revocati—caſtigationibus principum ad perſeverandum in propoſito. *cf.* 31, 46.

CASTIGATOR lacrimarum atque inertium querelarum, 1, 59.

CASTIUS eum ſacra privata facere, 10, 7.

CASTRA legionum, 29, 35. *it.* navalia, *ibid.*

caſtra caſtris collata, 10, 32. *cf.* 4, 27. 23, 28.

caſtra removere, 9, 24.

— conferre cum hoſte, 26, 12.

— caſtris conjungere, 3, 69.

qui tractus caſtrorum quæque forma eſſet, 3, 28.

exercitu inſtructo paratoque in urbe caſtra habere, 6, 6. *Opponitur hic exercitus alii, qui urbi mœnibuſque præſidio ſit. Sunt igitur illa caſtra improprie intelligenda.*

CASTRENSIS, 44, 35. multo iniquioribus animis a caſtrenſi conſilio auditi ſunt.

CASUS, 23, 22. ſuo caſu abſumi. *i. e. fato mori.*

rem in caſum ancipitis eventus committunt, 4, 27.

in hoc caſu, quo infeliciter incidit, ut etc. 38, 49.

Digitized by Google

hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, 30, 30. *i. q. casum ludicrum.*

in casum venire universæ dimicationis, 22, 32.

seu casu seu necessitate, 45, 8.

casus longioris pugnæ, 9, 27. *i. e. quos afferre solet longior pugna.*

regna et imperia sub casibus multis esse, 42, 50. *i. e. conversionibus rerum et vicissitudinibus obnoxia.*

obsessæ regio præsidio urbis casum miserando, 37, 17.

quod belli casus ferunt, 8, 31.

CATARACTA dejecta, 27, 28. *i. e. operculum, vel tabula, quæ demittatur, ad aditum obstruendum.*

CAVERE, 24, 2. optimum visum est, ad Hannibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset.

et pacti, qui Samnitium forent, ut cum singulis vestimentis emitterentur. Hi omnes sub jugum missi. Sociis Samnitium nihil cautum: ad 7000 sub corona veniere, 9, 42.

CAVILLARI, 5, 15. cavillantes in stationibus—milites Romanos Etruscosque. *cf.* 39, 13.

CAUSSA, 34, 22. causas belli habere.

morbum causam esse, cur abesset, 38, 52. *Nonnulli legunt* causæ. *cf.* 22, 8. *ubi* causa *pro ipso morbo, vel potius* pro *nova officiuncula valetudinis imbecillæ dicitur.*

quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus causa fuisset, 24, 18.

quibus aut emerita stipendia, aut morbus causæ essent, quo minus militarent, 34, 56.

per causam recognoscendi nomina captivorum, 22, 6*.

per causam renovati ab Æquis belli, 2, 32.

per hanc causam Thracibus ablegatis, 44, 44. *Sic sæpissime* pro *sub hoc prætextu.* vid. *species, titulus.*

cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat, perque eam causam occidere—poterat, 1, 49.

causam mortis legatis fuisse, 4, 17.

bellum, non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo, causas cepit, 39, 23.

hæc in posterum causa jusque dictio—consuli decreta est, 41, 9. *i. e. cognitio causæ; ut causæ apud eum dicantur.*

multo majorem causam Antiochum, quam Ætolos, esse, 36, 41. *Ita etiam* cura *de singulis, atque adeo de universis populis, quibuscum bellum gerendum sit, a Livio dicitur.*

quasdam civitates dissentientes in causam deductas esse, 42, 38.

nec enim in causa ipsorum, sed in populi Rom. clementia spem salutis positam esse, 36, 27. *i. e. in bonitate ac justitia causæ.*

quum parum precibus, parum causa proficerent, 8, 32.

de rebus singulis in breve coactæ causæ, 39, 47. (*de compendiis argumentorum int.*)

qui apud multitudinem sua causa loquitur, 3, 68. *vid. infra in v.* publicus.

libertatis

Digitized by Google

libertatis cauſſam defendere, 39, 24. *i. q. libertatem ipſam ejuſque partes, jura.*

quid enim aliud eſſe cauſſæ credemus, 7, 13.

unius tantum criminis, ni judicem dices, te ab libertate in ſervitutem contra leges vindicias non dediſſe, in vincula te duci jubeo, 3, 56. *criminis ſcil.* cauſſa *vel* nomine, *ut ſit hic ſenſus: unius tantum criminis cauſſa, quod ſcilicet vindicias ab libertate in ſervitutem contra leges dediſti, in vincula te duci jubeo, ni judicem dices, te ab libertate in ſervitutem contra leges vindicias non dediſſe. vide Duker. ad h. l.*

mitius tamen decreverunt cauſſa Marcelli, 26, 32.

cauſſa expiandæ violationis ejus templi, 31, 12. *In his duobus locis vox* cauſſa *genitivis poſtponenda erat. Eodem modo Græcorum ἕνεκα interdum collocatum reperitur.*

CAUSSARI, 23, 8. patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbationem cauſſante.

conſénſum Patrum cauſſabantur, quo per contumeliam conſulum jura plebis labefacta eſſent, 3, 64. *i. e. falſam pro vera cauſſa, prætextum afferebant.*

cauſſatus de privati portenti procuratione, 5, 15.

cauſſando corrumpi equos incluſos in inſula, 28, 35.

CAUSSARII ſenioreſque, 6, 6. *valetudinis cauſſa miſſi, aut immunes militiæ.*

CAUTUS, 38, 25. parum cautus adverſus colloquii fraudem.

ad propius præſentiuſque malum cautiores eſſe, 24, 32.

CAVUS, 7, 34. cava vallis. *it.* cavæ viæ, 26, 10.

murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cavis aperuit, 24, 34. *Cava it. cavæ i. q. foramina, cavernæ. Hæc autem cava erant cubitalia, h. e. cubiti magnitudinem habebant. vide Drakenborch. ad h. l.*

CEDERE, 2, 33. ut niſi fœdus cum Latinis—monumento eſſet, —Poſtumum Cominium bellum geſſiſſe cum Volſcis, memoria ceſſiſſet. *i. e. exceſſiſſet, plane ignoraretur.*

inſigniſque inter conſpecta cedentium pugnæ terga, 2, 10. *i. e. fugientium.*

poſtquam non ceſſere nec publicæ tempeſtati, nec ſuæ invidiæ, 4, 55.

tribuni ceſſere nocti, timentes conſulum arma, 3, 17. *i. e. nocturno perici[illegible]ere. cf. cap.* 60.

conjuges [illegible]rum in cuſtodiam dedit: prædæ alia militum [illegible]

idem [illegible]s captum in paucorum prædam ceſſiſſe, 6[illegible]

ca[illegible]is ceſſere, 31, 46.

al[illegible] eo (*regno*) cedere, 42, 50. *Sic et* con-

ced[illegible], 25. quo jam, tamquam trans Iberum

ag[illegible]ſit. *vid.* concedere.

[illegible]hil dari poſſet, fama et corpore, judicati

[illegible]ibus ſatisfaciebant, pœnaque in vicem fi-

[illegible]me animos, que[illegible] [illegible]niquo, non

hoſti,

Digitized by Google

hosti, cessum, velut fugientes ac territos, terribiles ipsi, sequuti fuerant, 8, 38.

nolle ominari, quæ captæ urbi cessura forent, 23, 43. *i. e. eventura. In malam partem dictum. Alias et in alteram partem, absolute quidem, dici solet. vid. Drakenborch. ad* 2, 44.

CELARE, 5, 51. sacra, in ruina rerum nostrarum, alia terræ celavimus, alia etc. *Alii tamen præferunt* terra.

CELEBER, 25, 12. vulgo apertis januis in propatulis epulati sunt, celeberque dies omni ceremoniarum genere fuit.

Mænii celebre nomen laudibus fuit, 4, 53.

CELEBERRIMUS, 4, 54. quum et spiritus plebes sumsisset, et tres ad popularem caussam celeberrimi nominis haberet duces.

CELEBRARE, 2, 42. celebrabant tribuni popularem potestatem (*suam*) lege populari. *i. e. jactabant, et illustri documento probare, scil. populari lege, volebant, quam esset popularis.*

celebrante populo diem triumphavit, 10, 37.

frequentiaque urbana celebrare actiones et resistere consprationi patriciorum possint, 5, 11.

tribuni—legem omnibus concionibus suis celebrabant, 3, 31.

nisi in trajectu forte fluminis prohibendo, aliquarum navium concursum in majus (ut fit) celebrantes, navalis victoriæ vanum titulum appetivere, 4, 34.

cum his (*pastoribus*) feria ac jocos celebrare, 1, 4. *i. e. sæpe operam dare rebus seriis ac ludicris.*

publicum gaudium privatis studiis celebratum est, 10, 45.

celebrandarum cantu epularum caussa, 9, 30.

parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato, postquam quietæ res ab hostibus erant, celebrari de integro jurisdictio, 6, 32.

et Scipio dux, partim factis fortibus, partim suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus, 29, 26.

CELEBRATIOR, *vid.* supplicatio.

CELER, 9, 32. ubi celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus. *cf.* 22, 38.

CELERITAS, 41, 10. in provinciam—præcipiti celeritate abit.

CELLA, 27, 25. negabant unam cellam *amplius, quam uni deo*, rite dedicari. *Est autem cella, antiquitus quidem, ædicula uni simulacro destinata, quod alias delubrum dicitur.*

CELOCES, 37, 27. apparuit inde, piraticas celoces et lembos esse. *cf.* 21, 17. *Erant autem celoces naves breviores, ob celeritatem insignes, eædemque quæ* celetes. *vide Cel. Ruhnkenium ad Velleii* 2, 73.

CELSUS, 7, 16. celsique et spe haud dubia feroces in prælium vadunt.

celsus hæc corpore, vultuque ita læto, ut vicisse jam crederes, dicebat, 30, 32. *i. e. capite sublato, erecto, obstipo, unde spiritus et fiducia appareret. Cicero etiam de animo dixit Tusc.* 5, 14.

CENSERE, 1, 52. se utilitatis id magis omnium caussa censere, ut renovetur id fœdus.

sententia—censendo, quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat, 3, 40. *i. e. in hanc sententiam SCtum perscri-*

Digitized by Google

perſcribendum videbatur. Opponitur enim auctori nullius SCti faciendi.

de bonis regiis, quæ reddi antea cenſuerant, 2, 5. pro *reddenda eſſe.*

bellum Samnitibus Patres cenſuerunt, 10, 12. *ſcil. indicendum, aut inferendum eſſe.*

adeo ſtolida impudenſque poſtulatio viſa eſt, cenſere, ne in Italiam tranſmittant Galli bellum, 21, 20. *i. q. ſuadere, vel potius, interpellare.*

nunc quoque arceſſas cenſeo omnes navales terreſtreſque copias, 36, 7.

CENSORIUS, *vid.* nota.

CENSURA triſtis, 39, 41. *i. q. ſevera,* libera et fortis, *uti in eodem cap. dicitur.*

in equitibus recenſendis triſtis—atque aſpera cenſura fuit, 43, 16. *Opponitur cenſura mitis,* 38, 28.

ſummaque invidia omnium ordinum ſolus cenſuram geſſit, 9, 34.

Flaviura dixerat ædilem forenſis factio, Ap. Claudii cenſura vires nacta, qui ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat, 9, 46.

CENSUS, 1, 42. *de ſorte ipſa bonorum cujuſque claſſis. Ceterum intelligenda ſunt ibi omnia ad normam aſſium libralium.*

a cenſu ſenatum legit, 34, 51. *alias:* ex cenſu, 26, 35.

ſummam aliorum Campanorum etiam cenſus diſtinxerunt, 26, 34. *i. e. multitudinem, turbam; ut ſit hic ſenſus: reliqui Campani, in quos ſingulos non decretum erat, ſecundum cenſus puniti ſunt, ſecundum cenſus de iis ſtatutum eſt.*

duodecim coloniarum, quod numquam ante factum erat,—cenſum acceperunt, 29, 37. *cf.* 39, 44.

cenſui cenſendo legem dicere, 43, 14. *i. e. agendo, æſtimandiſque civium fortunis et facultatibus.*

in cenſum referre (*Cato*) viatores juſſit (*nimis pretioſas res*) 39, 44.

octuplicatoque cenſu etc. 4, 24. *vid.* octuplicatus.

CENTUM *cum genitivo,* 45, 34. centum quinquaginta capitum.

CENTURIÆ, 26, 18. ad unum omnes non centuriæ modo, ſed etiam homines. *Hic centuriæ pro tribubus, ut alibi, poſitæ ſunt. Ceterum homines centuriis oppoſiti intelligendi ſunt de omnibus omnino omnium ordinum omniſque ſexus hominibus.*

quum ceteri centurias non expleſſent, 37, 47. *vid. Intt. ad* 3, 64.

in centuria Veturia, 26, 22. *Hoc autem eſt nomen tribus. Dici vero centurias pro tribubus et contra, docent Intt. ad* 26, 18.

CENTURIARE, 25, 15. eam (*juventutem*) ex induſtria centuriaverat armaveratque ad tales caſus. *i. e. in centurias, quæ ſunt peditum, deſcripſerat. Equites enim decuriantur. cf.* 22, 38. *it.* 29, 1. *vid.* convenire.

ſeniorum cohortes factæ, libertinique centuriati, 10, 21.

CERA, 1, 24. ut illa prima poſtrema ex illis tabulis cerave recitata ſunt. *i. e. ex codice tabularum ceratarum.*

CERCURI,

Digitized by Google

CERCURI, 23, 34. *genus navium Aſiaticarum earumque prægrandium.*

CEREMONIÆ cœleſtes, 1, 20.

ceremoniæ auſpiciaque, 22, 9.

cum quanta ceremonia non veſtros ſolum colatis Deos, etc. 29, 18.

ceremoniæ feciales, 9, 11.

virginitate aliiſque ceremoniis venerabiles ac ſanctas (*virgines Veſtales*) fecit, 1, 20.

omnes ceremonias polluimus, 6, 41. (*de contemtis et tranſlatis auſpiciis.*

CERNERE, 7, 14. quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat. *i. e. judicabat.*

cujus (*fœnoris*) cernendi quum ratio quæreretur, 35, 7. *vulg.* coërcendi. *At illa lectio haud dubie præferenda. Eſt enim* cernere f. *i. q. inſpicere. vide Intt. ad h. l.*

neminem, quum ſuffragium ineat, ſatis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat, 26, 2.

priuſquam id ſors cerneret, 43, 12. *i. q. decerneret. Sermo autem eſt de provinciis.*

quum—hereditatem regni creverit, quæque procurator tenuerat, pro domino poſſederit, 24, 25.

quum litteras ab rege Perſeo per ignobiles tres legatos cerneret, 45, 4.

CERTAMEN, 31, 14. navalia certamina pro *prœliis. Ita et* 40, 48. contracto certamine *intelligendum.*

circa jacentis Galli corpus, contracto certamine, pugna atrox concitatur, 7, 26.

ingens fuit cum hoſte certamen, non ſegnius inter dictatorem et magiſtrum equitum, 9, 40.

tranſigere cum Publilio certamen, 9, 12.

tanto irarum certamine, 9, 39. *cf.* 1, 7.

in ipſo certamine pugnæ, 36, 19. *Sic* certamen verborum linguæque, 10, 22. certamen laboris ac periculi, 28, 19. certamen amicitiæ, benevolentiæ, 37, 53. certamen bonæ artis ac virtutis, *ibid.* 54.

nihil neque apud duces, neque apud milites remittitur a ſummo certamine animi, 6, 24.

nec certamen juris, ſed vim quæri appareret, 21, 6. *i. e. de jure.*

Patrum—animos certamen regni ac cupido verſabat, 1, 17.

regni certamine ambigebant fratres, 21, 31.

omnia intempeſtive agendi certamen erat, 45, 21.

magno certamine cum prætore habito, tenuerunt cauſſam, 39, 3.

pravum certamen notarum inter cenſores, 29, 37.

certamina domi finita, 2, 53. *i. q. ſeditiones domeſticæ. vide Intt. ad h. l.*

CERTARE, 9, 46. contumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit. *vid. in voc. ſequ. it. in v.* mulcta.

CERTATIO, 25, 4. omiſſa mulctæ certatione, rei capitalis diem Poſtumio

Digitized by Google

Poſtumio dixerunt. *cap. præced. eſt* certare mulctam. *h. e. de mulcta.*

quo magis, ſpatio interpoſito, ab impetu ad conſultandum advocabantur, eo plus abhorrebant a certatione animi, 2, 57.

CERTE quidem, vos eſtis Romani, qui etc. 45, 22. *cf.* 2, 1.

mœnibuſque ſe certe, ſi non armis, ab hoſte videbantur defenſuri, 22, 54.

CERTUS, 5, 33. ſi quidquam humanorum certi eſt.

legatorum paullo ante verba ad certum redegiſſe, 44, 15.

certum atque decretum eſt, non dare ſignum, 2, 45.

breviore intervallo certiora intuentes, 10, 35.

conſternatio—certior res, 29, 6.

adverſus hoſtem, nec ſpe, nec animo certiorem, 10, 35. *i. q. nec firmiorem nec fortiorem.*

ut ſemel dedere terga, etiam certiorem capeſſere fugam, 9, 39.

certum habeo, te imprudentia labi, 36, 28. *vid. Intt. ad h. l.*

CERVIX, 35, 11. equi ſine frenis, deformis ipſe curſus rigida cervice et extento capite currentium.

etſi bellum ingens in cervicibus erat, 22, 33.

regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto, 4, 12.

CERVUS, 44, 11. munimenti lignei genus. *vid. Jul. Cæſ. B. Gall.* 7, 72.

CESSARE, 1, 46. ſpernere ſororem, quod virum nacta muliebri ceſſaret audacia. *i. q. non uteretur.*

Antiochus, ne ceſſaret per hibernorum tempus etc. 36, 5.

nec ullum erat tempus, quod a novæ ſemper alicujus cladis ſpectaculo ceſſaret, 5, 42.

priorum noſtrorum benefactorum cumulus hoc, quod nunc ceſſatum in officio eſt, expleat, 45, 24.

non ceſſari a ſacrilegiis, 31, 12.

CETERA acies, 6, 8. conſpectu ſuo prœlium reſtituit, oſtentans vincentem ceteram aciem.

cetera deprecatio, 42, 48.

quod ſatis in uſum fuit ſublato, ceterum (*ſpartum*) omne incenſum eſt, 22, 20.

cetera claſſis fugerunt, 35, 26.

CETERUM neminem, majore cura occupatis animis, verum eſſe præjudicium rei tantæ afferre, 3, 40. *i. q. alioqui, alias.*

conſules exitu anni non conſulibus ab ſe creatis—ceterum dictatori etc. 9, 21. *illud* ceterum, *quia* non *præcedit, ut ſubinde, eleganter pro particula adverſativa poſitum eſt. cf.* 9, 26.

CETRATA cohors, 31, 36. πελταϛαί.

CIBUS, 24, 16. ſtantes cibum potionemque, quoad ſtipendia facient, capturos eſſe. *Intelligendum de cœna; nam prandium omnes capiebant ſtantes. vid. Lipſ. milit. Rom.* 5, 16.

CICATRIX, 29, 32. ubi primum ducta cicatrix, patique poſſe viſa jactationem etc. *i. e. obducta.*

CIERE pugnam *principes dicuntur*, 9, 22. *i. e. initium pugnandi facere.*

ciere

ciere seditiones, 4, 52.
— prœlium, 4, 33.
— bellum, 5, 37.
— tumultum, 28, 17.
ab ultimis subsidiis cietur miles, 9, 39. *h. e. arcessitur in primam aciem. cf.* 28, 27.
non homines tantum, sed—fœdera et Deos ciebamus, 22, 14. *i. q. commemorabamus.*
triumphum nomine ciere, 45, 38. *Io Triumphe! exclamare.*
ciere ingentem irarum molem ex alto animo, 9, 7.
qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos, 10, 8.

CILICIUM, 38, 7. ciliciis prætentis.

CINCTUS, 8, 9. incinctus cinctu Gabino. *Idem dicitur* Quirinalis. *cf.* 5, 46.

CINGERE, 23, 29. equites cornua cinxere.
unus ex purpuratis latus cingebat, 32, 39.
Hispano cingitur gladio, 7, 10. *Alibi*, 40, 13. gladiis accincti *dicuntur. Contra ibid. cap.* 7. ferro succincti.

CIRCA, 1, 4. venando peragrare circa saltus. *i. e. saltus, qui circa sunt. Sic* 29, 29. agros circa vastavit. *it.* 1, 17. circa civitates. *h. e. quæ circa erant sitæ, vicinas. cf.* 9, 15. 21, 7. *Similiter*, 2, 23. alibi militia *dicitur pro militia alibi facta.*
Romulus legatos circa vicinas gentes misit, 1, 9. *h. e. ad vicinas gentes, quæ circa erant, f. omnes deinceps.*
extemplo et circa prætorem ad civitates missi legati tribunique qui fues ad curam custodiæ intenderent, 21, 49. *Circa prætorem, explicante Gronovio, sunt, qui circa prætorem erant. Forte ita dixit Livius, ut vitaretur tædium legentibus e repetitione τοῦ* qui; *præsertim quum illud* qui *copulam* que *præcedere voluisset.*
circa Padus amnis, 21, 43. *nisi legend. cum Gronovio* contra; *quemadmodum haud dubie legendum est*; *sequitur enim* a tergo, *et præcesserant hæc:* dextra lævaque duo maria claudunt.
campus ante montibus circa septus erat, 28, 33.
ante circaque velut ripa præceps oram ejus omnem cingebat, 27, 18.
omnia contra circaque hostium plena erant, 5, 37.
ante signa circaque omnes ceciderunt, 9, 32.

CIRCULUS muri exterior, 36, 9.
in circulis conviviisque celebrata sermonibus res est, 34, 61.

CIRCUM, 42, 45. legatio in Asiam circum insulas missa.
qui primo tribunicios homines—circum se ostentaverant plebei, 3, 37.

CIRCUMAGERE, 42, 42. circumagetur hic orbis.
jam magna parte anni circumacta, 26, 40.
circumactis decem et octo mensibus, 9, 33.
circumegit se annus, 9, 18.
prius se ætas circumegit, quam etc. 23, 39.
circumagenti se ad dissonos clamores—hosti undique objecerat victorem peditem equitemque, 4, 28.

vixdum

Digitized by Google

vixdum induciarum tempore circumacto, 27, 30. *i. e. exeunte, peracto. Etenim in his nihil respicitur eo, ut, quod circumagi dicatur, in se, tamquam circulus, redeat, id quod de integro anno rectius dici et potest, et solet.*

alieni animi momentis circumagi, 39, 5. *i. e. in aliorum gratiam, prout animati sunt, mutare se.*

repente intorta navis in proram circumagebatur, 28, 30.

spatium circumagendi signa, vertendique aciem a castris in hostem fuit, 10, 36. *cf.* 26, 8.

ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem, 6, 24.

ab rapido cursu circumagendo equo effusus, 10, 11. *Sic proprie dicitur. Sic enim* 8, 7. circumactis equis.

Perseus extemplo circumegit aciem, 42, 64.

CIRCUMARARE, 2, 10. agri, quantum una die circumaravit, datum.

CIRCUMCOLERE, 5, 33. qui finum circumcolunt maris.

CIRCUMDARE exercitum castris, 3, 28.

ex composito armata circumdatur Romana legio, 1, 28.

hostia itineri circumdata, 40, 13. *de sacrificio lustrali.*

jam se ad prohibenda circumdari opera Æqui parabant, 3, 28. *i. e. circumdanda, vel potius, circumdari cœpta.*

oppidum corona circumdatum, 4, 47.

hinc patre, hinc Catulo, lateri circumdatis, 30, 19. *Similiter latus alicujus* claudi, *etiam* cingi *dicitur, vel ab uno.* vid. *cingere.*

CIRCUMDUCERE, 10, 29. præfectis equitum jussis ad latus Samnitium circumducere alas.

circumducto agmine, 29, 33.

suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant, 1, 27.

CIRCUMFERRE bellum, 9, 41. *i. e. plures deinceps populos bello petere. cf. cap.* 45.

vicatim circumferentes bellum, 10, 17.

circumferens inde minaciter truces oculos ad proceres Etruscorum, 2, 10.

circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes, 31, 30.

legati SCtum, Thebis primum recitatum, per omnes Peloponnesi urbes circumtulerunt, 43, 17.

satiatis vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur, 26, 13.

CIRCUMFUNDERE, 22, 7. circumfundebantur obviis sciscitantes.

Hannoni Afrisque se circumfudere, 29, 34. *cf.* 10, 36. 28, 26.

consuli Lævino Capuam prætereunti circumfusa multitudo Campanorum est, 26, 27.

circumfusæ undique voluptates, 30, 14.

CIRCUMJICERE, 36, 9. circumjectus munitionis brevior orbis.

ædificia circumjecta muris, 9, 28.

CIRCUM-

CIRCUMINJICERE, 25, 36. ſi quo modo poſſet vallum circuminjicere.

CIRCUMLUERE, 25, 11. quo (*mari*) in peninſulæ modum pars major (*arcis*) circumluitur.

CIRCUMMITTERE, 29, 33. quo (*tempore*) perveniſſe jam circummiſſi videri poterant.

Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Rom. aggrederentur, poſt montes circummiſit, 4, 18.

CIRCUMPADANI campi, 21, 35.

CIRCUMSCINDERE, 2, 55. eo infeſtius circumſcindere et ſpoliare lictor, *i. e. lacerare veſtem.*

CIRCUMSCRIBERE, 45, 12. virga, quam in manu gerebat, circumſcripſit regem.

CIRCUMSEDERI urbem Rom. ab invidia et odio finitimorum, 6, 6. *cf.* 9, 2.

opem non circumſeſſis modo, ſed etiam circumvallatis ferret, 25, 22. *cf.* 9, 42. *it.* 42, 65.

quales (*belluæ*) fretum quondam—ad perniciem navigantium, circumſediſſe fabulæ ferunt, 29, 17. *i. e. obſediſſe.*

CIRCUMSEPIRE, 1, 49. Tarquinius—armatis corpus circumſepſit.

CIRCUMSIDERE, 9, 21. Pliſtiam ipſi, ſocios Romanorum,—circumſidunt.

victores circumſidunt urbem—vi expugnaturi, 41, 19.

CIRCUMSISTERE, 10, 19. digredientes jam conſules legati tribunique—circumſiſtunt. *cf. cap.* 20. *ult. it.* 1, 28.

CIRCUMSONARE, 3, 28. clamor hoſtes circumſonat.

dum ad circumſonantem undique clamorem flectere cornua et obvertere ordines volunt, 27, 18.

CIRCUMSPECTARE, 26, 18. in magiſtratus verſi circumſpectant ora principum. *cf.* 25, 36.

circumſpectantes defectionis tempus, 21, 39.

CIRCUMSPECTUS, 10, 34. unde in omnes partes circumſpectus eſſet.

ut diſtineret regem ab circumſpectu rerum aliarum, 44, 35.

CIRCUMSPICERE, 37, 41. ne ex medio quidem cornua ſua circumſpicere poterant, nedum extremi inter ſe conſpicerentur.

CIRCUMSTARE, 8, 32. legati circumſtantes ſellam. *cf.* 25, 34.

duo celeberrimi nominis duces circumſtare urbem Romanam, 27, 40.

ſimul duobus circumſtantibus urbem bellis, 3, 38.

quum tanti undique terrores circumſtarent, 6, 2. *cf. cap.* 9.

nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiſerat, quæ multa ſimul undique eum circumſtabant, 30, 3.

CIRCUMVADERE, 9, 40. is novus additus terror, quum ex parte utraque circumvaſiſſet aciem. *cf.* 34, 21.

profectique ad claſſem immobiles naves—circumvadunt, 10, 2.

CIRCUMVALLARE, 10, 35. caſurum inter ſigna Samnitium potius, quam circumvallari caſtra Romana videat.

CIRCUM-

Digitized by Google

CIRCUMVECTARE, 41, 17. qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumvectarentur.

CIRCUMVEHI procul caſtra jubet ſpecularique, 27, 47. *cf.* 10, 29. circumvectus Brundiſii promontorium, 10, 2.

CIRCUMVENIRE, 10, 2. in medio circumventi hoſtes.

ita cæſa ab tergo legio, atque in medio, quum hoſtis undique urgeret, circumventa, 10, 26.

ut tantis circumventam terroribus expediret rempublicam, 2, 24. *cf.* 28, 22.

falſis criminibus—circumventum—arguens, 4, 21.

an placeret fœnore circumventam plebem, 6, 36.

CIRCUS, 9, 42. concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo, quem Maritimum vocant.

actum de imperio Marcelli in circo Flaminio eſt, 27, 21.

quum per circum reveheretur ad foros publicos, 45, 1. *vid. Plin.* 34, 5. *it. Drakenborch. ad* 29, 37.

CISTOPHORI, 37, 46. *nummi Aſiatici genus. vid. Clav. Cicer. in h. v.*

CITARE, 2, 29. citari nominatim unum ex iis, qui in conſpectu erant, dedita opera jubent. *Scilicet proprie de delectu adhibetur vox citandi, quod eſt, nomen alicujus per præconem pronunciare, ut adſit et reſpondeat.*

quum ſenatus in forum citari cœptus eſſet, 27, 24. *Sic, non* in foro, *legendum cenſet Dukerus.*

patres in curiam citari juſſit, 1, 48.

ſenatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante—fuerat, 9, 30.

CITATISSIMO agmine, 22, 6.

CITRA, 10, 25. ad caſtra—pergit: paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt. *abſolute* pro *citra caſtra.*

CITIUS, 8, 32. vitam ſibi eripi citius, quam gloriam rerum geſtarum, poſſe, *i. q. prius, antea.*

CITUS, 33, 48. nocte via cita regionem quamdam agri Vocani tranſgreſſus. *i. e. itinere celeriter facto.*

CIVICUS, 1, 40. non modo civicæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis.

CIVILIS exercitus, 42, 35.

Karthaginienſi nihil civilis roboris eſt; mercede paratos milites habent, 28, 44.

neque magiſtratum continuari ſatis civile eſſe, 27, 6.

conſilium non civilis exempli, 7, 5.

nulli civilis animus neque legum, neque libertatis æquæ patiens, 45, 32.

ſermo minime civilis, 6, 40.

ſi quidquam in vobis non dico civilis, ſed humani eſſet, 5, 3.

civile jus, repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit, 9, 46.

CIVIS Romanus ſi ſit ex plebe, præciſa conſulatus ſpes erit, 4, 3. *Hic aut* civi Romano *legendum, aut intelligendum* ei *videtur. Sic Salluſt. B. Cat.* 11. *Huic quia bonæ artes deſunt, dolis ac fallaciis contendit.*

quibus quid aliud, quam admonemus *nos cives* eorum eſſe, 4, 3.

niſi

nisi legendum cum aliis concives. Sed hanc emendationem Drakenborchius rejicit, quum sit ea vox sequioris ætatis. Sed tamen apud Ciceronem est etiam conservus.

neque civibus satis lætus adventus ejus fuit, nec hostibus quidquam attulit terroris, 8, 36. *Hic cives* pro *popularibus latiori* significatione *accipendi*; *neque enim milites tantum legionarii intelligendi videantur.*

inter cives Romanos et peregrinos, 22, 35. *E glossa esse* Romanos *ut existimemus, tum usus loquendi suadet, tum quorundam librorum, et Pighii emendantis, auctoritas; præsertim quum non in formula sollemni, sed e persona Livii dicatur. In decretorum formulis, in quibus usus linguæ publicus dominatur, talia sæpius abundare constat.*

CIVITAS, 3, 47. quum civitas in foro exspectatione erecta staret.

civitas Romana, 9, 45. pro *jure civitatis.*

civitas sine suffragii latione, 9, 43.

populis—quia maluerunt, quam civitatem, suæ leges redditæ, *ibid.*

civitatem dare plebi, 1, 28. *cf.* 8, 14.

Claudiam certe gentem—in civitatem accepimus, 4, 3.

aucta civitate magnitudine urbis, 1, 45.

armari civitatem defendique, 4, 2.

ausi fumus—quæque civitas, 37, 54.

mœsta itaque civitas in campum descendit, atque in magistratus versi circumspectant ora principum, 26, 18.

civitatem libertatemque eripere (*de vi censoria*), 45, 15. *i. e. jus Quiritium*; *nam vulgarem libertatem non amittebant. vid. Clav. Cicer. in v.* libertas.

civitas gravis, 34, 17. *i. q. valida, potens opibus.*

Bergistanorum civitatis septem castella defecerunt, 34, 16. *Civitas h. l. ut alibi sæpius, pro* populo *dicta est. Etiam nomina regionum sæpenumero pro incolis dicuntur, v. c.* 39, 48. Messene desciverat a concilio Achaico. *it.* 8, 11. Latium Capuaque agro mulctati.

CLADES captæ urbis, 5, 21.

binaque castra clade una deleta, 30, 6.

plus populationibus, quam prœliis cladium fecit, 8, 2.

magna clade eos castigavit iter asperius et exercitatior hostis, 39, 1.

quod agri est inter—omni clade belli pervastat, 22, 4.

multiplex clades, cum duobus consulibus duo consulares exercitus amissi, 22, 54.

nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta esset, *ibid.*

si sua temeritate contractæ cladi superesset, 25, 19.

plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus ac dictatore, quam ex victoria eorum bellicisque rebus foris auctum imperium, Patres credebant, 8, 12.

cujus repentinæ cladis ne caussa dubia esset, 2, 36. (*mortuo filio*)

quantam

Digitized by Google

quantam excitatura molem vera fuiſſet clades, 28, 24. (*more Scipionis*)

tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ ſunt, 22, 56.

clades Sinopenſium, 40, 2. *licet accipiatur a nonnullis pro ea, quam dederunt; Drakenborchio tamen placet Jac. Gronovii ad Pomp. Melam propoſitæ ſententiæ ſubſcribere, ut intelligatur accepta clades.*

illos repeterent animos Quirites, quos recenti clade accepta habuiſſent, 5, 11. *Hic delendum videtur* accepta. *Contra omiſſa eſt vocula* itaque *a principio hujus periodi; idque de more Livii factum.*

CLAMARE, 22, 1. per urbem Saturnalia diem ac noctem clamatum. *Videtur legendum cum Gronovio* clamata. *Sic dicitur Livio* clamari *item* cieri Triumphus. *vid.* cieri.

CLAMITARE, 1, 9. idemtidem—Talaſſio ferri clamitatum.

ad arma, et, pro veſtram fidem, cives! clamitans, 9, 24. Conclamare *uſitatius in hoc genere. vid. infra in h. v.*

CLAMOR, 10, 5. concitatior accidens clamor ab increſcente certamine.

alacer clamor, 6, 24.

clamore et ab alia circumſtantium turba multiplici adjecto, 37, 41.

caſtra Gallorum—clamore invadunt, 5, 45. *Sic et* provolare, *it.* procurrere *jungitur. vid. Drakenb. ad h. l.*

clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura eſſet: excitatior crebriorque ab hoſte ſublatus; ab Romanis diſſonus, impar, ſegnius ſæpe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum, 4, 37.

CLARIGATIO, 8, 14. ut ejus, qui eis Tiberim deprehenſus eſſet uſque ad mille pondo clarigatio eſſet. *i. e. ut tanta pecunia multaretur. Alibi eſt denunciatio clara voce facta v. c. in belli indictione, quum res repetitæ, nec redditæ eſſent. Alii aliter explicant hanc vocem. Nec mirum. Ipſi Quinctiliano obſcurior et ignotior ea videbatur. vid. Intt. ad illum locum.*

CLARUS *proprie dicitur Latinis, qui gloria dignus eſt. Ea autem non venit, niſi a rebus præclare geſtis. Sic* 9, 17. Nam ea quoque (*opera militaria*) haud minus clarum eum (*Alexandrum*) faciunt.

ut alios reges claros duceſque omittam, *ibid. Itaque etiam conſules* clariſſimi *vocabantur. it.* gloria clariores. *vid. Cic. de Or.* 2, 37. *Sed tamen ſubinde etiam in partem deteriorem* clari *dicuntur v. c. apud Noſtrum,* 7, 31. luxuria ſuperbiaque clarus. (*populus Campanus*)

CLASSICUM apud eos cecinit, 28, 27. *Eſt autem claſſicum omne ſignum tubis datum exercitui, ſive ad concionem excitantur milites, ſive vigiliæ indicantur etc.*

CLASSICUS, 21, 61. claſſici milites navaleſque ſocii.

CLASSIS, 1, 1. ab Sicilia claſſe Laurentem agrum tenuiſſe, *i. e. oram maritimam adiiſſe; niſi vero legendum cum Jac. Gronovio:* ab Sicilia erraſſe ac L. a. tenuiſſe.

et impari maritimis viribus haud facilis erat in inſulam claſſi acceſſus, 28, 7.

cetera

Digitized by Google

cetera classis fugerunt, 35, 26.
multi voluntarii nomina in classem dederunt, 28, 45.
ut eodem tempore exercitus ostenderetur et classis, 26, 42. *Solet exercitus a Livio classi opponi, ut ille significet terrestres, hæc navales copias.*
classis ornandæ reficiendæque caussa, 9, 30.
classi quoque ad Fidenas pugnatum, 4, 34. *Non* equites, *ut nonnullis placet, intellexisse videtur Livius, sed* classes *quæ vulgo dicuntur; id quod ex refutatione ejus patet.*

CLAUDERE, 23, 2. claudam in curia vos. *cf. cap. sequ. ubi est:* clausos omnes in curiam accipite.
clausæ hieme Alpes, 27, 36.
rivus prærultis utrimque clausus ripis, 21, 54.
clauderent Capuam operibus, 25, 22.
clausi undique commeatus erant, nisi quos Pado naves subveherent, 21, 57.

CLAUDICARE, 22, 39. si altera parte claudicet respublica, *i. e. majus incommodum acceperit. Sic fere Cicero Epp. Div.* 12, 10. *si quid forte titubatum fuerit. Vide tamen, quæ Gronovius ad h. l.* pro *verbo* claudere *disputat.*

CLAUDUS, 37, 24. hostes claudas mutilatasque naves apertis navibus remulco trahentes. *i. e. quibus remi deterti vel defracti ab altera parte erant, ut non nisi ab una parte agere possent.*

CLAUSTRA, 9, 32. ab oppugnando Sutrio, quæ urbs socia Romanis, velut claustra Etruriæ erat, ingens orsi bellum.
quum ea loca (*Nepete ac Sutrium*) opposita Etruriæ, et velut claustra inde portæque essent, 6, 9. *cf.* 44, 7.
ante ipsa (*castra*) Tempe in faucibus situm Macedoniæ claustra tutissima præbet, 42, 67.

CLAUSUS, 42, 14. nihil, præterquam fuisse in curia regem, scire quisquam potuit: eo silentio clausa curia erat.

CLAVUS, 7, 3. ut, qui prætor maximus sit—clavum pangat. Fixa (*fixus*) fuit—. Eum clavum etc. *Nempe* pangere *et* figere *clavum prorsus idem est; quemadmodum hæc verba, etiam quum de aliis rerum generibus sermo est, commutari solent. cf.* 9, 28. *et* 34.

CLEMENS, 8, 31. inclinaturum ad clementiorem sententiam animum. *Alii* mitiorem: *quod est utique usitatius v. c. de pœnis,* 1, 28.

CLEMENTER, 29, 2. hostico, tamquam pacato, clementer ductis militibus.

CLEMENTIA, 45, 4. ut se suaque omnia in fidem et clementiam populi Rom. permitteret. *Henr. Steph. Schediasm.* 4, 9. *p.* 23. clientelam *legendum putat. vid. Duker. ad h. l.*

CLIPEUM *pro* CLIPEUS, 1, 43. *cf.* 35, 41. *it.* 38, 35.
arma, clipeus sarissæque illis; Romano scutum, majus corpori tegumentum, 9, 19. *cf.* 8, 8.
clipea inaurata in fastigio Jovis ædis posuerunt, 35, 10. *cf.* 25, 39.

COACERVARE, 5, 39. armorum cumulos coacervare.
ex hostium coacervatorum cumulis, 22, 7. *vid.* acervati, *item* cumulus.

COALES-

Digitized by Google

COALESCERE, 1, 8. coaleſcit multitudo in unius populi corpus.
coaleſcit res concordia, 1, 11.
— regio pace nova, 26, 40.
brevique tanta concordia coaluerant omnium animi, 23, 35.
COARGUERE, 31, 25. id quidem coarguere Cycliadas prætor Achæorum nihil attinere ratus.
quo (*decreto*) maxime et refelli et coargui poteſt, 39, 28.
CŒLUM, 22, 1. Faleriis cœlum findi velut magno hiatu viſum, *i. e. diſceſſiſſe, ut Cicero dicit Div.* 1, 43.
cœli intemperies, 8, 18. *Sic* paluſtre cœlum, 22, 2.
cœlum ſub quo natus educatuſque eſſem, 5, 54.
quid tandem eſt, cur cœlum ac terras miſceant? 4, 3.
portam et multis locis murum de cœlo tactum, 29, 14. *cf.* 26, 23. *ubi vid. Drakenborch.*
fulmina jaci de cœlo, 28, 27.
CŒLESTIS, 9, 1. quidquid ex fœdere rupto irarum in nos cœleſtium fuit. *cf.* 2, 36.
nec cœleſtes modo defuerunt aquæ, 4, 30.
CŒNACULUM ſuper ædes datum eſt, ſcalis ferentibus in publicum obſeratis, aditu in ædes verſo, 39, 14. *i. e. ſuprema contignatio ædium. Gr. ὑπερῷον. vide B. Patruum ad Sueton. Aug.* 45.
CŒNUM, 10, 15. orare, ut ex cœno plebeio conſulatum extraheret. *Convicianti cauſſa ſic dictum.*
CŒPISSE, 28, 27. tum (*imperator*) ita cœpit *ſcil. dicere.*
CŒPTUM, 24, 13. cœpta maturare. *it.* enunciare, 23, 35. *it.* impedire, *ibid. cap.* 41.
in cœpto perſtare, 42, 10. in bene cœpto perſeverare, 45, 15.
porta intus foriſque pariter refringi cœpta, 26, 46.
COERCERE, 21, 31. nullis coërcitus (*amnis*) ripis.
ſanctus et innocens (*Cato*) aſperior tamen in fœnore coërcendo habitus, 32, 27.
coërceri ab effuſo ſtudio nequiit, 39, 32. *Ita* coërcitus miles *dicitur*, 36, 24. *pro retento a prædandi licentia.*
per opportunas expeditiones coërcitis gentibus, 31, 43.
CŒTUS, 39, 14. ne quid eæ conjurationes cœtuſque nocturni fraudis importarent.
cœtus nocturni plebis ſuſpecti patribus, 5, 16*.
cœtus indicere in domos tribunorum, 4, 25.
civili quippe ſtandum exercitu eſſe, quando ſocialis cœtus defereret, 7, 25.
quantum a cœtu congreſſuque impotentium dominorum ſe amoviſſent, 3, 38.
quod maximo cœtu Græciæ (*ludicrum*) celebraretur, 27, 35.
COGERE, 45, 41. neque cogi pugnare poterat. *ibid. paullo poſt:* ad pugnam rege coacto.
cauſſam inaugurari coacti flaminis libens reticuiſſem, 27, 8.
cogendum—fungi officiis, 21, 63.
cogendis redire in colonias—conſumfit, 32, 26.
vos id cogendi eſtis, 6, 15. *cf.* 4, 26.
jure cogere, 3, 38. (*de magiſtratibus*)
ſub jus judiciumque ſuum totam coëgit gentem, 41, 22.

Digitized by Google

ut caſtellum—aut auctoritate, aut armis cogeret jura antiqua pati, 38, 13.

ne præfecti in oppida ſua ad pecunias cogendas imponerentur, 43, 2. *i. e. exigendas.*

cogere hoſtes in obſidionem juſtam, 10, 45.

in claſſem cogi, 36, 3. *Oppoſ. vacatio rei navalis.*

in provinciam cogere, 43, 15. *i. e. ut ad exercitum irent.*

vos in ordinem coactos eſſe, et rem ad ſeditionem ſpectare, 25, 3. *vid. Intt. ad h. l.*

cogere numerum, 32, 2. *i. q. ſupplere, novos colonos adſcribere.*

coacto agmine procedebat, 38, 18. *i. e. denſatis ordinibus.*

feminæ ex propinquis urbibus coactæ cibaria in caſtra afferebant, 44, 32. *niſi potius, volente Drakenborchio, legendum* cocta.

poteſtatem—intra ſex menſium et anni coëgiſſet ſpatium, 9, 33. *i. q. coarctaſſet.*

faltus in arctas coactus fauces, 22, 15.

COGITATIO, 1, 6. intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, *i. e. inſtitutis.*

his curis cogitationibuſque ita ab ineunte ætate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio eſſet, 35, 28. *int. exercitationes in uſu rerum bellicarum comparando, meditando quidem, commentando etc.*

inter multas magnaſque res, quæ—occupabant cogitationes hominum, 27, 3.

totus in Perſea verſus, cum eo cogitationes ejus rei dies ac noctes agitabat, 40, 5. *i. e. deliberatio, conſultatio.*

cogitatio Romani belli, 40, 21.

COGNATIO, 26, 33. affinitatibus pleroſque et propinquis jam cognationibus ex connubio vetuſto junctos.

COGNITIO vacantium militiæ munere poſt bellum differtur, 4, 26. *i. e. de his, qui parum legitimam cauſſam habuerant militiæ ſe ſubducendi.*

vis hanc formulam cognitionis eſſe? 40, 12.

COGNITOR, 39, 5. alienarum ſimultatium cognitorem fieri, *i. e. mandatas ſimultates tamquam procuratorem exercere. Alias* cognitoris *eſſe dicitur, ut præſentium mandata, non abſentium, accipiat.*

COGNOSCERE, 2, 40. dein familiarium quidam qui inſignem mœſtitia inter ceteras cognoverat Veturiam, *i. q. agnoverat.*

quod (*pecus*) domini cognoviſſent, 24, 16.

cognoſcendi, conquirendi, repetendique jus eſto, 38, 38. *Scilicet cognoſci dicuntur, quæ in propatulo ſunt, quæque domini ſua eſſe probant. Similiter,* 10, 20. accitique edicto domini, ad res ſuas noſcendas recipiendaſque. *cf.* 26, 30. *vid. etiam infra in v.* noſcere.

cognito, vivere Ptolemæum, 33, 41. (*abſolute*) *cf.* 44, 28.

COHIBERE hoſtem ab effuſa prædandi licentia, 22, 3. *vid.* coërcere.

in comparando cohibendoque bello, 9, 29.

COHONESTARE, 25, 16. quod unum reliquum fortuna fecerit, id cohoneſtent virtute.

quod conſilium diſpenſandæ cohoneſtandæque victoriæ imperatoribus majores dederunt, 38, 47.

CO-

Digitized by Google

COHORS extraordinaria, 34, 47. *it.* 40, 27. *i. e. alaris. Certe in posteriori loco* alaris *est intelligenda. vide Gronovium ad h. l.*

cohors, 27, 14. *scil. sociorum. Opponitur enim* manipulo, *qui est legionis.*

COIRE, 9, 26. qui usquam coissent conjurassentque adversus rempublicam. *cf.* 39, 41. *Quamquam in posteriori loco de candidatis se invicem dejicientibus sermo est.*

neque se conglobandi coëundique in unum datur spatium, 6, 3.

COITIO, 7, 32. non factionibus modo, nec per coitiones usitatas nobilibus. *vid. Drakenborch. ad* 2, 28. *ubi pro* in mille curias concionesque *legi vult* in m. c. coitionesque; *sane admodum elegenter.*

absterrendo singulos a coitionibus conciliisque, 2, 35. *cf.* 3, 65.

coitiones honorum adipiscendorum caussa factas, 9, 26.

dejectisque honore per coitionem duobus Quinctiis, 3, 35.

COLERE, 21, 26. colunt autem circa utramque ripam Rhodani. *i. e. habitant.*

colebanturque religiones pie magis quam magnifice, 3, 57.

apud quos juxta divinas religiones humana fides colitur, 9, 9.

dii, qui hanc urbem, qui hos sacratos lacus colitis, 24, 38.

incertum, cura gentis, an ut adversaretur Scopæ, parum donis cultus, 31, 43.

coli honoribus muneribusque, 45, 20.

beneficium acceptum colamus oportet, 7, 30. *i. e. agnoscere, tueri.*

incertum, qua fide culturus, si perinde cetera proceSSissent, pacem cum Romanis fecit, 8, 17.

COLLEGIUM, 10, 26. quonam modo se oblivisci P. Decii per tot collegia experti posse? *h. e. quem toties collegam habuisset. Est ergo* collegium *pro collegarum vinculo ac necessitudine dictum. Sic* 4, 17. ex collegio prioris anni *accipiendum. cf.* 5, 18.

Decium, expertum mihi concordi collegio virum—mecum consulem faciatis, 10, 13. *cf. cap.* 2. *et* 24.

Capitolinos ludos sollemnibus aliis addidimus; collegiumque ad id novum—condidimus, 5, 52.

pro collegio pronunciant, 4, 26. *i. q. ex decreto collegii: cap.* 53. *dicitur:* ex collegii sententia.

collegium prætorum, 22, 10. *nisi leg.* pontificum. *vid. Intt. ad h. l.*

COLLIGERE, 2, 50. cogebantur breviore spatio et ipsi orbem colligere.

ut fama clementiæ—colligeretur, 21, 48.

priusquam colligerentur animi, 10, 41.

COLLIS, 22, 4. deinde paullo latior patescit campus, inde colles assurgunt.

saluberrimi colles, 5, 54. (*de urbe Roma*)

sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit, 1, 3.

COLLUCERE, 38, 6. tota collucente flammis acie. *Similiter Virgil. Æn.* 4, 567. *fævasque videbis Collucere faces, jam fervere littora flammis.*

Digitized by Google

COLLUM, 4, 53. quum paucis, appellantibus tribunum, collum torsisset, metu ceteri sacramento dixere.

COLLUVIO, 26, 40. mixti ex omni colluvione exsules. *cf.* 3, 6.

colluvio omnium gentium, 22, 43.

ne cui in colluvione rerum (*consules*) majestatem suam contumeliæ offerrent, 3, 11.

COLONIA, 10, 1. Soram atque Albam coloniæ deductæ.

Suessa et Pometia—coloniæ deductæ sunt, 9, 28. *ubi vid. Intt.*

Antium nova colonia missa, 8, 14.

illud agitabant, uti colonia Aquileia deduceretur; nec satis constabat, utrum Latinam, an civium Romanorum, deduci placeret, 39, 55.

COLONUS, 27, 38. maritimi coloni.

militibusque colonis imperatis, 41, 5. coloniis *legi vult cum Dujatio Drakenborchius.*

ut—coloni eo præsidii caussa scriberentur, 4, 11.

si et ipsi ascribi coloni vellent, 8, 14. *cf.* 31, 49.

vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni, 9, 26.

ut qui (*Fidenates*) coloni additi Romanis essent, 1, 27. *Nimirum, qui beneficio victorum non expelluntur sedibus suis, hi sunt eorumdem coloni. Hoc sensu Fidenates paullo ante* colonia Romana *vocati sunt.*

COLUMEN, 6, 37. consulatum supersse plebeiis: eam esse arcem libertatis, id columen.

unum hominem caput columenque imperii Romani esse, 38, 51.

COMES, 22, 60. si nemo tantæ virtutis exstitisset comes.

COMINUS, 27, 18. ad cominus conserendas manus.

undique ex insidiis barbari a fronte, ab tergo coorti, cominus, eminus petunt, 21, 34.

aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat, 1, 33.

COMISSARI, 40, 7. quin comissatum ad fratrem imus?

per quam (*Indiam*) temulento agmine comissabundus incessit, 9, 17.

epulantesque cum carmine triumphali ac sollemnibus jocis, comissantium modo currum sequuti sunt, 3, 29.

COMISSATIO, 1, 17. regii juvenes interdum otium conviviis comissationibusque inter se terebant.

COMISSATOR, 40, 9. aperienda nimirum nocte janua fuit, et armati comissatores accipiendi.

COMITAS, 9, 42. benignitatem per se gratam comitate adjuvabat.

COMITATUS, 28, 22. magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines—interfecerunt. (*de majori numero militum*)

COMITER, 9, 43. legatis eorum comiter munera missa.

sociis et amicis et alia comiter atque hospitaliter præstare Romanos, 45, 20.

qui (*ludi*) quotannis comiter Apollini fiant, 25, 12. *Nisi* com-

muniter

Digitized by Google

muniter *legendum videatur cum Sigonio*; *Grævii explicatio valebit accipientis pro magna benignitate, secunda omnium voluntate, lubenter, non gravate, liberaliter.*

excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant, 1, 22.

COMITIA interim in foro sunt, 3, 17.

comitia pontifici maximo creando, 25, 5.

— consulis surrogandi, 3, 19.

— tribunicia, 6, 39.

comitiis prætorum perfectis, 24, 9.

— habitis, 31, 7. *i. e. dum habentur comitia.*

comitia falsi testis *scil. caussa*, 3, 29. *h. e. quibus judicatur falsus testis.*

comitiorum sors, 3, 64. *i. q. munus sorte datum.*

— disceptatio, 3, 24. *i. e. de comitiis.*

— militarium prærogativa, 3, 51. *vid Gronov. Obs.* 4, 1. *p.* 17.

COMITIUM, 10, 24. Fabius nihil aliud precatus populum quam ut—litteras audirent, comitio abit.

COMMEATUS, 1, 57. in iis stativis—satis liberi commeatus erant.

secum eum tum frequentem ad signa sine ullo commeatu fuisse, 3, 24.

commeatus frumenti, 28, 4.

— maritimi, 5, 54.

— subvehebantur, 9, 15. *cf. cap.* 43. *it.* 22, 16.

— ex montibus invecti erant, 9, 13.

— advectus, 22, 22. *it.* advecti, 9, 32. 29, 37.

in commeatus mittebantur, 7, 39.

COMMEMORARE, 27, 4. ad commemorandam renovandamque amicitiam missi.

COMMENDABILIS, 42, 5. nec ullo commendabilem merito præferebant.

COMMENTARIUM, 42, 6. Eumenes rex, commentarium ferens secum, quod de apparatibus belli omnia inquirens fecerat.

COMMENTARIUS, 1, 60. duo consules—ex commentariis Tullii creati sunt. *i. e. ex formula imperii regundi, descripta fortasse, quum ei in animo esset imperio se abdicare.*

missisque Larissam ad commentarios regios comburendos, 33, 11. *h. e. libros acta publica continentes. cf.* 45, 31.

COMMENTUM, 1, 19. fine aliquo commento miraculi.

COMMERCIUM, 5, 15. jam per longinquitatem belli commercio sermonum facto.

commercium linguæ, 9, 36.

ut denorum equorum iis commercium esset, 43, 5. *i. e. jus emendi.*

neque Thraces commercio faciles erant, 40, 58.

COMMIGRARE, 41, 8. cives suos, Romæ censos, plerosque Romam commigrasse.

COMMINARI, 10, 39. comminandoque magis quam inferendo pugnam. *cf.* 42, 7.

COMMINATIO, 26, 8. abscedi a Capua, terrerique et circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis, flagitiosum ducebat.

Digitized by Google

COMMINISCI, 26, 27. per iram ac levitatem ex re fortuita crimen commentum.

vectigal (*ex salaria annona*) commentum — credebant, 29, 37.

COMMITTERE, 30, 14. te exitimo — in Africa te ipsum spesque omnes tuas in fidem meam commisisse.

rem in casum ancipitis eventus committunt, 4, 27.

in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissa res, 3, 2.

segnitia Græcorum non committentium se in aciem, 7, 26. *cf.* 23, 11.

duos simul filios non commissurum in aleam ejus, qui proponeretur, casus, 40, 21.

utrum respublica in discrimen committenda fuerit, 8, 32.

nec se tamen æquo loco hosti commisit, 5, 18. *cf.* 27, 25.

persequutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes, 3, 42.

bellum prospere commissum, 8, 25. *i. e. inchoatum.*

nos (*decuit*) commissum ac profligatum (*bellum*) conficere, 21, 40.

supererat nihil aliud in temere commisso, quam in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes, 44, 6.

commisso spectaculo, 2, 36.

commissis operibus, 38, 7. *i. e. conjunctis. Sic supra, cap.* 4. per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit.

quo minus in civitatem obligatam sponsione commissa — redeant, 9, 11. *h. e. cui necessario satisfaciendum erat, quoniam alter conditionem expleverat.*

COMMODARE, 40, 57. in omnem eventum consilia commodabantur. *Haud dubie i. q. accommodabantur.*

ut reipublicæ, ex qua crevissent, ad tempus commodarent, 23, 48.

COMMODE, 10, 19. ab neutra parte satis commode (*exercitus*) instructi fuerunt.

COMMODUM, 10, 25. si per commodum reipublicæ posset, Romam veniret.

COMMODITAS itineris, 1, 33.

quum commoditas juvaret, 4, 60. *i. e. partim utilitas, opportunitas, plebem delectabat, partim, etc. vid. Gronov. ad h. l.*

COMMODUS, 30, 19. sperans leniorem in navigatione, quam in via, jactationem vulneris fore, et curationi omnia commodiora.

COMMOTIUS ad omnia turbanda consilium, 6, 14. *i. q. vehementius, atque adeo efficacius ad turbas movendas. Præter caussam, opinor, hæsit in h. l. Cel. Strothius. Non succurrebat ei, verborum passivorum participia, quæ sint eadem adjectiva, præsertim, ubi per gradus incrementa ceperint, sensu activo sæpissime dici. Sunt enim instar deponentium, et vicem sustinent adjectivorum nominum in* bilis *exeuntium; quemadmodum exemplis multis probat Jac. Frider. Heusingerus ad Ciceronem de Off.* 1, 17, 9. *Unum hunc locum adscribamus:* nihil autem est amabilius, nec *copulatius*, quam morum similitudo bonorum.

COMMO-

Digitized by Google

COMMOVERE, 9, 40. Junius commovit hoſtem—quum intuliſſet ſigna, turbavit ordines, et haud dubie impulit aciem.

clamore renovato commovent aciem: tum rurſus impetu capto enituntur atque exſuperant iniquitatem loci, 2, 65. *it.* 9, 27. 10, 29.

COMMUNICARE, 4, 56. ſi quando promiſcui honores, communicata reſpublica eſſet, tum ſe animadverſuros, etc. *i. e. adminiſtratio reipublicæ cum plebeiis communicata.*

cum quibus ſpem integram communicati non ſint, 4, 24. pro *communicaverint.*

COMMUNIS, 6, 40. Hoccine eſt in commune honores vocare, ut duos plebeios conſules fieri liceat, duos patricios non liceat?

COMMUNITER omnia amplectar, 29, 17. *i. q. hactenus dictorum ſumma hæc eſt.*

COMPACTO, 5, 11. compacto eam rem et communi fraude patriciorum actam. *h. e. ex compoſito.*

COMPAR connubium, 1, 9.

— Latinorum poſtulatio, 23, 6.

milites militibus—tribuni tribunis compares collegæque, 8, 6.

compari Marti concurrere, 36, 44.

quam compar conſilium tuum parentis tui conſilio fit, reputa, 28, 42.

COMPARARE, 8, 6. comparant inter ſe. *i. e. convenit inter eos, pacti ſunt.*

conſules inter ſe compararunt, ut Claudius comitia perficeret, etc. 25, 41.

inter ſe compararent—utri obſidenda Capua, utri, etc. 26, 8. *cf.* 3, 41.

comparare provincias inter ſe, aut ſortiri, 33, 43.

comparando hinc, quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet, etc. 2, 32. *i. e. comparatione demonſtrando.*

priore conſulatu inter ſe comparati (*conſules*), 10, 15. *i. e. qui una conſules fuerant.*

ne male comparati ſitis, 40, 46. *i. q. collegæ facti.*

Scipio et Hannibal, velut ad ſupremum certamen comparati duces, 30, 28.

in comparando cohibendoque bello, 9, 29. *cf.* 32, 28.

ad iter ſe comparare in diem poſterum jubet, 28, 33.

ſex tribunos ad interceſſionem comparavere, 4, 48.

adverſus veterem—imperatorem comparabitur, 24, 8.

utrum exercitus exercitui an duces ducibus—comparari, 28, 28.

ita comparatum eſt, 4, 46. *i. e. compoſitum per legatos arbitros.*

judicia apud ſeſe more majorum comparata de iis, qui, etc. 45, 5.

arma, milites, claſſem ejus rei cauſſa comparaſſet, 42, 30.

ut Romani tempus ad comparandum habeant, 35, 45. *ſcil. copias. Dicitur autem hac ſignificatione comparandi verbum abſolute, v. c.* 42, 52. *vid. Gronov. ad* 38, 12.

legati Romani in Bœotiam comparati ſunt, 42, 43. *Comparare legatos quin eodem jure dici poſſit, quo, comparare conſules, etc. dubitari nequit. Sed tum neceſſe etiam fuerit, ut electio pariter locum*

Digitized by Google

habeat. Hoc autem loco iidem, qui apud. Perſea fuerant, comparati dicuntur. Quid? ſi ergo legatur: comparaverunt *ſcil.* iter. *Sic Cicero* pro *Mur.* 9. quo intendit *ſcil.* iter.

COMPARATIO, 6, 30. provincia ſine ſorte, ſine comparatione, extra ordinem data.

COMPARERE, 6, 1. conquiri, quæ comparerent, juſſit, *i. q. quæ ſupereſſent.*

ſi quid (*ſui*) non compareret, repeteret, 29, 21. *i. e. reperiretur.*

ut, ſi nequeant omnia, ſaltem, quæ compareant cognoſcique poſſint, reſtitui dominis jubeant, 26, 30. *cf.* 27, 24.

in ſecunda omnia comparuiſſe, 27, 26.

COMPEDES Græciæ, 32, 37. *de urbibus quibuſdam, quæ omnem Græciam in officio retinerent.*

COMPELLARE, 10, 28. patrem nomine compellans.

fama erat prohiberi a patronis, nobiles ac potentes compellare, 43, 2. *i. e. accuſare.*

pro cunctatore ſegnem et cauto timidum compellabat, 22, 12. *i. q. vituperabat, increpabat. cf.* 9, 40. 34, 2.

COMPELLERE, 1, 33. omni bello Latino Medulliam compulſo.

hoſtem prœlio uno fugatum compulit in naves, 10, 2.

pecoris vim ingentem in ſaltum avium compulſam eſſe, 9, 31.

ſi qua res te ad pacem compellet, 35, 19.

COMPENDIUM, 8, 36. nec ira magis publica, quam privatum compendium in hoſtem acuebat.

COMPERIRE, 31, 39. nondum comperto, quam regionem hoſtes petiſſent, etc. (*abſolute*)

comperta oculis, 29, 21. *cf. cap.* 18.

quos ſacrilegii compertos in vinculis Romam miſiſſet, 32, 1.

nullius probri compertum, 7, 4. *it.* ſtupri, 22, 57.

COMPETERE, 22, 5. ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus.

COMPETITOR, 6, 41. qui certos ſibi uni honores inter dimicantes competitores æquum cenſeat eſſe.

COMPILARE, 43, 7. templa omnibus ornamentis compilata.

COMPLERE, 9, 24. fuga cuncta complentur.

omnia fuga et terrore complet, 34, 9.

maria terraſque inani ſonitu verborum complevit, 35, 48.

ut claſſis Romana ſociis navalibus—compleretur, 24, 11.

beſtiis omnium gentium circum complere, 44, 9.

ut dodrantem ex Privernati complerent, 8, 11.

vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat, 44, 9.

nocturnum erat ſacrum, ita, ut ante mediam noctem compleretur, 23, 35.

COMPLORARE, 22, 53. deſperatam comploratamque rem eſſe publicam.

complorati omnes pariter, vivi mortuique, 5, 39. *cf.* 37, 7.

COMPLORATIO, 3, 47. quum—lamentabiliſque eum (*Claudium*) mulierum comploratio excepiſſet. *cf.* 26, 29. *it.* 40, 9.

fletuſque

Digitized by Google

fletuſque ab omni turba mulierum ortus, et comploratio ſui patriæque, etc. 2, 40.

movet feroci juveni animum comploratio ororis in victoria ſua, 1, 26.

COMPLORATUS, 22, 55. ut comploratus familiarum coërceant.

juſtoque comploratu proſequerentur mortuos, 25, 26.

comploratum prope conjugum ac liberorum noſtrorum exaudire, 23, 42.

COMPONERE, 10, 41. dira exſecratio ac furiale carmen deteſtandæ familiæ ſtirpique compoſitum.

ſi pax componi nequiſſet, 30, 40.

dies compoſita gerendæ rei eſt, 25, 16. *i. e. de qua convenerat.*

ut domi compoſitum cum Marcio fuerat, 2, 37. *i. q. ex compoſito.*

pugna compoſita, 28, 22. *i. e. quæ ſit confertim, denſatis ordinibus.*

COMPOS, 4, 40. ſimul corpore atque animo vix præ gaudio compotes.

bellicæ quoque laudis conſulatus compotem fecerat, 30, 1.

præda ingenti compotem exercitum—reducunt, 3, 70.

COMPRECATIO, 39, 15. quum *ſollemne carmen precationis*, quod præfari—magiſtratus ſolent, peregiſſet conſul, ita cœpit: Nulli umquam concioni—non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria *hæc ſollemnis deorum comprecatio* fuit.

COMPREHENDERE, 26, 27. argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arſere. Comprehenſa poſtea privata ædificia, etc. *int.* igni.

ut naves onerariæ comprehenſæ Lilybæum omnes contraherentur, 29, 24.

COMPRENDERE, 30, 10. eaſque ipſas (*naves*)—malis antenniſque de nave in navem trajectis, ac validis funibus, velut uno inter ſe vinculo illigatis, comprendit.

COMPRIMERE, 7, 13. compreſſis, quod aiunt, manibus federe.

vi compreſſa Veſtalis, 1, 4.

ut quoſdam ſpectantes jam arma Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret, 10, 18. *cf.* 29, 3.

quam (*multitudinem*) corpora conjuratorum eo metu compreſſerunt, etc. 24, 24. *cf. cap.* 31.

eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire ſoliti erant, compreſſam credebant, 7, 15.

famam captæ Karthaginis compreſſerunt, 26, 51.

vix temperavere animis, quin extemplo impetum facerent: compreſſique a Cædicio, etc. 5, 45. *i. q. repreſſi, retenti.*

COMPROBARE, 24, 48. ſi imperatores ſui non comprobaſſent factum.

omnium aſſenſu comprobata oratio, 5, 9.

CONARI, 45, 23. celerem et ſupra vires audacem eſſe ad conandum.

CONATUM, 21, 50. ſtatum deinde inſulæ et Karthaginienſium conata expoſuit.

Digitized by Google

ut Perſei conatis obviam iret, 42, 11.

CONATUS, 3, 5. multis ſæpe fruſtra conatibus captis. *cf.* 9, 4. *it.* 21, 29.

conatu tam audaci, trajiciendarum Alpium, et effectu, 21, 39.

CONCEDERE, 3, 60. poſtquam conceſſum propemodum de victoria credebant. *cf.* 4, 6.

increpans quidem, victos tandem quoque Martios animos Romanis, debellatumque, et conceſſum propalam de virtute ac gloria eſſe, 22, 12.

quod majeſtati ejus viri conceſſiſſent, 6, 6. *i. q. ceſſiſſent.*

quo jam tamquam trans Iberum agro conceſſum ſit, 22, 25.

cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia conceſſum, 28, 12. *cf.* 5, 39.

mox in deditionem conceſſerunt, 39, 2. *it.* in ditionem, 38, 16.

metuque conceſſum barbarus ratus, 23, 18. *i. e. urbe ab hoſtibus ceſſum eſſe.*

conceſſumque in conditiones, 2, 33.

in hanc ſententiam—conceſſerunt, 32, 36.

ſe collegæ honores præmiaque conceſſurum verecundia ætatis ejus majeſtatiſque, 10, 24.

Edeſſa quoque et Berœa eodem conceſſerunt, 45, 29. *i. e. eidem regioni annumeratæ ſunt.*

CONCELEBRARE, 1, 9. indici deinde finitimis ſpectaculum jubet: quantoque apparatu tum ſciebant, aut poterant, concelebrant; ut rem claram exſpectatamque facerent.

CONCENTUS tubarum ac cornuum, 9, 41.

CONCIDERE, 10, 29. ut magna pars integris corporibus attoniti concideret.

CONCIERE, 1, 59. concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines. *cf.* 4, 55. *it.* 29, 1.

CONCILIABULA, 7, 15. qui nundinas et conciliabula obire ſoliti erant.

qui—in pagis foriſque et conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent, 25, 5. *cf.* 39, 14.

CONCILIARE, 29, 11. ut ex dignitate populi R. adirent eas terras, ad quas concilianda majeſtas nomini R. eſſet.

et ipſa deformitas Pleminii memoriaque abſentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat, 29, 22.

nunc miſericordia veſtra conciliati, auxilioque in dubiis rebus defenſi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, 7, 30.

conciliata clementiæ fama, 21, 60.

CONCILIUM *proprie de cœtu audientium dicitur, quemadmodum contra* conſilium *eſt conſultantium. Sæpenumero autem hæc vocabula confuſa ſunt a librariis. vid. Gronov. ad* 44, 2.

De concilio *autem Livius modo ut de* loco, *modo velut de* ſocietate *loquitur. Illuc pertinent hæc:* concilium relinquere; *item* concilio excedere, 32, 22. *Huc illud:* concilium inclinaverat ad jubendam ſocietatem Romanam, *ibid. it.* concilium legatis dederunt, 43, 17.

concilia populi, 1, 36.

Antiates

Antiates colonos palam concilia facere, 3, 10.
concilio plebis dimiſſo, 38, 53.
concilio Argis agitato, 43, 17.
niſi cum vexillo in arce poſito, comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet, aut plebi concilium tribuni ediciſſent, 39, 25. *Hæc ſunt* comitia tributa, *illa* centuriata. *Et* concionis *diſerte* mentio *facta eſt.*
Diophanem concilium Achæorum extemplo ſibi præbere juſſit, 36, 31. *i. e. convocare*, ut adire *et verba facere poſſet.*
permixtum ſenatui populi concilium, 21, 14.
Bœotico concilio diſcuſſo, 42, 44.
concilia privata principum, 4, 48.
abſterrendo ſingulos a coitionibus conciliiſque, 2, 35.
dum hoſtes, operati ſuperſtitionibus, concilia ſecreta agunt, 10, 39.
Anagninis—concilia connubiaque ademta, 9, 43.
ideo nos ab ſede piorum, cœtu concilioque abigi, 2, 38.
quod earum (*Camenarum*) ibi concilia cum conjuge ſua Egeria eſſent, 1, 21.

CONCINERE, 9, 32. concinuntque tubæ.
ubi ſigna concinuiſſent, 30, 5.
faxo, ne juvet vox iſta *veto*, qua nunc concinentes collegas noſtros læti auditis, 6, 35.

CONCIO, 8, 33. ex curia in concionem itur.
populus in concionem advocatus, 42, 33. *cf.* 4, 1. *ult.*
quum dies alicui nobilium dicta, novis ſemper certaminibus conciones turbaret, 3, 66.
ſupplicatio pro concione populi indicta, 45, 2. *cf.* 7, 10.
nunc in mille curias concioneſque diſperſam et diſſipatam eſſe rempublicam, 2, 28. *niſi cum Drakenborchio legas* coitioneſque. *Enimvero, quemadmodum* curiæ *improprie dictæ ſunt; ita alterum ſubſtantivum illi junctum, et ipſum ex eo genere placuerit Livio neceſſe eſt. Hæ autem non ſunt* coitiones *ſed* conciones. *Et alibi etiam Noſter* concionem *improprie dixit. v. c.* 4, 13. tela in domum Mælii conferri, eumque *conciones domi habere. Quamquam hic quoque ſi Gronovium audias*, coitiones *legendum. Sed nullo exemplo probavit, a Livio uſpiam dictum eſſe* coitiones haberi.
concionem adeo ſævam atque acerbam apud milites habuit, etc. 27, 13.
concionem liberam et moderatam habuit, 24, 22.

CONCIONALIS ſenex, 3, 72. *i. e. qui aſſiduus eſt in concionibus et rumores captat, ut habeat, unde, circumforaneus, plebem agitare poſſit.*

CONCIONARI, 39, 16. jam huic diurnæ, legitime ab conſule vocatæ, par nocturna concio eſſe poterit: nunc illi vos ſinguli univerſos concionantes timent. *i. e. in concione ſtantes.*
hæc prope concionabundus circumibat homines, 3, 47. *cf.* 5—
hæc [illegible]ncionanti Minucio circumfundebatur, etc. 22, 14.

CONCIPERE, 5, [illegible]agiſtratus—Latinas ſacrumque in Albano monte non rite concepiſſe.

Digitized by Google

nova atque integra concipere auſpicia, 22, 1.
concipere mente, 1, 36. animo, 9, 18.
hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe: ad effectum adducere, virtutis et fortunæ ingentis, 33, 33.

CONCIRE, 25, 19. ipſe aliquantum voluntariorum in itinere concivit.
tumultuoſius quam allatum erat curſus hominum, affingentium vana auditis, totam urbem conciverat, 26, 9.
per legatos conciret homines ad arma, 31, 3.
qui in his provinciis bellum conciviſſent, 41, 8.
Etruria concita in arma, 10, 21.

CONCITARE ſe in fugam, 22, 17. *plane Græcum* ἐρμᾶσθαι.
Etruriam omnem adverſus nos concitare voluerunt, 5, 4.
domi plus belli concitari, quam foris, 5, 2.
creſcebat tumultu concitato turba, 38, 33.
concitant equos permittuntque in hoſtem, 3, 61.
quanta maxima celeritate poteſt,, concitat naves, 36, 44.
ad emittenda (*tela*) cum procurſu quo plurimum concitantur tela, ſpatium habebant, 34, 39.

CONCITATIOR accidens clamor, 10, 5.

CONCITATORES turbæ ac tumultus, 25, 4.

CONCITOR belli, 37, 45. *cf.* 29, 3.
concitores vulgi, 45, 10.

CONCLAMARE *mortuos*, 4, 40. et ex mœſtis paullo ante domibus, quæ conclamaverant ſuos, procurreretur in vias.
conclamatum inde ad arma, 10, 32. *cf.* 3, 50.

CONCLAVE, 39, 14. ut comprehenſos libero conclavi ad quæſtionem ſervarent.

CONCOQUERE, 4, 15. quem ſenatorem concoquere civitas vix poſſet.
concocta conſilia ſunt, 40, 11. *i. q. cocta. vid. Clav. Cicer. in h. v.*

CONCORDIA, 4, 43. mediis concordiam copulare.
interpres concordiæ, 2, 33. *h. e. quo interprete concordia reſtituta eſt.*
quorum perpetuam vitæ concordiam mors quoque miſcuit, 40, 8.

CONCORS, 4, 2. ne ſecum quidem ipſe concors. *Sic Cicero Off.* 1, 1. ſi ſibi ipſe conſentiat. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleï.* 2, 63. non modo commune ſed concors etiam regnum duobus regibus fuit, 1, 13.

CONCREMARE, 3, 53. vivoſque igni (*ſe*) concrematuros, *cf.* 8, 30. 9, 12.
Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas eſſe, 41, 9.

CONCREPARE, 28, 8. ubi hoſtium arma concrepuiſſent. *cf.* 6, 24.
exercitus gladiis ad ſcuta concrepuit, 28, 29.

CONCUBIUS, 25, 9. Hannibal concubia nocte movit.

CONCURRERE, 24, 15. quibus quum Numidæ impigre concurriſſent.

Herminius

Herminius concurrit ex insidiis, 2, 11. *i. e. quum procurrisset ex inf. concurrit.*

priusquam—concurreretur, 10, 40. (*de prælio.*)

metu ignis adversi regiæ naves, ne prora concurrerent, quum declinassent etc. 37, 30.

rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt, 26, 51. *vid.* decurrere.

CONCURSATIO incerta nunc hos, nunc illos sequentium, 5, 40. *cf. cap.* 8. *it.* 9, 24.

CONCURSATOR pedes, 31, 35.

levis et concursator hostis, 27, 18. *Oppos.* statarius *qui in ordinibus stat certo loco.*

CONCURSUS, 32, 30. ferre concursum. *Sane durinscule dictum. Forte igitur legend.* occursum. Primus concursus *Livio dicitur. Sed,* concursum primum non ferre, *id vero insolentius.*

concursus hominum in forum ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret, 2, 56. *Hic aut tollenda prorsus* concitatæ multitudinis *videntur, aut ad* tempestatem *rejicienda. Sequuntur enim hæc:* sustinebat tamen Appius pertinacia tantam tempestatem.

ita ut vix concursus navium inter se vitarent, 29, 27.

CONCUTERE, 33, 19. ab contemtu concussi tum regni. *Ita enim, non* conceffi *cum textu vulgato legendum videtur. Est autem* concutere *i. q. profligare, labefactare, gravibus damnis afficere. vid. Gronov. ad h. l.*

concusso jam et pæne facto Hannibale, 28, 44.

CONDENSUS, 26, 5. minore conatu, quam condensam aciem irrupissent, in castra irrupturos.

condensa arboribus (*vallis*), 25, 39. *i. e. condensis.*

CONDERE jura, 3, 33. carmen, 31, 12. insidias, 10, 4.

condere in custodiam, 31, 23. in carcerem, 26, 16. *cf.* 30, 21. 45, 42. in vincula, 26, 34. *cf.* 23, 38.

idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est, 1, 44.

collegiumque ad id novum condidimus, 5, 52.

inter principia condendi hujus operis, 1, 55. *int. de iis, quæ antecedunt ædificationem. Similiter* condenda urbs *Præf. int. de tempore ante originem urbis.* Condita *autem ibid. i. q. antequam condi cœpta esset.*

urbem novam, conditam vi et armis, jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat, 1, 19.

CONDICERE, 1, 32. *i. q. denunciare cum rerum repetitione. vid. Gronov. Obs.* 1, 1.

CONDITIO, 37, 45. quas pares paribus ferebamus conditiones, easdem nunc victores victis ferimus.

pacemque cum eo conditionibus fecerunt, 23, 7. *i. e. sub his, s. sequentibus, conditionibus. cf.* 9, 15.

conditionibus sedatæ discordiæ, 6, 42.

conditionem filiæ quærendam esse, 3, 45. *i. e. sponsum.*

CONDITOR, 5, 24. Sicinium—conditorem Veios sequantur. *i. e. auctorem consilii Veios transmigrandi. Nisi malis de instauratione Veiorum,*

Digitized by Google

Veiorum, intelligere, quum quidem, migratione facta, velut Roma Nova fieret. Sic Græci κτίζειν dicunt. Vid. Sueton. Aug. 98. *vid. Cuperi Obſ.* 3, 9.

cæſa conditoris noſtri, 5, 53.

conditorem Romanæ libertatis, 8, 34.

conditor omnis in civitate diſcriminis ordinumque, 1, 42.

legum latorem conditoremque Romani juris, 3, 58.

maximi ſacerdotes conditoreſque ejus ſacri, 39, 17.

CONDONARE, 3, 12. pater—ſibi ut condonarent filium, orabat, *i. e. ſua cauſſa abſolverent.*

CONDUCERE auxilia, 30, 21. *cf. cap.* 7.

publicani ſe conducturos præbenda profeſſi erant, 34, 6. *i. q. redemerunt.*

conducerent ea lege præbenda, quæ ad exercitum—opus eſſent, 23, 48.

CONFERRE, 4, 4. cur enim non confertis, ne fit connubium divitibus et pauperibus *i. e. una, vel inſuper, fertis hanc legem etc.*

quos eodem audita Cannenſis clades contulerat, 23, 17. *i. e. ſimul eundem in locum detulerat.*

quo ſe fuſa acies contulerat, 9, 16.

utrum caſtra caſtris conferrent, 23, 28. *cf.* 8, 23.

conferendo cum hoſte caſtra, 26, 12.

ad conferenda propius caſtra, 2, 30.

primus omnium conſul invadit hoſtem; et, cum quo forte contulit gradum, obtruncat, 7, 33. *Alibi v. c.* 10, 43. manum conferre.

pes cum pede collatus, 28, 2. *cf.* 10, 29.

ubi hærere jam aciem collato pede videris, 6, 12. 26, 39.

Romanus conſerere pugnam et ex propinquo vires conferre velle, 21, 50.

haud ignotas belli artes inter ſe conferebant, 21, 1.

conferebant Patres animum Scipionis præſagientem in ejuſdem ſpei ſummam, 29, 10. *i. e. idem ſperabant de bello propter animum Scipionis etc.*

ut eo minus tributi plebes conferret, 5, 20.

Karthaginis expugnationem in hunc annum contuli, 27, 7.

CONFERTUS, 10, 29. quum Galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent.

conferta tota urbe deorum immortalium templa, 45, 2.

naves confertæ, 37, 11.

CONFESSIO, 1, 45. ea erat confeſſio caput rerum Romam eſſe.

confeſſionemque factam, populi, quam conſulis, majeſtatem vimque majorem eſſe, 2, 7. *cf.* 9, 2. *it.* 28, 40.

CONFICERE, 1, 25. alterum Curiatium conficit. *cf.* 42, 16. conficere ſaucium.

confecta provincia, 28, 28. *cf.* 27, 5.

provinciam ingenio ferocem, rebellatricem confeciſſe, 40, 35.

commiſſum ac profligatum (*bellum*) conficere, 21, 40. unde eam pecuniam confici poſſe? 4, 60.

conficere delectum, 25, 5. *it.* milites, 29, 35.

ut ad penates hoſtis ſui nuptiale ſacrum conficeret, 30, 14.

proximis

Digitized by Google

proximis cenſoribus adeo omnibus notis ignominiiſque confectos eſſe, 22, 61.

confectaque paucitas oppidanorum opere, vigiliis, vulneribus, 6, 3. *cf.* 5, 10.

conficere legitima ſuffragia, 9, 34. *i. e. explere.*

CONFIDERE, 2, 45, conſules magis non confidere, quam non credere ſuis militibus. *vid.* credere.

fidei regum nihil ſane confiſus, 39, 51. *cf.* 40, 12.

Minucium confidere brevi—meritum triumphum poſtulaturum atque impetraturum eſſe, 36, 40. *i. e. certo poſtulaturum.*

agros etiam confiderunt ſe a populationibus tueri poſſe, 44, 13. *Sic ap. Quinctilianum in Declam. eſt* diffidiſſet: *ubi vide tamen Intt.*

CONFIERI, 5, 50. ex quo (*auro*) ſumma pactæ mercedis Gallis confieret. *vide Oudendorpium ad Sueton. Jul.* 22.

CONFINGERE, 40, 42. ne crederent confictis criminibus in ſe.

CONFLAGRARE, 24, 26. ne ſe innoxiam invidia Hieronymi conflagrare ſinerent.

CONFLARE, 3, 36. judicia domi conflabant, pronunciabant in foro.

incendium conflatum, 26, 27.

CONFLUENTES, 1, 27. ubi Anienem tranſiit, ad confluentes conlocat caſtra. *cf.* 4, 17.

CONFOSSUS, 5, 11. et tamen eos, tot judiciis confoſſos prædamnatoſque, venire ad populi judicium.

CONFRAGOSUS, 5, 26. aſperis confragoſiſque circa, et partim arctis, partim arduis viis. *cf.* 21, 32.

CONFRINGERE, 26, 46. cædendo confractis foribus.

CONFUNDERE, 7, 12. nec in circulis modo fremere, ſed jam—in unum ſermones confundi.

ſignaque et ordines peditum atque equitum confundit, 9. 27.

CONFUSUS, atque incertus animi, 1, 7. *cf.* 6, 6. *vide Drakenborch. ad* 26, 18.

confuſa ex recenti morſu animi, 6, 34.

CONGERERE, 1, 11. eo ſcuta illi (*in illam*) pro aureis donis congeſta.

omnes vaſtati agri periculorumque imminentium cauſſas in ſe congeſturos, 3, 38.

CONGIARIA, 37, 57. in hunc maxime, quod multa congiaria habuerat,—favor populi ſe inclinabat.

CONGLOBARE, 10, 5. in ultimam caſtrorum partem conglobantur.

eos ex variis cauſſis fortuna ſimilis conglobaverat Agathyrnam, 26, 40.

circa ſe conglobatos erumpere jubet, 29, 33. *cf.* 9, 23. *it.* 27, 14.

CONGREDI, 1, 7. cum altercatione congreſſi.

neque hoſtem acriorem bellicoſioremque ſecum congreſſum, 21, 16.

ducem Lucanorum cominus congreſſum obtruncat, 8, 24.

nuſquam acie congreſſo hoſte, 7, 22.

CON-

Digitized by Google

CONGREGARE, 7, 1. palatos Gallos per Apuliam congregari.
CONGRESSUS, 7, 40. jam duces, jam milites utrimque congreſſus quærere ad colloquia.
CONGRUERE, 9, 2. ſermo inter omnes congruit.
congruentia ad conſulem afferentes, 9, 31.
omnium ſententiæ congruebant, 26, 2.
tempus ad id ipſum congruere, 1, 5.
ad metam eamdem ſolis—congruerent, 1, 19.
CONJECTARE eventu rem, 5, 21.
conjectando rem vetuſtate obrutam, 29, 14.
conjectare iter, 21, 35. *i. e. iter facere ex conjectura.*
CONJECTURA eſt mentis divinæ, 10, 39. *i. e. conjectura aſſequi licet, quid dii ſentiant.*
CONJECTUS, 7, 6. conjectu terræ, quum pro ſe quiſque gereret, expleri potuiſſe.
priuſquam ad conjectum teli veniretur, 2, 31.
quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus eſſet, 25, 16.
CONJICERE, 1, 12. Mettus in paludem ſeſe conjecit. *i. q. conjectus eſt; neque enim ipſe conjecerat ſeſe in paludem, ſed,* ſtrepitu ſequentium trepidante equo, *ablatus eo fuerat.*
id vos ſub legis ſuperbiſſimæ vincula conjicitis, 4, 4.
omnem forenſem turbam in quatuor tribus conjecit, 9, 46.
in eam legationem Mneſilochus, et qui ejus factionis erant, de induſtria conjecti, 36, 12.
conjicere in tempus aliquod crimina, 3, 24. *i. e. dicere, quo tempore facta ſint.*
CONJUNCTIM, 6, 40. ut rogationes—omnes conjunctim accipiatis.
CONJUNGERE, 8, 16. finitimis arma conjunxerant.
tecta conjuncta muro portiſque, 22, 20.
ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt, 1, 44.
CONJURARE, 22, 38. ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. *i. e. una jurabant. cf.* 26, 25.
ut conſul, quos præter milites ſocioſque navales, conjuratos haberet, dimitteret, 45, 2. *Non convenit adhuc inter interpretes, quinam illi, præter milites,* conjurati *fuerint; nam ſi vel maxime de* voluntariis *capiantur, ſunt tamen, quæ contra dici poſſint. vid. Duker. ad h. l.*
conjurati in proditionem, 9, 25. *cf. cap.* 27.
CONJURATIO de bello, 6, 2.
conjurationes circa Campaniam paſſim factæ, 9, 25. *cf.* 32, 26.
CONNITI, 10, 33. clamore ſublato conniſi primo reſiſtunt.
undique omnes conniſi hoſtem avertunt, 3, 63. *cf.* 31, 21.
conniſuſque—primus omnium portam intravit, 41, 4.
ad ultimum omnibus copiis conniſus Ancus acie primum vincit, 1, 33.
conniterentur modo uno animo omnes invadere hoſtem, 9, 31.

CON-

Digitized by Google

CONNUBIUM *it.* CONUBIUM, 4, 5. connubii ſocietas.
ceteris Latinis populis connubia commerciaque et concilia inter ſe ademerunt, 8, 14. *vid. Spanh. Orb. Rom.* ii. 22. *cf.* 9, 43. *ult.*
CONQUERI, 8, 33. quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris. *cf.* 23, 22.
CONQUESTU libero coortæ voces ſunt, 8, 7.
CONQUIRERE, 22, 52. conſulem—conquiſitum ſepultumque quidam auctores ſunt. *cf.* 25, 22. *it.* 39, 16.
CONQUISITIO piaculorum, 7, 3.
— militum, 23, 32. *it.* ingenuorum, 25, 5.
conquiſitio intentiſſima, 29, 35. (*etiam de delectu*) *cf. cap.* 34.
CONQUISITOR, 21, 11. qui duo populi—retentis conquiſitoribus—oppreſſi celeritate Hannibalis omiſerunt mota arma. *i. e. qui milites imperatos exigunt et contrahunt. cf.* 30, 7.
CONSCELERARE, 40, 8. conſcelerate aures paternas. *i. e. inquinate narrationibus improbis.*
ſe, ut conſceleratos contaminatoſque ab ludis—abactos eſſe, 2, 37. *cf.* 8, 18.
CONSCENDERE, 31, 29. in Siciliam conſcenderunt. *i. e. naves, quibus pergatur in Siciliam.*
poſtquam conſcendiſſe ſuos vidit, 37, 11. *ſimpliciter dictum* pro *conſcendiſſe naves, claſſem. Sic* 22, 19. 44, 23.
CONSCIENTIA virium, 8, 4.
conſcientia culpa contracti periculi, 3, 2.
conſcientia ſibimetipſi exſilium conſciſcentes, 29, 36.
— quid abeſſet virium, 3, 60.
— quid ſe meritos ſcirent, 18, 19*.
conſcientia violatæ per ſociorum injurias Romanæ amicitiæ, 35, 12. *cf.* 21, 63.
cum conſcientia egregia ſæpe repetiti regni paterni, 29, 33.
conſilia—ſeducta a plurium conſcientia habere, 2, 54.
CONSCISCERE, 1, 32. ſenatus conſenſit, conſcivit. *i. q. decrevit.*
Tuſci—conſciverant bellum, 10, 18. *i. e. una, eodem tempore, decreverant. it.* 41, 8. *ubi quidem Drakenborchius legi vult* conciviſſent. *vid. Gronov. ad* 21, 8. *cf.* 33, 49. *pro* conſciturum *leg.* conciturum *probante Dukero et Creverio. Sed vide B. Patruum ad Sueton. Claud.* 38. (31.) *cf.* 9, 26. *ubi hæc ſunt :* mors haud dubie ab ipſis *conſcita. cf. et* 22, 57.
conſciſcere ſibi exſilium, 10, 17. *cf.* 24, 26.
conſcientia ſibimetipſi exſilium conſciſcentes, 29, 36.
ut defereremus penates noſtros exſiliumque ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus etc. 5, 53.
communi conſilio aliquot circa urbes conſciſſe fugam, 10, 34. *cf.* 33, 48.
facinus in ſe ac ſuos fœdum ac ferum conſciſcunt, 28, 22.
CONSCIUS, 9, 26. et omnes anteactæ vitæ vos conſcios habeo.
CONSCRIBERE, 26, 24. conſcriptæ conditiones.
conſcripta conſignataque, 29, 12.
conſcriptos, videlicet, in novum ſenatum appellabant lectos, 2, 1. *cf.* 1, 35.

CON-

Digitized by Google

CONSECRARE, 23, 10. diem adventus ejus (*Hannibalis*) conſecrate.

Gracchi bona conſecravit, quod—ſe in ordinem coëgiſſet, 43, 16.

CONSENESCERE, 35, 34. ne inſontem, indemnatum conſeneſcere in exſilio finerent. *i. e. Gronovio explicante, ſe cum tædio et ſenio ſuſtentare. cf.* 9, 19.

conſenuiſſe jam ſecum et rogationes promulgatas et vim omnem tribuniciæ poteſtatis, 6, 39. *vid.* ſeneſcere.

quæ (*lex*) promulgata conſenuerat, 3, 31.

cum mortali corpore uno, civitatis, quam immortalem eſſe deceat, pati conſeneſcere vires, 6, 23.

CONSENSUS, 8, 35. tribunos—liberavit onere *conſenſus* populi Romani, ad preces et obteſtationem *verſus* etc. *i. q. populus conſentiens.*

conſenſu in poſterum diem concio edicitur, 24, 37. *niſi legendum cum Gronovio :* conſenſa—concio. *Vide ipſum ad* 9, 7. *Fortaſſe* conſenſu *dictum eſt hoc loco pro* omnibus, communi ſuffragio. *Sic* 3, 38. quum et ipſi *conſenſu* inviſum imperium—interpretarentur.

quem conſenſus attentatæ defectionis—ad transfugiendum ſtimulabat, 23, 15. *i. e. quod ipſe conſenſerat in etc.*

haud dubio conſenſu civitatis, 9, 7.

CONSENTIRE, 8, 6. conſenſit et ſenatus bellum. *Niſi vero cum Drakenborchio* fieri *ſuppleamus. cf.* 1, 32.

extemploque ſine ulla publica auctoritate conſenſum in omnem formam luctus eſt, 9, 7.

adverſus conſentientes nec regem quemquam ſatis validum, nec tyrannum fore, 34, 49.

nulla re, quam celeritate tutior, quod undique abierat, antequam conſentirent, 23, 28. *i. e. in ſe conſpirarent.*

CONSEPTUM, 10, 38. ea legio linteata ab integumento conſepti —appellata eſt (*ſubſtantive dictum.*)

CONSEPTUS locus cratibus pluteiſque, 10, 38.

in locum ſaxo conſeptum, 22, 57.

CONSEQUI, 41, 10. Claudius prope conſequutus eſt litteras ſuas. *i. e. prope eodem tempore, quo litteræ redditæ eſſent, advenit.*

prius—quam alter—conſequi poſſet, 1, 25. (*abſolute*)

mediam ſe conſequuturum conſilii viam, 24, 45.

CONSERERE, 10, 24. quam arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum.

conſerta (*exodia*) fabellis Atellanis, 7, 2.

ſicubi conſerta navis eſſet, 21, 50. *ſc. ad pugnam.*

haud ignotas belli artes inter ſe, ſed expertas primo Punico conſerebant bello, 21, 1.

levis armatura etiam per amfractus jugi procurrere, et ab lateribus cum levi armatura conſerere, per iniqua atque æqua loca pugnam petere, 44, 4. pro *conſerere* manus *vel* pugnam *cujuſmodi quid excidiſſe putant Dukerus et Creverius. Equidem nihil abeſſe putem; quum* manus *aut ſimile quid ex ſequenti* pugnam *commode repeti poſſit. cf.* 26, 39. *Quamquam hoc loco* conferebat

cum

Digitized by Google

cum Gronovio Creverius legit. Omnino de verbo conferendi *vide Intt. ad* 21, 8.

CONSERVARE, 38, 11. imperium majeſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſervato fine dolo malo. *i. e. pareto, fidem ſervato. Ex formula fœderis dictum. vid. Duker. ad h. l. it Clav. Ciceron. in v.* conſervare.

CONSESSOR, 34, 54. cur dives pauperem conſeſſorem (*in ludis ſpectandis*) faſtidiret?

CONSIDERATIUS, 4, 45. bellum utinam, qui appetunt, conſideratius concordiuſque, quam cupiunt, gerant.

CONSIDERE, 30, 2. terra campeſtri agro in ingentem ſinum conſedit.

quum Suffetes ad jus dicendum conſediſſent, 34, 61. *Omnino de judiciibus proprium verbum v. c.* 26, 48. *ubi quidem recuperatores intelligendi ſunt.*

examen apum in arbore prætorio imminente conſederat, 21, 46.

ad eos, qui conſederant in inſidiis, perlata, 10, 4.

dictator Rom. haud procul inde ad confluentes conſedit in utriuſque ripis amnis, 4, 17. *i. e. caſtra poſuit.*

quum jam conſediſſet ferocia ab re bene geſta, 42, 62.

CONSIGNARE, *vid.* conſcribere. *cf.* 23, 38.

CONSILIUM, 2, 44. diu ſuſtentatum id malum, partim Patrum conſiliis, partim patientia plebis etc.

tum ex conſilio Patrum Romulus legatos etc. 1, 9.

id erat ſanctius apud illos conſilium, maximaque ad ipſum ſenatum regendum vis, 30, 16.

conſules conſilia principum domi habere, 4, 6.

dimiſſa concione conſilium habitum, 9, 15.

ſolitudinem curiæ, paucitatemque convenientium ad publicum conſilium reſpexerunt, 23, 22. *i. e. Senatum. Alibi:* conſilium orbis terrarum.

conſilium *militare*, 8, 6. *Conſtabat illud legatis tribuniſque militum et centurionibus primi pili. vid. Gronov. ad* 44, 2.

conſilium caſtrenſe, 44, 35.

cum eo conſilio prætorem cognoſcere, 29, 20.

conſilio advocato, 43, 22.

publicum conſilium — nulla de re neque convocati, neque conſulti fuerant, 24, 22.

fortunam in conſilio habere, 36, 8.

non ſuæ fortunæ conſilium, 25, 38.

conſilium cepit, transfoſſo pariete iter in urbem patefacere, 44, 11.

conſilio tali animum adjecerunt, 35, 38.

conſilium ſpei non audacis modo, ſed etiam impudentis, 35, 34.

ab amore temerarium atque impudens mutuatur conſilium, 30, 12.

conſilia calidiora, 22, 24.

commotius ad omnia turbanda conſilium, 6, 14.

conſilium de iis Karthagini erat, 28, 26.

abſentis

Digitized by Google

abſentis collegæ conſilia omnibus gerendis intererant rebus, 10, 39.

cognitiones capitalium rerum fine conſiliis per ſe ſolus exercebat, 1, 49.

quot res, quam inutiles ſequantur illam viam conſilii, 5, 5.

CONSIMILIS, 33, 28. conſimili animo avertendi ab ſe criminis cauſſa in concionem progreſſus.

CONSIPERE, 5, 42. non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis conſtare poterant. *vulg.* concipere.

CONSISTERE, 21, 49. conſtitit terreſtre bellum ad Trebiam. *i. q. ſubſtitit.*

conſiſtere ſigna in radicibus collium, ac revocare in ordines militem cœperant, 28, 15.

conſtitit utrumque agmen, et prœlio ſeſe expediebant, 21, 46.

ut, unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret, 28, 26.

CONSOCIARE, 1, 45. quum conſenſum deoſque conſociatos laudaret mire Servius.

vos cum Mandonio conſilia communicaſtis, et arma conſociaturi fuiſtis, 28, 28. *cf.* 8, 14.

in omnia belli paciſque ſe conſociaverat conſilia, 42, 29.

regnum conſociant, imperium omne conferunt Romam, 1, 13.

cum iis, qui ad ſe tuendos conveniſſent, omnia ſibi et eſſe conſociata, et ad ultimum fore, 23, 44.

nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil fœderatum hoſti cum hoſte, 25, 18.

nec erat aut civis aut externus, cum quo furorem ſuum conſociarent, 28, 25.

rem conſociatam Ariſtoni incaute aperit, 24, 24. *i. q. compoſitam.*

CONSORS etiam cenſoris fuerat, 41, 27. *i. e. qui communi adhuc patrimonio fruebantur. vide Cel. Ruhnkenium ad Vellei* 1, 10.

CONSORTIO, 40, 8. ſociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum reges. *cf.* 6, 40. *Vocabulum rarius. Ipſe tamen Cicero Off.* 3, 6. *eo uſus eſt.*

CONSORTIUM, 4, 5. ſi in conſortio, ſi in ſocietate reipublicæ eſſe—licet.

CONSPECTUS, 27, 27. in collem aperta undique et conſpecta ferebat via. *cf.* 10, 40. *it. de ſtatione,* 34, 30.

conſpecta mors ejus fuit, quia publico funere eſt elatus, 30, 45.

ſupplicium conſpectius eo, quod pœnæ capiendæ miniſterium patri de liberis conſulatus impoſuit, 2, 5.

plebes—turba, quam dignitate conſpectior, 22, 40. *cf.* 45, 7.

CONSPECTUS, 25, 16. locus a conſpectu amotus.—quo longiſſime conſpectum oculi ferebant, 1, 18.

inſulam ſitam in conſpectu litoris ſui incoluerant, 9, 28,

ſex pulvinaria in conſpectu fuere, 22, 10.

quum in conſpectu locorum conſultaret, 40, 21. *cf.* 29, 27.

quia bellum ei majus in conſpectu erat quam, quantum eſſe famæ crediderat, 10, 25.

CONSPICARI, 2, 20. conſpicatus ferocem juvenem.

CONSPI-

Digitized by Google

CONSPICERE, 21, 4. equi conſpiciebantur. *i. e. inſignes erant.*
quum inter ſe conſpecti eſſent, 33, 6. pro *quum a ſe invicem, etc. cf.* 22, 4.
maxime conſpectus ipſe eſt, curru equis albis juncto urbem invectus, 5, 23. *i. e. in oculos incurrit, oculos in ſe convertit.*
conſpectus elatuſque ſupra modum hominis privati, 4, 13. *i. e. ingerens et venditans ſe oculis hominum.*
conſpici ſe pugnantem egregium ducebat, 31, 24.
factum quod—in Fabio non minore hoſtium admiratione, quam veſtra, conſpectum eſt, 5, 52.
opus, vel in hac magnificentia urbis conſpiciendum, 6, 4. *i. q. viſu dignum.*
tumulus hoſti conſpectus, 22, 24.
relictis ibi in ſtatione conſpecta utrimque cohortibus, 34, 30.
CONSTANS, 10, 37. hujus anni parum conſtans memoria eſt.
conſtans pax, 6, 25. *i. e. vera, in qua nihil reperitur, quod belli ſpeciem habeat.*
CONSTARE, 1, 30. non conſtat pugna hoſtibus. *i. e. non poſſunt prælium continuare ob turbatos ordines.*
prius quam totis viribus fulta conſtaret hoſtium acies, 3, 60. *i. q. conſiſteret.*
conſtare res incipit ab eo tempore, 10, 26. *i. e. certa eſſe.*
non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare (*Romani poterant*) 5, 42.
Vitruvio nec, ut vallo ſe teneret—ſana conſtare mens, nec, ut longius a caſtris dimicaret, animus ſuppetere, 8, 19.
nec animum ejus regis conſtare ſatis viſum, 44, 20.
conſtat idem omnibus ſermo, 9, 2. *i. e. non diſcrepant a ſe invicem, nec alio tempore aliud dicunt.*
non color, non vultus ei conſtaret, 39, 34.
in omnibus, quæ ipſius poteſtatis fuerunt, fides conſtitit prætoris, 37, 32.
CONSTERNARE, 37, 41. hæc velut procella—ita conſternavit equos, etc. *i. e. feroces reddidit. Sic proprie dicitur. Itaque*, 34, 2. *poſt conſternationis vocabulum adhibet Livius* concitare.
pecorum in modum conſternati, 38, 27.
repente in fugam conſternantur, 10, 43. *cf.* 38, 46. *Sic Tacitus Hiſt.* 3, 79. fœda fuga conſternari *dixit.*
multitudinem conjuratorum ad arma conſternatam eſſe, 7, 42. *i. e. erectam, incitatam. it.* 21, 24.
conſternati delectus acerbitate, 21, 11.
tumultu ſanos etiam conſternante animos, 8, 27.
Coriolanus, prope ut amens, *conſternatus ab ſede ſua*, quum ferret matri obviæ complexum, 2, 40. *Sic interpungendum putem. Vulgo* ab ſede ſua *referuntur ad* ferret; *neque ſenſu id ferente, neque natura rei. Idem enim eſt, ac ſi dixiſſet Livius:* moræ quippe impatiens.
CONSTERNATIO muliebris, 34, 2. (*de furore, ſeditione*)
CONSTERNERE mare claſſibus, 35, 49.
tempeſtas aliquot ſigna conſtravit, 40, 45. *i. e. dejecit.*
conſtratæ naves, 35, 46.

ratem,

Digitized by Google

ratem, pontis in modum, humo injecta, conſtraverunt, 21, 28.
CONSTITUERE, 38, 25. tempus in poſterum diem conſtituitur.
conſtituit agmen, *ibid. i. e. ſiſtere gradum juſſit.*
paulliſper novitate rei conſtituit ſigna, 33, 10. *cf.* 34, 20.
metarentur frontem caſtrorum, et impedimenta conſtituerent, 44, 36.
ubi quum conſtituiſſet Romanos, 9, 24. (*de transfuga Romanos in arcem opprimendam ducente*)
CONSTRINGERE, 34, 3. quibus omnibus conſtrictas (*mulieres*) vix tamen continere poteſtis.
CONSTUPRARE, 29, 17. conſtuprant matronas, virgines, ingenuos, raptos e complexu parentum.
CONSTUPRATOR, 39, 15. ſimillimi feminis mares, ſtuprati et conſtupratores.
CONSUL declaratus, 28, 39. *it.* 40.
conſul, 38, 35. dicitur, qui ante aliquot annos conſul fuerat. *vid. Periz. Animadverſ. hiſt. p.* 307.
conſul, 31, 49. *proconſul intell.*
conſules centuriæ dixerunt, 24, 9. *it.* 27, 6. 10, 22.
poteſtas conſules faciendi, 4, 1.
conſules, 5, 2. pro *ſi conſules eſſent:* quidnam illi *conſules* dictatoreſve facturi eſſent.
conſules, regia poteſtas, 8, 32. *cf.* 4, 2.
conſules—reſpondit, 4, 6. *i. e. unus de conſulibus.*
exercitus conſulis, 43, 11. *cf. cap.* 14. *ubi hæc ſunt:* incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abeſſe. *Drakenborchius igitur ſupra legi vult* imperatoris.
CONSULARIS, 4, 8. rem operoſam ac minime conſularem ſuo proprio magiſtratu egere.
conſulares faſces, 2, 54.
— leges, 3, 55. *vid. Intt. ad h. l.*
auſpiciis ementiendis—et conſularibus aliis impedimentis retenturos ſe in urbe, 21, 63.
CONSULARITER, 4, 10. vitaque omnis conſulariter acta.
CONSULERE, 2, 28. delatam (*rem*) conſulere ordine non licuit. *cf. cap.* 26. *vid.* conſultare.
ignorare videmini mihi, Quirites, non, utrum bellum an pacem habeatis, vos conſuli, 31, 7.
motique ira *numinis* cauſſam nullam aliam vates canebant, publice privatimque, *nunc extis, nunc per aves conſulti*, 2, 42.
ut trepidarent magis quam conſulerent, 21, 16. *i. e. bene rem gererent, conſulto agerent.*
cogor, veſtram omnium vicem—unus conſulere, 25, 38.
nihil ſalutare in medium conſulebatur, 26, 12. *cf.* 24, 22.
conſulere crudeliter in deditos victoſque, 8, 13.
ut quidquam de ſe gravius conſulerent, 26, 33.
multique erant, qui mollius conſultum dicerent, quod legum ab iis latarum auctores fuiſſent, 3, 59. *Niſi vero* conſultum *pro* SCto *accipiatur.*
pro bene aut ſecus conſulto habere, 7, 6.

Digitized by Google

CONSULTARE, 1, 55. ad eam rem consultandam. *cf.* 1, 21.
CONSULTATIO, 36, 7. circa hanc consultationem disceptatio omnis verteretur.
utra societas sit utilior, eam longe minorem, ac levioris momenti consultationem esse, 24, 28.
CONSULTUM, 10, 39. approbare collegam consulta referens (*nuncius*) *i. e. consilium confligendi cum hoste.*
CONSULTUS, 25, 16. ab occultis cavendum hominibus consultisque. *Possis etiam* consulta occulta *intelligere.*
callidos solertesque juris atque eloquentiæ consultos—urbi ac foro præsides habendos, 10, 22.
consultissimus vir—omnis divini et humani juris, 1, 18.
CONSULTUS collegæ, 3, 62. *Ad eumdem modum Ciceroni dicitur* plebiscitus *Epp. Att.* 4. 2. *it.* peccatus *Verr.* 2, 78. *Drakenborchio tamen magis arridet* consulto *quod ponitur pro* consilio.
CONSUMMARE, 28, 17. jam Africam magnamque Karthaginem, et in suum decus nomenque, velut *consummatam* ejus belli gloriam, spectabat. *cf.* 29, 23. *Cel. Ruhnkenius ad Vellei.* 2, 29. *legi vult* consummandam: *quam correctionem nemo improbaverit. Ceterum hoc vocabulum est ex iis, quæ Livii auctoritatem primum habent. Sequentis ævi auctores tanto sæpius illud usurparunt.*
CONSURGERE, 8, 7. quum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset.
senatum, eo die forte cœnantem in Capitolio, *consurrexisse et petisse*, ut inter epulas Graccho filiam Africanus desponderet, 38, 57.
suis sociorumque viribus consurgere hostes ad bellum, 10, 13.
ad suam gloriam consurgentes alios lætum (*se*) adspicere, *ibid. i. q. paullatim accedere.*
ubi triarii consurrexerunt integri, 8, 10. *cf. cap.* 8.
CONTACTUS præda alicujus, 2, 5. *i. e. particeps prædæ, impio quidem modo.*
bonaque (*Sp. Mælii*) contacta pretiis regni mercandi publicarentur, 4, 15. *i. e. polluta, infecta.*
contacti ea violatione templi, 29, 8. sacrilegio, *cap.* 18. societate belli, 31, 8. rabie, 4, 9. *it.* dies contactus religione, 6, 28.
CONTACTUS ægrorum vulgabat morbos, 25, 26. *cf.* 4, 30.
procul terræ contactu, 27, 37.
CONTAGIO, 28, 34. quum, velut contagione quadam pestifera —castra quoque Romana insanierint.
ut seditionibus primum urbs Romana, deinde velut ex contagione, castra impleantur, 5, 6. *cf. cap.* 12.
Tusci—conscierant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos, 10, 18.
contagione quadam rapto gaudentes, 29, 6.
ne cujus facti dictive contagione præsens violer, 2, 37.
contagio noxæ, 9, 1. *i. e. societas.* contagio criminis, *cap.* 34.
CONTAMINATUS, 2, 37. se ut conscelerates contaminatosque ab ludis—abactos esse. *cf.* 4, 4

CONTE-

Digitized by Google

CONTEGERE, 26, 25. eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, etc.

contectus locus linteis, 10, 38.

CONTEMNERE multitudinem, 44, 27. *i. e. non requirere.*

neminem se plebeium contemturum ubi contemni desiissent, 4, 35. *contemnere se, Dukero explicante, hoc loco est: abjecte et humiliter de se sentire, animum demittere, indignum se honoribus judicare. cf.* 22, 34.

omnia audentem contemnet Hannibal, 22, 39.

nondum adeo hiberno contemto mari, 38, 41. *i. e. quod non timetur suspectum habetur.*

parva ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt, 6, 41.

CONTEMTIM, 9, 41. magnifice de se, ac contemtim de Romanis loquentes.

adversus ea quum contemtim tribuni pl. rem nihilo segnius peragerent, 6, 38. *i. e. cum contemtu Camilli. Hanc Drakenborchii explicationem probavit ad h. l. Cel. Strothius quem vide.*

CONTEMTIO, 6, 41. quæ propria deorum immortalium contemtio atque injuria est.

CONTEMPLARI, 30, 36. ab contemplato situ Karthaginis—Uticam—rediit.

CONTENDERE, 32, 5. Eleis Alipheram contendentibus numquam eam urbem fuisse ex Triphylia. *i. e. affirmantibus, asseverantibus.*

contendantque, et animis et corporibus suis virilem patientiam inesse, 5, 6.

CONTENTIO, 39, 39. maxima ex omnibus contentione. *i. e. præ omnibus competitoribus.*

ex rei privatæ contentione, 43, 16. *i. q. de re privata.*

CONTERRERE, 24, 12. major solito apparatus præcipue conterruit Campanos. *cf.* 3, 11. *it.* 10, 28.

CONTICESCERE, 22, 55. ubi conticuerit tumultus. *cf.* 2, 55.

ut inter strepitum tot bellorum conticescerent actiones tribuniciæ, 4, 1. *cf.* 2, 29.

CONTINENS, 45, 29. quod (*Pæonia*) continens esset finibus suis.

continens agmen, 27, 51. *cf.* 2, 50. *it.* 24, 16.

continentes ruinæ, 21, 8.

continens imperium usque ad nos habebitis, 7, 30.

continentia itinera, 38, 15.

timorique perpetuo ipsum malum continens fuit, 5, 39. *i. e. sine mora malum sequutum est illum timorem.*

quod quidem continens memoria sit, 5, 34. *i. q. memoria contineat.*

primum continentis, 35, 43. *i. e. prima continens terra.*

qui propiores continenti littori erant, 44, 28. *Sic Horatius Carm.* 2, 18, 22. continentem ripam *dixit.*

continens regio, 33, 18. *i. q. continentis regio, et sic legi volebat Dukerus. cf.* 32, 33.

CONTINERE, 44, 33. quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, quorum venæ in mare permanantes, undæ

Digitized by Google

undæ miſcerentur. *Dukero et Drakenborchio legendum videtur* contineri.

conſul, non tam armis, quam judiciorum terrore, Etruriam continet, 29, 36.

oppida—magis metu quam fide, continebantur, 30, 20. *cf.* 39, 28.

continuit ceteros in armis, 9, 41.

comitia curiata, quæ rem militarem continent, 5, 52.

CONTINGERE, 24, 22. quicumque aut propinquitate, aut affinitate aut aliquibus miniſteriis regiam contigiſſent.

quos in aliqua ſua fortuna publicæ quoque contingebat cura, 22, 10.

quæ (*auſpicia*) ut primum contacta ſint ab eo, a quo nec jus, nec fas fuerit, 7, 6.

contacturum funebribus diris ſigna hoſtium, 10, 28. (*Decium*)

in ſaltu Veſcino Falernum contingente agrum, 10, 21.

Romanos nihil (*conſultatio*) contingit, 34, 22.

quæ (*cauſſa*) nihil eo facto contingitur, 40, 14.

quos aliqua parte ſuſpicio favoris in regem contigerat, 45, 31.

CONTINUARE mœnibus ædificia, 1, 44. *i. e. ad muros uſque exſtruere.*

ingens cupido agros continuandi, 34, 4. *i. e. coëmendi.* nec per honorum gradus—nobiles homines tendere ad conſulatum, ſed, tranſcendendo media, ſumma imis continuare, 32, 7. *int. de extremis honoribus, quum per ſaltum aſcenditur.* Tranſcendere feſtinat ordinem ætatis *Livius alibi, quamquam de Demetrio, Philippi filio, dicit*, 40, 11.

ei ſicut priore anno populus continuaverat conſulatum, ita ſenatus in inſequentem annum prorogavit imperium, 9, 42.

continuata funera, 1, 46. *i. e. plura deinde conſequuta.*

nocte ac die continuatum incendium fuit, 26, 27.

ſomno mors continuata eſt, 41, 4.

continuatur paci externæ diſcordia domi, 2, 54. *i. e. ſtatim ſequuta eſt.*

CONTINUUS, 10, 31. quæ continua (*bella*) per quartum jam volumen agimus.

continua regna, 1, 47.

ut proximis caſis injectus ignis hæſit, extemplo proxima quæque et deinceps continua amplexus, totis ſe paſſim diffipavit caſtris, 30, 5.

CONTRA, 1, 16. petens precibus, ut contra intueri fas eſſet. *cf.* 9, 6.

Mænio contra vociferante, 4, 53. *i. e. viciſſim.*

patricii contra vi reſiſtunt, 3, 13. *al. vi contra vim. Sed Livianum hoc eſſe, dubitant Intt. ad h. l.*

contra quam in navali certamine ſolet, 30, 10. *cf. cap.* 19.

contra ea pro *contra*, 2, 60. *cf.* 3, 57. *it.* 41, 24.

omnia contra circaque hoſtium plena erant, 5, 37. *i. q. e regione.*

contraque caſtra Romana trans fluvium omnes conſedere, 24, 41. *i. e. ex adverſo. cf.* 3, 26. 37, 15.

Digitized by Google

qui Parthorum quoque, contra nomen Romanum, gloriæ favent, 9, 18.

CONTRAHERE ad colloquium dirimendarum simultatium causſa eſt conatus, 28, 18.

qui contraxerant eis cum Karthaginienſibus bellum, 24, 42. *cf.* 5, 52.

pauci admodum patrum contracti ad conſules, 2, 23.

captivos contrahebant, 37, 44.

contrahere cauſſam certaminis, 22, 28. *cf.* 23, 26. *it.* 25, 34.

contrahere neceſſitates ad bellum, 44, 27.

ut naves onerariæ comprehenſæ Lilybæum omnes contraherentur, 29, 24.

CONTRIBUERE, 39, 26. oppidum ſibi eos contribuiſſe. *i. q. attribuiſſe. vid. ſupra in h. v.*

quæ tum contribuerat ſe Ætolis, 38, 3.

Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium, 32, 19. *cf.* 42, 37.

contribui in unam urbem, 31, 30.

quia una (*urbs*) eſſet ex iis, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent, 32, 5.

CONTROVERSIOSUS, 3, 72. ut ſibi controverſioſam adjudicaret rem.

CONTROVERSUS ager, 29, 31*. *i. e. finitimus, extremus. Opponitur enim* medio regno.

controverſum auſpicium, 10, 42.

CONTUNDERE, 27, 2. qui poſt Cannenſem pugnam ferocem victoria Hannibalem contudiſſet,

claſſis contuſa, 40, 52.

CONTUMACIA adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit, 9, 46.

CONTUMELIA, 4, 4. in contumeliam ignominiamque noſtram certare juvat.

CONVALLIS, 1, 12. in media convalle duorum montium.

CONVEHERE, 24, 39. frumentoque et commeatibus aliis in caſtra convectis. *cf.* 25, 13. *et* 20. *al.* convectare. *vid. Drakenborch. ad* 24, 36.

CONVENA, 2, 1. convenarum plebs.

majores noſtri convenæ paſtoreſque, 5, 53.

CONVENIENS, 45, 19. gratulatio conveniens in ea victoria, quam ipſe adjuviſſet.

CONVENIRE, 1, 3. pax convenerat. *i. q. de pace. it.* 29, 12. pax conventura. *cf.* 30, 43. *Sic. Cicero Cluent.* 43. judex niſi *qui* inter litigantes *conveniſſet.*

tempus et locus convenit, 1, 24.

convenit pacto, 24, 6.

quæque, ut agerentur, convenerat, 27, 15.

ut, in quam cuique feminæ conveniſſet domum, nuberet, 4, 4.

convenit, jam inde per conſules reliqua belli perfecta, 9, 16. *i. e. convenit inter auctores.*

ubi ad decuriatum aut centuriatum conveniſſent, 22, 38.

Explicant

Digitized by Google

Explicant hæc vulgo ſic, ut præfecturas eas dicant decuriarum et centuriarum. Sed id non ſufficere Dukero videtur, ad hunc locum ſatis intelligendum. Itaque emendando tollit ad *et ita interpretatur: ubi convenirent, ut decuriarentur equites, aut centuriarentur pedites.*

cum quo forte Romam rediens ab nuncio uxoris erat conventus, 1, 58. *it.* 45, 28. convento Octavio.

CONVENTIO, 27, 30. quædam parva contra fidem conventionis tempore induciarum facta.

CONVENTUS, 31, 29. prætor Rom. conventus agit.

CONVERTERE, 45, 20. Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. *Simpliciter poſitum* pro *in ſe converterunt.*

convertit omnes ſubſtratus Numida, 22, 51.

liberare animum et convertere ad publicam privata curam, 24, 4. *i. e. avertere a privata cura et convertere ad publicam.*

Scipio dux—converterat animos, 29, 26. *i. e. ceperat.*

ut comploratio eorum flebileſque voces et extemplo oculos hominum converterent etc. 26, 29. *i. q. vincerent.*

deponendoque tutelam ipſe, quæ cum pluribus communis erat, in ſe unum omnium vires convertit, 24, 4.

quum converſis fignis retro in urbem rediretur, 8, 11.

CONVINCERE, 26, 12. ignorare ſe mulierem ſimulabat: paullatim dein convictus veris etc.

CONVIVALIA ludionum oblectamenta addita epulis, 39, 6.

CONVOCARE, 7, 36. ubi ad prætorium ventum eſt, conſul claſſico ad concionem convocat.

COOPERIRE, 4, 50. ut tribunus militum ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur.

hi cooperti ſtupris ſuis alieniſque pro pudicitia conjugum ac liberorum veſtrorum ferro decernent, 39, 15.

COOPTARE, 6, 40*. inter patricios cooptatus.

ab iis, qui creati eſſent, cooptari collegas juberet, 3, 64. *vid. Duker. ad* 2, 33.

de tribunis plebis cooptandis contentio fuit, 5, 10. *cf.* 4, 16.

Camillus magiſtrum equitum cooptat, 6, 38.

ut et veterem ſenatum tollatis et novum cooptetis, 23, 3.

COOPTATIO, 4, 4. quam (*nobilitatem*)—non genere nec ſanguine, ſed per cooptationem in Patres habetis.

COORIRI in pugnam, 21, 32. *cf.* 7, 3.

fama affertur, ſumma vi ad bellum coortos, 4, 56. *cf.* 9, 37.

adverſus quos infeſtior coorta optimatium acies—fit prælium atrox, 4, 9.

ferociores—coorti—vociferari, 3, 41.

fœdum certamen coortum a fatis miti principio, 1, 6.

adeo atroces in has rogationes noſtras coorti ſunt, 4, 3.

adeo erat infenſa coorta plebs, 2, 35.

ſeditio inteſtina majore mole coorta, 5, 12. *it.* coorta vis, 3, 11.

ſubito coorta tempeſtas, 1, 16. *Pleonaſmus*; *nam vis celeritatis ipſi verbo* cooriri *ineſt*; *præterquam quod vehementiæ ſignificationem habet. cf.* 26, 27.

COPIA, 28, 21, ludi funebres additi pro copia, et provinciali et caſtrenſi apparatu. *Creverio e gloſſa infertum videtur* apparatu.

Digitized by Google

Dukerus autem legi vult : pro copia provinciali et caſtrenſi apparatu. *cf.* 26, 11. *it.* 27, 6.

ut ſomni quoque Romanis copia eſſet, 2, 64.

dimicandi cum hoſte copia, 9, 4.

ut quantæ maximæ poſſent peditum equitumque copiæ in Siciliam trajicerentur, 24, 35.

COPIOSUS, 9, 44. ut ſtativa tuta copioſaque petiſſe videretur. *i. e. quæ omnibus neceſſitatibus abundarent.*

non inferam ſimulacrum viri copioſi, quæ dixerit, referendo, 45, 25. *i. q. eloquentis.*

COQUERE cibaria, 3, 27. *cf.* 44, 35. *it.* 29, 25.

impotentibus inſtructi conſiliis, quæ ſecreto ab aliis coquebant, 3, 36.

omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte Romanum coquebant bellum. *cf.* 40, 11.

COR, 30, 44. non læti, ſed prope amentis malis cordis—riſum eſſe.

adeo veſtigia quoque urbis exſtinguere, ac delere memoriam hoſtium ſedis, cordi eſt, 28, 20.

quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Maſiniſſæ, 30, 17.

eam (*ſponſam tuam*) tibi cordi eſſe, 26, 50.

id votum Diis cordi fuit, 10, 42. *cf.* 22, 1. *Omnino quæ* Diis placere, videri, *dicenda erant, ea Livius per hanc formam exprimit, et contra. vide Drakenborch. ad* 6, 9. *et Cel. Strothium ad* 6, 20.

ORNICULARII, 10, 44. *i. e. milites corniculo inſigniti, quod quale fuerit, non conſtat.*

CORNU, 22, 16. accenſis cornibus. *Int. arida ſarmenta, quæ cornibus præligata erant.*

ad eminentem ramum cornu alterum galeæ præfregit, 27, 33. *i. e. altera pars extrema.*

promontoria quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt. *Similiter Virgil. Æn.* 1, 163. inſula portum Efficit *objectu laterum etc. Dicitur autem* cornu *de extremitatibus multarum rerum v. c. de tribunali, de ſubſelliis etc. vid. Drakenborch. ad* 25, 3.

equites in cornibus poſiti, 9, 40.

dextrum cornu dictatoris acies, 9, 40.

in eo cornu (*dextro*)—ab ſiniſtra parte, 9, 27.

his dextrum cornu datum, illi in ſiniſtro conſiſtunt, 9, 40.

dictator dextro cornu adverſus Faliſcos, ſiniſtro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit ſigna, 4, 18.

dextro cornu Galli, ſiniſtro Samnites conſtiterunt: adverſus Samnites Q. Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu: adverſus Gallos pro ſiniſtro Decius quintam et ſextam inſtruxit, 10, 27.

neutrum iis cornu committere auſi, 32, 30. *h. e. non patiebantur, ut alterutrum cornu conſtituerent.* (*Francice* former *dicunt*) *Itaque de loco videtur hic quidem* cornu *accipiendum eſſe. vide ſupra in v.* ala.

CORONA, 10, 7. quos corona triumphali laureaque honoraritis.

corona modici circuli, 38, 29. *i. e. non nimis ampla, magna.*

corona muralis, 26, 48.

corona

corona mœnia eſt aggreſſus, 37, 4. *it.* 10, 43. cinxit urbem.
corona eam (*urbem*) capere conatus eſt, 43, 18.
oppidum corona circumdedit, ut ſimul ab omni parte mœnia aggrederetur, 23, 44.
ſub corona omnes venierunt, 38, 29. *cf.* 9, 42.

CORONATUS, 10, 47. coronati primum, ob res bello bene geſtas, ludos Romanos ſpectaverunt.

CORPUS, 21, 13. conjugum veſtraque corpora aç liberorum veſtrorum ſervat inviolata. *cf.* 9, 8.
transfugam—nihil aliud quam unum vile atque infame corpus eſſe ratus, 22, 22.
invicti ad laborem corporis (*Papirius*), 9, 16.
quæ (*mulier*) quondam quæſtum corpore feciſſet, 26, 33.
lineamenta corporis, 26, 41. *vid. Cic. Fin.* 3, 22.
captiva corpora Romanis ceſſere, 31, 46.
libera corpora, 3, 56. *cf.* 5, 22. 6, 13. 25, 25. 26, 34.
hoſtium corpora *ſcil. cæſorum et mortuorum*, 33, 8. tot millia armorum detracta corporibus hoſtium. *it.* 32, 13. corpora ſociorum.
devotis corporibus in hoſtem ruentes, 9, 17.
quam (*multitudinem*) corpora conjuratorum eo metu compreſſerunt, ut etc. 24, 24.
corporibus ſubtractis, 29, 36. *de voluntario exſilio.*
coaleſcere in populi unius corpus, 1, 8.
ſui corporis creari regem volebant, 1, 17. *cf.* 4, 9. 26, 48. *it.* 6, 34. ſui corporis homines.
corpori valido caput deerat, 5, 46. *i. q. duæ exercitui collecto.*
corpus nullum civitatis, 26, 16.
ita unius eos corporis fore, 38, 34.
in corpus unum confuſi omnes, 34, 9. *de incolis diverſarum regionum.*
corpus omnis Romani juris, 3, 34.

CORRIGERE, 43, 21. acceptam in Illyrico ignominiam corrigere cupiens. *cf.* 5, 28.
ægre correctus curſus, 29, 27. *de navigatione.*

CORRIPERE, 2, 28. correpti conſules, etc. *i. q. reprehenſi, carpti.*

CORROGARE, 43, 9. auxilia ab ſociis corrogando ad octo millia hominum vario genere armavit. *cf.* 33, 48. *it.* 39, 22. *nonnulli pro* congregatos artifices, corrogatos *emendant.*

CORRUMPERE, 9, 46. humilibus per omnes tribus divifis forum et campum corrupit.

CORRUPTELA, 39, 10. ſcire corruptelarum omnis generis eam officinam eſſe. *cf. cap.* 8. *it.* 9.

CORRUPTOR, 24, 32. ne proderent patriam tyranni ante ſatellitibus, et tum corruptoribus exercitus.

CORTEX, 5, 46. impiger juvenis—incubans cortici ſecundo Tiberi ad urbem defertur.

CRAPULA, 33, 48. crapulæ pleni. *cf.* 9, 30.

CRASSITUDO, 44, 11. fornices, non ad eamdem craſſitudinem —ſtructos eſſe.

Digitized by Google

CRATERAM auream fieri placuit, quæ donum Apollini Delphos portaretur, 5, 25. al. *crater*. al. *craterra*. *vide Intt. ad h. l.*

CRATES, 1, 51. ut indicta cauſſa, novo genere lethi, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate ſuperne injecta ſaxiſque congeſtis, mergeretur. *cf.* 4, 50. *Fuit ſupplicium apud Pœnos inſtitutum. vid. Ferrar. Elect.* 2, 7.

CREARE *de dictatore dicto*, 2, 18. 4, 57. 6, 6. *vid.* facere: *it. de magiſtro equitum*, 4, 57. *it. de auguribus cooptatis*, 4, 4. *cf.* 6, 41. 25, 2. *it. de interrege prodito*, 4, 7. 5, 31. *it. de tribb. plebis*, 2, 33. 5, 2.

CREBER, 28, 37. tanta vis lapidum creberrimæ grandinis modo in propinquantem terræ claſſem effuſa eſt. *cf.* 1, 31.

CREDERE, 2, 45. conſules magis non confidere, quam non credere ſuis militibus. *i. e. conſules in alienis a ſe, ut putabant, averſiſque militibus, magis nullam confidentiam ponebant, quam quod de viribus eorum deſperaſſent. cf. cap. eod.* non credi militi arma. *Credimus illis*, inquit Nannius ad *h. l. quos ſolvendo putamus: confidimus his quorum benevolentia nos ſecuros facit.*

CREMARE, 28, 19. cremata et diruta urbe.

ſacrumque id Vulcano cremavit, 41, 12.

CREPIDO, 27, 18. eam quoque (*planiciem*) altera crepido haud facilior in aſcenſum ambibat. *i. q. ripa.*

CREPITUS alarum, 5, 47. *it.* armorum, 25, 6.

quatientium ſcuta in patrium quemdam modum horrendus armorum crepitus, 38, 17.

ululantes mulieres, cum crepitu undique æris, 43, 10.

crepitus æris, qualis in defectu lunæ filenti nocte cieri ſolet, 26, 5. *vid. Sched. de diis Germ.* 1. 9, 170.

CRESCERE, 32, 27. creſcentibus provinciis et latius pateſcente imperio. *cf.* 2, 14.

in tantas brevi creverant opes, 21, 7. (*Saguntinorum*) cujus rei præmium ſit in civitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere, 4, 2.

creſcendique in curia ſibi occaſionem datam ratus eſt, 1, 46.

in invidia cenſores quum eſſent, creſcendi ex his ratus eſſe occaſionem, 29, 37.

CRIMEN, 6, 14. ſermones pleni criminum in Patres, *i. e. criminationum. cf.* 40, 15. *et* 23.

crimini ſubjecti, 6, 21.

cæcum crimen, 45, 31. *vid.* cæcus.

CRIMINATIO, 9, 26. ut appareat, innocentia noſtra nos, non majeſtate honoris, tutos a criminationibus iſtis eſſe.

CRIMINOSE agere tamquam accuſatorem, 40, 9. interrogando criminoſe, 38, 43. *i. e. ut crimen probabile fiat.*

CRIMINOSUS, 8, 12. criminoſæ orationes.

CRINES paſſi, 1, 13. *i. e. parum compoſiti, qui quidem lugentium ac ſupplicum ſunt*; ſparſi *autem vaticinantium et furibundorum.*

matronæ crinibus paſſis aras verrentes, 26, 9. *cf.* 3, 7.

CRUCIATUS, 29, 18. ſervilibuſque omnibus ſuppliciis cruciatos trucidando occidit.

CRUDELIUS,

Digitized by Google

CRUDELIUS, 31, 29. relicta (*Capua*) crudelius habitanda. *i. e. acerbior pœna hæc eſt, quod etc.*

CRUENTUS, 8, 38. cruentam illis prædam redde. *i. e. prædantes interfice.*

CUBICULUM, 3, 57. virginem ingenuam—miniſtro cubiculi ſui clienti dono dederit. *i. q. perductori.*

CUBILE, 30, 5. multos in ipſis cubilibus ſemiſomnos hauſit flamma. *Cubilia ſunt lecti, cubicula autem loca, ubi ſunt cubilia.*

cubilia ferarum, 26, 13. *al.* luſtra.

CUBITALE, 24, 34. murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cavis aperuit. *Cava ſunt foramina: cubitalia i. q. cubiti magnitudinem habentia.*

CULTOR, 24, 10. præter aſſuetos collis ejus (*Janiculi*) cultores.

liberis cultoribus bello abſumtis, 28, 11. *i. e. agricolis; nam ſic abſolute hoc vocabulum dicitur. Sed tamen* 26, 35. *ſunt* agri cultores.

frequens cultoribus populus, 21, 34.

incolas quoque permultos, Gallos et Illyrios, impigros cultores, 45, 30. *vid. Drakenborch. ad* 28, 28.

fidiſſimus imperii Romani cultor (*Hiero*) 26, 32. *cf.* 25, 28.

CULTUS, 10, 4. ſonum linguæ et corporum habitum et nitorem, cultiora, quam paſtoralia, eſſe. *vid. Intt. ad.* 9, 13.

CULTUS, 1, 39. quibus artibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. *Intelligenda ſunt de his, quæ principibus viris dignitatem et auctoritatem conciliant.*

omni liberali cultu habuit, 45, 28.

ſumtus in cultum prætorum facti, 32, 27.

id (*ingenium*) exſtinguere vita agreſti et ruſtico cultu, inter pecudes habendo, 7, 4.

ipſius etiam imperatoris non Romanus modo, ſed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio crepidiſque inambulare, etc. 29, 19.

Punicus cultus habituſque ſuſpectos fecit legatos Hannibalis, 23, 34.

cultus juſto mundior, 8, 15.

— amœnior, 4, 44. *de virgine Veſtali. Nam colere ſe i. q. ornare, veſtire.*

duraque *cultu* et aſpera plaga eſt, 45, 30. *ſi tamen eſt ſubſtantivum.*

CUM, 1, 32. *Gr.* ἅμα τοῖσδε. *Livius alias:* ſimul hæc. *Similiter,* 36, 5. gratiam initam volebant cum eo, ut, &c. 8, 14. Antium nova colonia miſſa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, etc. *i. e. addito hoc, ſub hac lege atque conditione.*

caſtraque in campo locat cum gravi edicto, 29, 21.

cum dono deſignavit, 1, 10. *i. e. præterquam quod ea arma Jovi donabat, etiam fines deſignavit; ſ. poſt donum.*

quibus (*rebus ſuis*) periclitari nolebant, 38, 25. *alii* cum quibus. *cf.* 42, 21.

cum hac, quæ nunc ſollemnis eſt licentia, 9, 30.

fœdiſſimo cum eventu, 8, 33.

cum qua (*feritate*) venerant, 38, 17. *cf.* 6, 41.

cum ſilentio auditi ſunt, 38, 10. *i. e. benigne.*

Digitized by Google

inde cum silentio in forum ducti, 25, 9. *i. e. tacite, clanculum.*

qui te captum victori, cum qua potes fide, restituis, 9, 11. *i. e. fideliter. cf.* 39, 39.

ad mille hominum, cum his Sempronio—amissum, 22, 31.

porcus humano capite, 32, 9. *alii* cum h. c.

ad pacem cum precibus petendam, 9, 16.

cum bona pace, 1, 24. *vid. Drakenborch. ad* 28, 37.

dux cum aliquot principibus capiuntur, 21, 60. pro *duæ et principes capiuntur.*

negaretis hoc mihi cum diis immortalibus, 38, 48. pro *mihi et diis. Ita enim Livius solet copulam vitare.*

quodsi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, 9, 1. *i. e. adversus potentiorem.*

explorato deinde et cum cura coacto agmine procedebat, 38, 18. *i. q. diligenter. Sic* 8, 25. cum studio. *it.* 29, 17. cum bona venia pro *benigne. Sed propemodum non minus sæpe desideratur illud* cum *apud Livium, v. c.* 25, 22. descendere ad Capuam copiis. *it.* 1, 14. egressus omnibus copiis. *al.* cum copiis. *Vid. ibi Drakenborch.*

agnum cum ubere lactenti natum, 27, 4.

cum clamore in forum curritur, 2, 23.

naves cum commeatu in Africam transmiserunt, 30, 24.

eo majore cum gaudio, 1, 25. *Similia multa vide ap. Drakenborch. ad h. l.*

CUMULARE, 44, 12. in quam (*fossam*) compulsos ruina cumulant. *i. e. obruunt.*

locus strage semiruti muri cumulatus, 32, 17.

arma cumulata in ingentem acervum, 45, 33.

aræ—honore, donis, cumulentur, 8, 33.

accesserunt, quæ cumularent religiones animis, 42, 20. *cf.* 3, 37.

CUMULUS, 22, 7. ex hostium coacervatorum cumulis.

cumulus repente terræ eminens index operis oppidanis fuit, 38, 7. (*effectus cuniculi*) *cf.* 44, 11. *alii legunt:* tumulus.

armorum cumulos coacervare, 5, 39. *cf. cap.* 48.

ut minus clarum (*triumphum*) de Samnitibus, ita cumulo Etrusci belli æquatum, 10, 46.

in hoc immenso aliarum super alias coacervatarum legum cumulo, 3, 34.

CUNCTARI, 22, 24. sedendo et cunctando bellum gerere.

CUNCTUS senatus populusque, 9, 6.

admiratione paventibus cunctis quum omnium in se vertisset oculos, 7, 34. *Different autem* cuncti *ab* omnibus *sic, ut illic una omnes ac simul intelligantur, hic autem successionis aliqua significatio admixta sit.*

cuncta militaris disciplina, 44, 1.

CUNEATUS, 44, 4. jugum montis in angustum dorsum cuneatum.

forma scuti—ad imum cuneatior, mobilitatis caussa, 9, 40.

CUNEUS is hostium, qui—fecerat alacres gaudio—nunciantes discurrunt, 25, 34.

quibus

Digitized by Google

quibus (*pilis*) pleriſque in ſcuta, verutis in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus, 10, 29.

eo niſi corporibus armiſque rupêre cuneo viam, 2, 50. *Similiter* 25, 3, cuneo irrumpere. *cf.* 22, 47. *ubi cunei deſcriptio legitur.*

CUNICULUS, 38, 7. agere cuniculum occultum. *cf.* 5, 19. *et* 21.

CUPERE, 26, 7. cujus rei ſemper cupitæ, etc.

CUPIDITAS, 24, 28. quo minus cupiditatis ac ſtudii viſa eſt oratio habere. *i. e. partium ſtudii.*

quanto modeſtior illius cupiditas fuit, 9, 34.

CUPIDO, 21, 19. populos ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt.

CUR, 21, 43. quid eſt cur illi vobis comparandi ſint?

quam quidquam incidiſſe, cur non ſatis eſſet Etruriæ unus conſularis exercitus, 10, 18.

CURA, *Præf.* omnis expers curæ, *i. e. metus ne offendatur quiſquam; ita interpretante Creverio: niſi forte melius de amore patriæ capiatur, cui temporum injuria non ſatisfiebat.*

poſitis omnium aliarum rerum curis, 7, 32.

cura impenſarum populi Romani, 45, 3. *i. e. ad cavendum, ne Romanis nimiæ impenſæ faciendæ ſint.*

defungi cura, 5, 5. *de obſidione longinqua.*

tradamus—deos deorumque curam, quibus nefas eſt, 6, 41.

obſidione delegata in curam collegæ, 9, 13.

priuſquam ea cura decederet Patribus, 9, 29.

Romanis arcis Tarentinæ—cura eſſe, 25, 15.

inerat cura inſita mortalibus videndi congredientes nobilem regem, etc. 42, 39.

ne fames quidem curam ſtimulare, 25, 13.

cura de eventu rerum domeſticarum, 2, 31. pro *cura eventus rerum. Voluit haud dubie Livius vitare Genitivos, immemor alias ipſe hujus diligentiæ ſuæ. vid. ſupra in* ad.

ſuum ſororiſque filios in eadem habebat cura, 40, 4.

cura de minore filio, 44, 44.

tamquàm de Samnitibus, non de ſe, curam agerent, 8, 3.

CURARE, 2, 17. interjecto deinde haud magno ſpatio, quod vulneribus curandis—ſatis eſſet.

ſi quis ægro, qui, curari ſe fortiter paſſus, cibi gratia præſentis aut potionis longinquum et forſitan inſanabilem morbum efficiat, 5, 5.

jumentum e manibus curantium elapſum, 44, 40.

curare corpora, 3, 2. *Scilicet curare eſt et verbum menſæ et convivii. cf.* 34, 16. curati vino et cibo (*legati*) *i. e. excepti* hoſpitio benigno. *it.* 9, 37. curati cibo corpora quieti dant.

prodigia curare, 1, 20. *i. e. expiare. vid.* procurare.

ut pro eo frumento pecunia Romæ legatis curaretur, 44, 16.

juſſus ab ſenatu bellum maritimum curare, 7, 26.

quo quæque accuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum miniſtrorum emanant, 44, 35.

CURATIO, 2, 27. cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet. *de ædis Mercurii dedicatione.* vid. *procuratio.*

eamdem publice curationem agens, 4, 13.

Digitized by Google

quum victor—inter primam curationem exspiraverit, 2, 20. *Est enim hoc verbum medicis proprium, it.* curare *et* cura. *vid. Drakenborch. ad* 2, 17.

CURIA, 2, 24. curia mœsta ac trepida metu—consulem orare, ut, etc.

CURRERE, *luperci dicuntur*, 1, 5. *nempe post cæsas hostias e Lupercali. vid. de hoc sacro Plutarch. Romul. p.* 31.

CURRICULUM, 44, 9. vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat. *i. e. cursum. Eodem sensu* curricula equorum, 45, 33. *dicuntur. vid. Intt. ad locum superiorem.*

CURSIM agmine acto, quum festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset, 27, 16.

CURSUS, 9, 13. strictisque gladiis cursu in hostem feruntur.

eo cursu hostes in prœlium venerunt, 31, 21.

quum improvidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent, 2, 50. *i. e. cursim progrediendo.*

eo cursu se ex sacrario proripuerunt, etc. 24, 26.

CURULES equi, 24, 18. *i. e. circenses in ludis circensibus votivis ab ærario præbendi.*

CUSPIS, 4, 38. sequimini pro vexillo cuspidem meam—vadit alte cuspidem gerens.

cuspide uti et cominus gladio, 30, 18.

CUSTODIA, 5, 10. custodiam urbis agere.

quo quum—nimis soluta custodia processisset, 45, 28.

custodiæque et tabularum cura, 4, 8. *i. e. ærarii custodiendi cura.*

libera custodia, 24, 45. *sc. quum interdiu prodeunti captivo custos addebatur.*

loco potius quam homini cuiquam credendam custodiam (*Philopœmenis*) rati, 39, 50.

nec—mittere nuncios ad Hannibalem per custodias tam arctas, 26, 4.

intentior custodia, 23, 19. *i. e. arctior.*

ut intentiore eum custodia asservarent, 39, 19.

signoque, quod imperii pignus custodia ejus templi tenetur, 5, 52.

maximam ejus (*libertatis*) custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent, 4, 24.

una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum (*litteræ*), 6, 1.

CUSTODIRE, 25, 23. qui ob id ipsum intentius custodiebatur.

ad custodiendum iter eorum (*legatorum Italia excedere jussorum*) missus, 37, 49.

circumsessa castra et nocte custodita, ne quis elabi posset, 9, 42.

per Latinos populos custodiendi dantur, *ibid.*

CUSTOS, 44, 26. pecuniæ, quam regni, melior custos.

Digitized by Google

D.

DAMNARE, 7, 16. Stolo a—Lænate ſua lege decem millibus æris eſt damnatus. *vid. Cic. Verr.* 5, 69. *Tacit. Annal.* 4, 66. *Scilicet* damnare *et* condemnare *eſt etiam efficere ut aliquis damnetur. vide Intt. ad* 7, 16. *it. B. Patruum ad Sueton. Tib.* 8.

reſpublica voti damnata, 10, 37. *i. e. quæ templum ex voto exſtrui juſſerat.*

damnati proditionis, 23, 17.

Fruſinates tertia parte agri damnati, 10, 1. *al. multati v. c.* 10, 3.

temeritatem (*deos immortales*) conſulum ipſorum capitibus damnaſſe, 27, 33.

DAMNOSUS, 45, 3. bellum ſumtuoſum et damnoſum Romanis. omnibus malis artibus et reipublicæ et ſocietatibus infidus damnoſuſque, 25, 1.

damnoſa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum, 27, 33.

et erat æris alieni magna vis, re damnoſiſſima etiam divitibus, ædificando contracta, 6, 11.

DAMNUM *pertinet ad rem familiarem, quum pignora capiuntur, multa exigitur etc.* 7, 4. acerbitas in delectu non damno modo civium ſed etiam laceratione corporum lata etc. *cf. Cic. Or. Phil.* 1, 5. quis autem umquam tanto damno ſenatorem coëgit? aut quid eſt ultra pignus aut multam?

quid eſt tandem domi, unde ea (*damna*) expleatis, 3, 68.

nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus? 9, 18.

carpi parvis quotidie damnis, 9, 27.

damnum naturæ, 7, 4. *int. de vitio naturali.*

DAPES, 1, 7. Pinarii extis adeſis ad ceteram venirent dapem. *int. de carnibus victimalibus.*

DARE pro *facere*, 1, 25. alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant. *Sic fere* obvium ſe dare *dicitur*—motus dare, 7, 2.—impetus, 2, 51. 3, 5. 4, 28. 9, 43.—daturos, quod Lars Tolumnius dediſſet, 4, 58.—dare ſinum in medio, 22, 47.—per arma, per viros late ſtragem dedere, 8, 30.

ad rem divinam et duas hoſtias majores dandas, 25, 12. *i. e. faciendam.*

hæc loquutum exſequentemque dicta—ſequuti dant impreſſionem, 4, 28. *Non abſimilis locus*, 39, 2. pacem dedit finitimis. *i. e. effecit ut pax eſſet, ne a Liguribus infeſtarentur.*

pro *offerre, dare velle*, 9, 41. uti pace, quum daretur, noluerant.—31, 19. equites mille Numidæ, quum duo millia daret, accepti.—37, 53. Antiochus filiam ſuam in matrimonium mihi dabat. *i. e. dare volebat, collocaturus erat. Sic Virgilius: Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo Augurium citharamque* dabat.

pro *edere*, 8, 24. dictionem dare. *i. e. oraculum* (λόγιον)—3, 61.

Digitized by Google

hæc ubi inter signa peditum dicta dedit. *cf.* 22, 50.—31, 50. munus gladiatorium dare.—25, 3. testes dare.—21, 43. sæpe et contemtus hostis cruentum certamen edidit; *ubi quidem Drakenborchius* dedit *legi vult.*

pro *tradere*, 1, 3. dare ad posteros celebre nomen.—2, 2. datur sermo per civitatem.—2, 25. datur prædæ oppidum. *i. e. deprædandum traditur.*—1, 29. dare urbem excidio et ruinis.—5, 52. quid alia—cui oblivioni aut cui negligentiæ damus?—41, 8. liberos suos—Romanis—mancipio dabant.—6, 24. temeritatis me omnium potius socium, quam unius (*Camilli*) prudentiæ dedi.

pro *concedere*, 40, 57. iter dare. *i. e. transitus per fines suos concedere.*—8, 5. iter per regnum nostrum dedi.—39, 28. senatum dare legato. *i. e. aditum concedere. it.* 21, 12. (εἰσάγειν)—7, 20. dare aliquem alicui. *i. e. precibus ejus aut gratiæ.*—8, 33. optione a senatu data. *Etiam simpliciter positum* dare *pro concedere, indulgere, dicitur*, 9, 30. *ult.*

pro *dicere*, 6, 26. is datus erat locus colloquio. *Usitatius erat* dictus. *Itaque etiam sic legi volebat Gronovius. Sed dicitur tamen etiam* dare *hoc sensu. vid. Dukér. ad Flor.* 3, 3.

pro *utcumque dare*, 6, 26. eventum precibus dare. *Non proprie accipiendum, ut sit idem, quod satisfacere, locum plane relinquere; sed est potius: decernere aliquid ad preces auditas, qualecumque tandem sit; ipse enim Livius addit*, quem videbitur.

pro *tribuere*, 8, 26. auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est. *i. e. tantum fidei, quantum merebantur, tribui. cf.* 3, 46.—25, 12. prætor is, qui jus populo plebeique dabit summum. *i. e. tribuet, reddet.*

pro *imponere*, 22, 38. se, quæ consilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum, *i. e. res earumque necessitas imponant hominibus etc.*

pro *præmio dare*, 41, 8. lex—qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent. *scil. ut præmium παιδοποιίας.*

pro *interponere*, 8, 32. ne id se gratiæ dare crederet, se jusjurandum *dare* paratos esse.—30, 12. obligandæ fidei dextram dare.

pro *destinare*, 26, 41. ea fato quodam data nobis fors est. *Sic Virgilius: fatisque datas non respicit arces.*

pro *donare*, 27, 6. signa ænea ad Cereris dedere.—6, 41. quia pecunias alienas, quia agros dono dant.—3, 1. triumviri agro dando.

pro *exhibere*, 23, 30. gladiatorum paria duo et viginti—in foro dederunt.

pro *occasionem suppeditare*, 5, 26. ni fortuna imperatori Romano simul, et cognitæ rebus bellicis virtutis specimen, et maturam victoriam dedisset. *i. e. virtutis specimen edendi occasionem dedisset, suppeditasset.*

pro *indulgere*, 24, 45. ut iræ magis, quam avaritiæ datum crederent homines.

pro

Digitized by Google

pro *mandare*, *conferre*, 9, 30. et duo imperia eo anno dari cœpta per populum etc.—7, 1. plebes conſulatum L. Sextio dedit.

pro *mittere*, 9, 15. quos (*equites*) pignora pacis cuſtodiendos Luceriam dederant.

pro *impendere*, 3, 69. cauſſis eorum—bello perfecto ſe daturos tempus.

ruente ſaucio equo præceps ad terram datus haud multum abfuit, quin jacens opprimeretur, 31, 37.

tertium cauſſæ belli hujuſce, ut Romanus Albano imperet, dabo, 1, 25. *cf.* 22, 6.

flamen dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit, 26, 23.

date frenos impotenti naturæ et indomito animali, 34, 2.

regem aut vivum aut mortuum in poteſtatem daturos, 8, 24. *Etiam* in poteſtate *dici poſſe nonnulli contendunt*; *certe et* in conſpectu dare *ſupra obſervavimus*.

in opus ſervile, prope in carcerem atque in ergaſtulum dederit (*filium*), 7, 4.

in belluas ſtrinximus ferrum: hauriendus aut dandus eſt anguis, 7, 24.

vindicias dare ſecundum libertatem, 3, 44. *verbum prætorium* pro *decernere*.

prout tempus ac res ſe daret, 28, 5. *vid. Gronov. ad h. l.*

an locum, lautia, ſenatumque darent, 45, 20. *i. e. dandum cenſerent. cf.* 26, 21.

criminique ei tribunus inter cetera dabat, 7, 4. *de accuſatione*.

crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri, 1, 5.

cui imperio videretur dato, 28, 46. pro *imperio, cui videretur, dato*.

DATIO *ſimpliciter dicitur*, 39, 19. *de poteſtate in rem familiarem. Nam* dare *in genere juriſconſultis eſt, per traditionem dominium transferre. Additur enim a Livio dationi* diminutio, *velut illuſtrandi cauſſa, quum ſit hæc illius neceſſaria comes; ut mirum ſit, hic difficultates ab interpretibus tot ac tantas motas eſſe. vid. Gronov. ad h. l.*

DATUM pro *dono*, *licet* donum *additum ſit per appoſitionem*, 22, 10. datum donum duit populus Romanus Quiritium, etc. *vid. Clav. Cicer. in h. v.*

DE tertia vigilia, 9, 44. *it.* 40, 4. *h. e. ſimulac duo quadrantes noctis exiſſent*.

de die epulati, 25, 23.

dictator—primus de plebe dictus eſt, 7, 17.

conceſſumque *ab* nobilitate plebi *de* conſule plebeio; *a* plebe nobilitati *de* prætore uno, qui jus *in* urbe diceret, *ex* Patribus creando, 6, 42.

oppidum de Samnitibus vi cepit, 10, 39. *cf.* 27, 1.

de veſtro impendatis, 6, 15.

de lucro tibi vivere me ſcito, 40, 8.

legatis—de ea re trans Alpes miſſis, 39, 22.

qui

Digitized by Google

qui de quacumque cauſſa tum aſpernati noſtra auxilia eſtis, 45, 23.

DEARMATUS, 4, 10. prælatiſque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub jugum miſerat.

DEBELLARE, 9, 16. Aulius cum Ferentanis uno ſecundo prœlio debellavit. *cf.* 2, 26. *it.* 4, 58.

eum, quaſi debellato, triumphare, 26, 21. *abſolute dictum. Sic ſæpiſſime, v. c.* 29, 32. *it.* 30, 8.

DEBERE *omiſſum*, 27, 20. eundum Aſdrubali fuiſſe in Italiam—exercitum ejus—imminutum Hiſpanis repleri militibus *ſc. debuiſſe. vide B. Patruum ad Xenoph. Mem. Socr.* 1, 5, 5.

DEBITUS, 24, 25. at illos debitos jam morti deſtinatoſque. *Sic Horatius: debemur nos noſtraque morti.*

quum, ut jus faſque erat, lacrimis non minus, quam laudibus debitis, proſequutus tam memorabilem mortem eſſet, 8, 10.

DECEDERE, 26, 2. prius—quam hoſtis ex Italia deceſſerit.

decedere provincia prætor juſſus, 39, 3.

quod de provincia deceſſiſſet injuſſu ſenatus, 29, 19.

Romam ad deſtinatum omnium conſenſu triumphum deceſſere, 8, 13. *cf.* 9, 16. *it.* 10, 46.

decedere officio, 27, 10. *it.* de officio, 8, 25.

decedere jure ſuo, 3, 33.—fide, 34, 11. *it.* 45, 19.—inſtituto, 37, 54.—præſidio, 4, 29. *cf.* 5, 6. *it.* 24, 27. *it.* de præſidio, 36, 14. *it.* pugna, 34, 47.

ex matutina ſtatione ad meridiem decedi—juſſit, 44, 33.

nobis prius decedat timor, quam ultro aliis inferatur, 28, 41. *cf.* 23, 26.

priuſquam ea cura decederet Patribus, 9, 29.

nec plebi cura deceſſerat, 2, 31. *Horatiana forma: neque decedit ærata triremi, et poſt equitem ſedet atra cura.*

quantumcumque Antiocho virium deceſſiſſet, ſuo id acceſſurum regno, 34, 16*. *cf.* 3, 55. 26, 51.

quæſtioni Campanæ materia deceſſit, 9, 26. *Eleganter admodum; etenim ante mentio facta erat conjuratorum, qui ſe ipſi interfecerant adeoque deceſſerant. Et dicitur alibi* decedere *ſimpliciter* pro mori. *v. c.* 9, 17. *it. cap.* 32.

ut ei nunciatum eſt, æſtum decedere, 26, 45.

DECERE, 34, 58. ſic ut aut ſola, aut prima certe, penſari decet principi orbis terrarum populo et tanto regi. *Drakenborchius* principi *non ad* decet, *ſed ad* penſari *refert, hac ſententia:* decet penſari a principe. *Ac profecto negari nequit,* decere alicui aliquid, *hanc conſtructionem apud Livium non reperiri.*

DECERNERE, 1, 23. ineamus aliquam viam, qua, utri utris imperent—ſine multo ſanguine utriuſque populi decerni poſſit.

rem dubiam decrevit opportune vox emiſſa, 5, 55.

primus clamor atque impetus rem decrevit, 25, 41.

neque præ imbri ſatis decernere poſſent, qua ſuis opem ferrent, 21, 56.

pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur, ferro decreverunt, 28, 21. *cf.* 39, 15.

acie decernere, 2, 14. *it.* 36, 17.

decernite

Digitized by Google

decernite criminibus, mox ferro decreturi, 40, 8.

ne id, quod placebat, decernerent, in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat, 5, 36. pro *in tantæ nobilitatis viros. cf.* 28, 43. *it.* 26, 2. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 43.

decernere vindicias secundum servitutem, 3, 47. *i. e. possessionem ejus, de cujus statu disceptatur, dare.*

certum (*mihi*) atque decretum est, 2, 45.

ad purganda ea, quæ inimici decernerent, 27, 20. *i. e. quæ pro certis ipsi affirmarent, et ab aliis credi vellent. Sæpius autem, et apud alios scriptores* decernere *idem est, quod decernendum censere, decerni velle. Sic est* 4, 50. tribunis militum—decernentibus *intelligendum. vid. Intt. ad* 27, 20.

DECERTARE, 6, 3. quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant. *i. e. ad mortem usque certare, nec prius desistere velle, quam vel victoria reportata sit, vel omnes occubuerint. vid. infra in v.* obstinatus. *Eodem sensu* depugnare *de gladiatoribus dicitur. Alias autem* decertare *sæpius pro* certare *dici solet.*

DECIDERE, 37, 26. Antiochus postea quam a spe societatis Prusiæ decidit.

DECIDERE, 29, 18. naso—auribusque decisis exsanguis est relictus. *Vid.* mutilare.

DECIPERE, 22, 4. ab tergo et super caput decepere insidiæ. *cf.* 1, 9.

qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum, reponeret, 24, 37. *i. e. in providentia plus præsidii, etc.*

jam semel in prima spe deceptos, 36, 40.

me quidem quum ingenita caritas liberum, tum specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet, 8, 7. *pro* deceptæ: *ac sic fortasse legendum.*

DECLARARE, 9, 40. quos populus—consulem alterum, alterum prætorem declaravit. *cf.* 28, 39.

DECLINARE, 28, 1. quantum in Italiam declinaverat belli.

ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros declinant, 21, 52.

obliquo monte ad se declinare et suo agmini conjungi, 38, 20.

DECOQUERE, 32, 2. experientibusque pars quarta (*argenti*) decocta erat. *Vid.* coquere.

DECORARE, 10, 7. Jovis O. M. ornatu decoratus.

Rhodias parte prædæ et spoliis navalibus decoratas domum redire jubet, 37, 31.

DECORUS, 1, 42. hunc ordinem ex censu descripsit vel paci decorum vel bello.

DECRETUM, 33, 16. ut privatum decretum Romanæ societatis fieret. *scil. quærendæ.*

jus eo die se non dicturum neque decretum interpositurum, 3, 46. *cf. cap. præc.*

DECURIATUS, *vid.* convenire *ult.*

DECURRERE, 6, 33. impetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent. *cf.* 9, 4.

Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens, 38, 13.

naves—in magnum portum Syracusas ex alto decurrere, 24, 36.

amnis

amnis in mare decurrit, 21, 26.

omnium eo ſententiæ decurrerunt, 38, 8. (*de unanimi ſubmiſſione*)

decurrebatur eo, ut etc. 31, 20. *al. deſcendebatur. dicitur de facilitate in concedendo. cf.* 26, 18.

eo decurſum eſſe, ùt a populo crearetur, qui pro dictatore eſſet, 22, 31.

ordinatoſque proxime morem Romanum, inſtruendo et decurrendo ſigna ſequi, et ſervare ordines docuit, 24, 48.

armatum exercitum decucurriſſe, cum tripudiis Hiſpanorum, motibuſque armorum et corporum ſuæ cuique genti aſſuetis, 25, 17.

terreſtrem navalemque exercitus non inſtructos modo, ſed hos decurrentes, claſſem in portu, ſimulacrum et ipſam edentem navalis pugnæ, oſtendit, 29, 22.

ſimulacrum decurrentis exercitus, 44, 9. *de ludis circenſibus.*

in armis decurſum eſt, 26, 51. *Omnino tum id hoc et ſuperioribus locis, tum alibi* decurrere *curioſe diſtinguitur a* concurrendo, *vel* rudibus, *ut eſt illic, vel ſimpliciter, ut tamen aciei mentio fiat. v. c.* 40, 6. Mos erat luſtrationis ſacro peracto exercitum *decurrere*, et diviſas bifariam duas acies *concurrere* ad ſimulacrum pugnæ. *cf. cap. ſeq. it.* 23, 35. *et* 35, 35. *Scilicet hic quoque verbi* decurrere *e ſtadio petiti ſignificatio intelligenda eſt, quippe præter exercitationem in armis movendis, tractandis, præcipue agitatio corporum, in incedendo, in gradu militari, multiplici illo, exercendo declaratur; ut comparari talis decurſio cum pyrrhicha apud Suetonium ſæpius commemorata (v. c. Claud.* 1.) *poſſit. vid.* decurſus. Concurrere *autem, vel ſimpliciter poſitum (e. g.* 10, 40.) *dicitur de contentione et dimicatione, ipſoque conflictu, vel vere bellico, vel ſimulato. Ita Horatius:* Concurritur, horæ momento aut cita mors venit aut victoria læta. *Nec vero proprius hic mos decurrendi Romanis fuit; quemadmodum e locis ſupra laudatis plane intelligi potuit.*

DECURSUS, 44, 9. quum alios decurſus edidiſſent motus, etc.

et decurſu et ſimulacro ludicro pugnæ, 40, 9. *Nonnumquam addit Livius intra quantum ſpatium decurſum fuerit*, 26, 51. legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt. *Vere autem exercitum fuiſſe militem decurſu fatigatumque, intelligetur ex* 42, 52. Mota parumper acies, non juſto decurſu tamen, ne ſtetiſſe tantum in armis viderentur. *Eadem Suetonio dicitur (Ner. cap.* 7.) decurſio. *vid. Lipſ. ad Tacit. Annal.* 2, 55.

ne ſubito ex collibus decurſu Albanorum intercluderentur ab oppido, 1, 27.

Tempe—in Theſſaliam opportunum Macedonibus decurſum (*præbet*), 42, 67.

DECUS, 9, 22. fratri præcipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt.

ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios eſſet, 9, 42. *i. e. imperium bellicum.*

DECUTERE, 25, 7. turres non ictæ modo fulminibus, ſed etiam decuſſæ.

in

Digitized by Google

in æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta decuſſaque, 26, 23.

pinnas mœnium decuſſas reponit, 44, 8. *vid.* diſcutere.

DEDECUS, 3, 51. dedecora militiæ objiciebantur. *i. q. res in bello parum proſpere geſtæ. cf.* 9, 31.

DEDERE ſe ad aliquem, 27, 15.

— ad necem, 9, 4.

qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque populi Rom. Fulvio proconſuli, 26, 33. *cf.* 7, 31.

Patrum auctoritati ſe (*tribuni pl.*) dediderant, 6, 19.

victa—Meſſene bello expoſcentibus Achæis noxios dedidit, 39, 50.

a quibus mox ipſi trucidandi populo Rom. dederentur, 24, 30.

DEDICARE, ædem dei, 2, 27. *it.* deo, 2, 21.

multa alia ſacrificia locaque ſacris faciendis—dedicavit, 1, 21. *i. e. conſtituit, inſtituit. Tiberius quidem apud Suetonium obſcœnam tabulam dicitur in cubiculo* dedicaſſe, *i. e. de ſententia Gronovii ad Livii* 7, 3. ſtatuiſſe, ſuſpendiſſe. *Sed ad illum ſuperiorem Livii locum quod attinet, videri poſſit etiam* σύλληψις *ſtatuenda eſſe, ut ne referri quidem ad ſe invicem* ſacra dedicare *debeant. Juncta enim ſunt* loca ſacris faciendis; *et* loca *potiſſimum* dedicari *dicuntur, i. e. deſtinari.*

DEDITICII *qui ſponte ſua ditionis alienæ facti ſunt*, 7, 31. Itaque populum Campanum urbemque Capuam, agros, delubra deum, divina humanaque omnia in veſtram P. C. populique R. ditionem dedimus, quidquid deinde patiemur, dediticii veſtri paſſuri.

DEDITIO ad Romanos, 8, 25.

quia nec deditio tuta ad tam infeſtos videbatur, 28, 22.

viſo ſtatim hoſte prope in voluntariam deditionem conceſſiſſent, 28, 7. *vid. Drakenborch. ad* 39, 2.

in deditionem venerunt, 9, 20.

in deditionem accepit, 23, 30. *cf.* 33, 20.—in ditionem accipere *non item dicitur. Sed tamen* in jus ditionemque recipere, 21, 61.

opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem, 43, 1.

Hiſpanos—in deditionem compulit, 34, 16.

oppugnando ad deditionem ſubegit, 9, 41.

pecuniam imperat populis omnibus ſuæ deditionis, 23, 28. *rectius* ditionis *legitur, etiam a Drakenborchio.*

DEDUCERE *proprie, i. q. e loco ſuperiori in inferiorem ducere; ſed eſt etiam, ubi contrarium ſignificatum habet. Sic* 1, 18. deduci in arcem *legitur.—Conſules porro* deduci *dicuntur ab his, qui domum eos, honoris cauſſa, comitabantur, aut inde foras prodeuntes. In collibus autem et editioribus urbis partibus habitabant principes civitatis. Atque etiam pompa triumphalis in Capitolium deduci dicitur. Nam de eo quidem, qui viam alicui monſtrat in locum ſuperiorem,* 32, 11. *eſt etiam* deducere; *niſi cum Gronovio legas* educturum. *Sed debebant ab eo exempla Liviana afferri, quibus doceretur, ita legi poſſe. Enimvero, quæ nude poſuit exempla, quibuſque inductus emendavit,*

Digitized by Google

emendavit, ea Virgiliana sunt: quibus addi ex eodem genere potuisset: aram cœlo educere. *Et ad hanc notulam quatuor versiculorum Drakenborchius ad* 2, 50. *et ipse similiter emendans, provocat, tamquam ibi ex consuetudine Livii demonstratum esset,* educere *de* mole, turri, *etc. dici.*

duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit, 9, 24. (*de transfuga*)

ab Argis ceterisque oppidis præsidia—deducerentur, 34, 35.

quod—finibus Attali exercitum deduxisset, 32, 27.

Macedonas in societatem belli—censeo deducendos esse, 36, 7.

gesturum se illis morem posteroque die in aciem deducturum, 3, 62. *usitatius* educere *in a. vid. Intt. ad h. l.*

instruunt aciem deductam in cornua, 5, 38. *vid.* diducere.

sollemne ab ipso, cui fit, institutum Deo, ab nobilissimis antistitibus ejus sacri ad servorum ministerium—deduxisti, 9, 34.

non in loca iniqua incaute (*se*) deductum, 26, 3.

Suessa et Pontiæ—coloniæ deductæ sunt, 9, 28.

Aquileia colonia Latina eo anno in agro Gallorum est deducta, 40, 34.

ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur, 34, 53. *vid. Drakenborch. ad* 39, 44. *Omnino* deducere *verbum proprium est in hoc genere; id quod vel ex* 34, 45. *intelligi potest, ubi sexies, parvis intervallis, idem vocabulum repetitum legitur.*

de capite deducite, quod usuris pernumeratum est, 6, 15. *i. e. detrahite.*

deducere candidatum (35, 10.) *quid sit, doceat Clav. Cic. in h. v.*

celebratas esse utrasque nuptias gratulatione donisque innumerabilium legationum, et velut auspicibus nobilissimis populis deductas esse, 42, 12.

uni nuptam, ad quem virgo deducta sit, 10, 23. *Sic proprie dicitur; sed et in deteriorem partem, quemadmodum* perducere: *vid. Drakenborch. ad* 26, 50.

deducti in comitio virgisque—cæsi de saxo dejiciuntur, 25, 7.

vix deducta summa arena erat, 44, 33. *scil. a scrutantibus aquam in monte.*

DEESSE, 3, 50. nec illius (*Virginii*) dolori, nec suæ libertati se defuturos. *h. e. se non neglecturos esse illius dolorem, sed ulturos; suam autem libertatem se adjuturos et asserturos.*

quod ubi accepit Hannibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum, 21, 27. pro *ne tempus opportunum præterlabi pateretur.*

armatus intentusque sis, neque occasioni tuæ desis, 22, 39.

immolanti caput jocinoris defuit, 30, 2. *i. e. non apparuit.*

DEFECTIO, 28, 26. an plurium supplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis, quam seditio, esset.

DEFENDERE, 39, 24. quia libertatis caussam defendissent ab regio præsidio.

DEFENSARE, 26, 45. mœnia ipsa sese defensabant. *Drakenborchius malebat* defendebant.

DEFERRE, 5, 25. aurum et omnia ornamenta sua in ærarium detulerunt.

Digitized by Google

detulerunt. *vid. Drakenborch. ad* 37, 57. *alias* deferre ad ærarium *de fingulis proprie dicitur. vid.* referre.

conjunctis exercitibus dictator ac magister equitum caſtra in viam deferunt qua Hannibal ducturus erat, 22, 15.

fuga regem eo defert, 36, 20. *tropo ſumto a tempeſtate, qua* delati *navigantes dicuntur v. c. ad ſcopulos.*

in campos delata acies, 9, 37.

qui captus omnibus membris delatus in curiam eſſet, 2, 36.

eadem fortunæ pignora in diſcrimen detuliſſet, 9, 18.

tibi lauream inſignem deferre cupimus milites, 7, 13.

indicium (*conjurationis*) ad prætores defert, 24, 24.

delata res ad ſenatum, 21, 6. *niſi vero cum nonnullis* relata *malis; rectius quidem: nam* referre ad ſenatum *de conſulto ſenatu dicitur:* deferre *autem, quum quid, ut innoteſcat ſenatui, commemoratur. Ceterum hæc duo ſæpius a librariis confuſa ſunt: vide Drakenborch. ad illum locum.*

DEFICERE, 31, 7. numquam iſti populi, niſi quum deerit, ad quem deſciſcant, non deficient. *Hæc non eſt defectio proprie dicta, ſed ſocietas inita cum hoſtibus a qua nullo fœdere arcebantur.*

ad ſpem amicitiæ Romanorum deficere, 32, 5.

DEFIERI, 9, 11. numquamne cauſſa defiet, cur victi pacto non ſtetis.

DEFIGERE, 21, 33. utraque ſimul objecta res oculis animiſque immobiles parumper eos defixit. *i. e. ut fierent immobiles.*

tacita mœſtitia ita defixit omnium animos, 1, 29.

quum ſtupor ſilentiumque inde ceteros Patrum defixiſſet, 6, 40. *cf.* 3, 47. *ubi vid. Drakenborch.*

quod malum—quum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet, 22, 53. *cf.* 7, 10.

DEFLAGRARE, 10, 44. eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere.

DEFLECTERE, 39, 27. Philippum novam poſtea deflexiſſe viam, qua Maronitarum urbes agroſque amplectatur. *ſcil. muniendo.*

DEFLERE, 29, 4. in hæc deflenda prolapſos ab recenti nuncio animos.

DEFLORESCERE, 6, 23. cum corporibus vigere et defloreſcere animos.

DEFLUERE, 41, 15. bovis ſeſcenaris, quem immolaviſſet, jecur defluxiſſe. *h. e. in liquorem abiiſſe, ſecundum Gutherii interpretationem; quæ* defluendi *verbum, de ſententia Perizonii, cum* diffluendi *voce confundit; quamobrem* diffluxiſſe *legi vult. Sed commodiſſime explicatur per* evaneſcere, perire, *quo ſenſu hoc verbum apud Ciceronem paſſim dicitur. vide Clav. Cicer. Sic in victima Cæſaris, auctore Suetonio, idibus Martiis, cor non repertum eſt; nempe defluxerat.*

nec quidquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus, labentibus ſuper corpus armis, ad terram defluxit, 2, 20.

DEFORE, 45, 18. ibi numquam cauſſas ſeditionum et certaminis defore.

DEFORMARE, 9, 30. deformatum ordinem prava lectione ſenatus.

DEFOR-

Digitized by Google

DEFORMATIO, 9, 5. a conſulibus abire lictores juſſi, paludamentaque detracta—ut—ab illa deformatione tantæ majeſtatis —averteret oculos.

DEFORMIS, 38, 52. ut ſub roſtris reum (*Scipionem*) ſtare—populo Rom. magis deforme, quam ipſi, ſit.

aliamque orationem, non tam honorificam audientibus, quam ſibi deformem, habuiſſe, 45, 44.

deforme agmen, 9, 6, *de inermibus et ſub jugum miſſis.*

deformis turba, velut lixarum calonumque, 41, 3. *Similiter Tacitus Annal.* 4, 20. deforme obſequium *dixit pro ſervili, humili.*

DEFUGERE, 5, 38. circa ripam Tiberis, quo armis abjectis totum ſiniſtrum cornu defugit. *i. e. fuga declinavit. Gronovius legi volebat* diffugit: *illud melius opinor.*

DEFUNGI, 5, 5. quanto eſt minus opera tueri facta, et inſtare et perſeverare, defungique cura. *Eleganter hoc verbum ſubinde dicitur de incommodo levi vel jactura. Sic et* 29, 21. defungi pœna levi. *it.* 2, 35. adeo infenſa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum eſſet Patribus.

viciſſe Romanos, defunctos conſulis fato, 10, 29.

defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus etc. 4, 52.

quonam modo enim Haſdrubalem ac Magonem, niſi defunctos ſuo bello, ſine certamine adducere exercitum potuiſſe, 25, 35. *Sic* 1, 25, defungi prœlio.

DEGENER, 25, 40. Mutinem ſibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Karthaginienſi, miſſo ab ſenatu populoque.

DEGENERATUM, 1, 53. *ſubſtantive i. q. animus degener:* quin ea arte æquaſſet ſuperiores reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori offeciſſet.

DEGRAVARE, 3, 62. degravabant prope circumventum cornu. *i. q. opprimebant. cf.* 4, 33.

conſul non ultra caſtra inſequutus, quia et vulnus degravabat etc. 7, 24. *i. e. moleſtum erat et impediebat.*

DEGREDI ad pedes, 29, 2. *de equitibus dicitur, quum deſcendunt equis, ut pugnam pedeſtrem capeſſant.*

alia in campum degreſſis ſupererat moles, 7, 24.

degreſſus ex arce, 5, 52.

degreſſum eum templo (*tribunali*) lætus ſenatus—circumfuſi proſequuti ſunt, 8, 35.

DEHINC, 1, 59. quacumque dehinc vi poſſim.

DEHISCERE, 29, 2. dehiſcens intervallis hoſtium acies.

DEJECTUS, 9, 2. anguſtias—ſeptas dejectu arborum, ſaxorumque ingentium objacentem molem invenere.

DEJICERE, 23, 47. equum in viam Claudius dejecit. *i. e. demiſit e ſuperiori loco.*

cum vento tempeſtas coorta ſigna ænea in Capitolio dejecit, 40, 2.

dejiciunt ſe venti a montibus, 28, 6.

prohibuit fœda tempeſtas cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta, 2, 62.

claſſis—fœda tempeſtate vexata ad Baliares inſulas dejicitur, 23,

Digitized by Google

23, 34. *i. e. vi ventorum a curſu depellitur. cf. cap.* 40. *vide Intt. ad* 44, 19.

Gallus—in advenientis arma hoſtis vanum cæſim cum ingenti ſonitu enſem dejecit, 7, 10.

elatam ſecurim in caput (*regis*) dejecit, 1, 40.

prætorio dejecto, direptis, quæ ibi fuerunt, etc. 41, 2.

dejectis, qui in præſidio erant, 4, 53.

dejectis hoſtium præſidiis novum iter aperui, 44, 39. *cf. cap.* 35.

dejectis hoſtium caſtris—prædamque ibi—vendiderunt, 25, 14.

quum—inimicum, eo quoque anno petentem dejeciſſet, 38, 35.

coïerantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum, 39, 41. *i. e. petito honore.*

quum dejecta in id ſors eſſet, 21, 42.

DEIN *non præcedente* primum, *aut ſimili quo*, 34, 19.

DEINDE paullo latior pateſcit campus, inde colles aſſurgunt, 22, 4.

in Æquis nihil deinde memorabile actum, 3, 3. *cf.* 39, 22.

deinde poſtea, 41, 24.

deinde poſtquam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero—acceſſere, 3, 66.

incipite deinde mirari, 4, 49. *i. e. poſt talia, his factis; cum vi aliqua.*

funera deinde duo deinceps collegæ fratriſque ducit, 2, 47.

DEINCEPS, 5, 51. horum deinceps annorum vel ſecundas res vel etc. *i. e. hujus annorum ſeriei.*

deinceps interreges, 6, 5. *i. q. ordine ſequuti, non*, poſtea. *cf.* 2, 1. 6, 29. 27, 39.

deinceps omnis exercitus jurat, 2, 45.

populari omnem deinceps agrum juſſit, 21, 52.

poſtea — bellis deinceps omnibus, 45, 14.—inde deinceps, 1, 44.—deinceps inde, 5, 37.

DELABI, 37, 34. quum reciperet ſeſe, in eo delapſum tumultu ex equo etc.

DELECTUS, 38, 1. cum delectis Ætolorum, quod conſilium eſſet gentis. *Alibi*, 35, 34. *vocantur* apocleti. *Ibidem Livius addit:* ita vocant ſanctius conſilium; ex delectis conſtat viris. *Alii* concilium.

cum delectis equitibus extraordinariis, 42, 58. *Dukero* delectis *ſuſpectum videtur; nam extraordinarii omnes ſunt delecti. Forte de gloſſa eſt. Creverius legit:* cum delectis equitibus et extraordinariis, *intelligitque* ἐπιλεκτων ἀπολίτους *Polybii, i. e. ex extraordinariis delectos, qui ſemper in caſtris in agmine conſulibus præſto fuiſſent.*

DELECTUS, 43, 14. prodire ad delectum. *it.* in delectu prodire, *ibid.*

in civitate, ira odioque ardente, delectus prope omnium voluntariorum fuit, 9, 10. *cf.* 9, 42. *ubi voluntariorum nullus delectus fuiſſe dicitur. Vid. infra in v.* voluntarius.

præter delectum eorum, quos in ſupplementum mitti oportebat

bat—quatuor ſcriptæ legiones ſunt, intraque undecim dies delectus eſt perfectus, 43, 15. *it.* conficere, 25, 5. *vid.* edicere. *it.* indicere.

DELEGARE, 29, 22. patefacto dein ſcelere (*Pleminium*) delegatum in Tullianum, etc. *ſc. carcerem. i. e. miſſum, amandatum.*

delegata primoribus pugna, 7, 8.

Samniti—delegata pugna, 10, 27. *nempe quum plures populi unis caſtris continerentur.*

obſidione delegata in curam collegæ, 9, 13.

ut omne rei bene aut ſecus geſtæ in Etruria decus dedecuſque ad Volumnium ſit delegatum, 10, 19. *i. e. delatum, rejectum, ei aſſignatum. cf.* 21, 46. *vide B. Patruum in Excurſ. ad Sueton. Tib. cap.* 16.

ipſum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque: eo delegaſſe ad ſenatum, 5, 20. *i. e. ideo dictatorem permiſiſſe rem ſenatui.*

fortunæ loci delegaverant ſpes ſuas, 6, 28.

adverſa caſibus incertis belli et fortunæ delegare, 28, 42. *vid. Intt. ad h. l.*

miniſterii delegandi cauſſa, 9, 29. *de ſacrificio. Omnino delectantur, præter Livium, alii latinitatis auctores uſu hujus verbi tropico e re pecuniaria petiti, quum quidem a debitoribus non repræſentatur pecunia h. e. ex arca ſolvitur, ſed, per delegationem, h. e. per alios, ipſorum nomine. vid. Clav. Cicer. in h. v.*

DELENIMENTUM, 4, 51. aptiſſimum tempus erat—delenimentum animis Bolani agri diviſionem objici. *Vid.* delinimentum.

DELENIRE *eleganter habet ſignificationem* capiendi animi et corrumpendi ſuavitate aliqua, ut philtra, *&c.* 38. Capua inſtrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriæ. *Vid.* delinimentum.

DELERE, 9, 45. nomen Æquorum prope ad internecionem deletum.

ubi ſatis placuere vires, et jam miles quoque, ad delendam priorem ignominiam, hoſtem poſcebat, 39, 30.

DELIBARE, 5, 12. cur primus ac potiſſimus ad novum delibandum honorem ſit habitus.

DELIGERE, 9, 26. dictator deligendus exercendis quæſtionibus fuit. *i. q. eligendus, dicendus, quod proprium in eo negotio verbum eſt.*

quem ex collegis, optione a ſenatu data, ſocium ſibi imperii delegerit, 8, 33.

centurionum robora ex toto exercitu delegit, 24, 46. *vid. Drakenborch. ad* 9, 17.

DELINIMENTUM *prorſus idem ſibi vult, quod* delenimentum; eademque *ratio eſt verborum* delinire *et* delenire. *Somnia ſunt Drakenborchii, diſcrimen inter hæc verba ſtatuentis, adverſante quidem linguæ natura. Nempe* delenimentum, *placandi, mitigandi, ſignificatum habere dicit, ad* 7, 38. *contra* delinimentum *oblinendi atque imbuendi ſenſum dare. cf. ad* 5, 31. *parumque abhorruiſſe videtur ab hac opinione ut a* delinere (*unde ſcilicet eſt* delitus) delinimentum

Digitized by Google

linimentum *derivaret. Itaque quum id fieri non posse, dum animadversionem ad* 39, 11. *daret, in mentem ei venisset, a verbo* linire delinimentum, *derivat; sed ipse agnoscit,* linire *esse verbum recentius. Nihilo tamen secius confirmat illud horum vocabulorum discrimen. Recte. Nam sic scilicet* intelligere *et* intellegere *differunt. Sed satis de argutiis. Unus Horatii locus refutet Drakenborchium Carm.* 3, 1, 41. sqq. Quod si dolentem *nec Phrygius lapis,* Nec *purpurarum* fidere clarior *delinit* usus etc. *Rectius paullo de delinimentis sensit Dukerus ad* 39, 11. *quem vide. cf. B. Patruus ad Tacit. Agric. cap.* 21. *ubi diserte* porticus et balnea et conviviorum elegantia, *tamquam delinimenta vitiorum commemorantur.*

Hispalæ concubitu carere eum decem noctes non posse, illius excetræ delinimentis et venenis imbutum, 39, 11.

illam furiam pestemque omnibus delinimentis animum suum avertisse atque alienasse, 30, 13.

DELINIRE, 4, 13. largitiones frumenti facere instituit: plebemque hoc munere delinitam, etc.

DELUBRUM, 30, 20. multis Italici generis (quia in Africam sequuturos abnuentes concesserant in Junonis Laciniæ *delubrum,* inviolatum ad eam diem) in *templo* ipso fœde interfectis.

DEMANDARE, 8, 36. curam eorum—legatis demandavit.

DEMERE, 34, 54. demtum ex dignitate populi, quidquid majestati Patrum adjectum effet. *cf.* 3, 33.

ut de stipendio equitum—æra demerentur, 7, 41.

vinctis quoque demta in eos dies vincula, 5, 13.

plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est—quam virium aut plebi additum est, aut demtum Patribus, 2, 60.

eam se contumeliam injuriamque, ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur etc. 8, 23.

et simul ex omnibus locis ad castra recipienda demendamque ignominiam rediri cœptum est, 41, 3.

DEMERERI, 3, 18. demerendi beneficio tam potentem civitatem.

DEMERGERE, 2, 29. totam plebem ære alieno demersam esse.

demersam partem a parte civitatis, 6, 27. (*per æs alienum*)

DEMINUERE, 4, 24. quamquam deminutum censuræ jus noluissent.

Papirium nihil de ejus jure deminuturum, 8, 34.

quam quod deminutum quidquam sit ex regia potestate, 2, 1. *vid.* diminuere.

DEMISSIOR, 4, 44. nihilo demissiore animo—caussa ipse pro se dicta—damnatur.

DEMITTERE agmen, 9, 2. *seil. de monte. Sic et cap.* 27. *Oppos.* erigere.

inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen demittere, 32, 13. *nisi legendum cum Gronovio* demitteret.

navem eamdem secundo amni Scodram demisit, 44, 31.

de cœlo demissus, 10, 8.

demissa jam in discrimen dignitas, 3, 35. *i. e. vacua, iterum aliis conferenda.*

Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque, 34, 44.

præsenti

Digitized by Google

præsenti vultus demittere, tacite prætereuntes exsecrari, 2, 58.

DEMONSTRARE, 23, 33. dat, qui itinera cum cura demonstrent.

DEMOVERE, 6, 32. hostes gradu demoti.

quod demovendis statu suo sacris religionem facere posset, 9, 29. *Vid.* dimovere.

DENIQUE, 5, 6. ut *non* obsidionis tædio, *non denique* regni quidquam apud eos novatum sit; *non* negata auxilia ab Etruscis iritaverint animos. *Non plane inusitatum est, ne apud Ciceronem quidem*, denique *in enumerando poni secundo loco, quod rectius non nisi tertio membro præfigi solet; nisi vero plura tribus enumerentur. Hoc autem loco magis offendit* denique *alteri* non *adjectum, quod sequitur tertium* non. *Huc igitur* denique *illud rejiciendum videri possit. Forte librariorum vitio transpositio facta est.*

DENOTARE, 4, 55. haud dubie Icilios denotante senatu.

DENUDARE judicium suum, 42, 13. *i. e. non obscure significare, quibus faveas.*

denudavit mihi consilium suum, 44, 38.

DENUNCIARE *terrorem*, 24, 37. *scil. factis.*

si leniter agendo parum proficerent, denunciarent Samnitibus, 7, 31.

dictator—magistro equitum denunciavit, ut sese loco teneret, 8, 30.

legati—venerant, denunciatum Fabio—ne saltum—transiret, 9, 36.

denunciavit populo—Macedonum exercitum cæsum fusumque etc. 45, 1. *Rarius in bonam partem dicitur.*

DEPELLERE, 23, 8. nec eum—patria majestas sententia depulerat.

depulsus magna spe, 31, 25. *i. q. dejectus, destitutus.*

DEPERIRE, 27, 15. ejus præfidii præfectus deperibat amore mulierculæ.

DEPLORARE, 29, 31. deplorabant ea apud Syphacem Karthaginienses.

deplorata spes est, 26, 12.

quum—deploratum pæne Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset, 9, 7.

jam enim agros deploratos esse, 41, 6. *Forte legendum* depopulatos.

suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes, 5, 40.

quum sibi nihil vivi reliquum, præterquam linguam ad deplorandas patriæ suæ calamitates, præfatus esset, 43, 7.

DEPONERE, 5, 2. militem Romanum—ne hiemis quidem spatio—arma deponentem.

cœptum bellum—triennio prius depositum erat, 31, 1. *cf. cap.* 31.

Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, convenitur, 42, 5.

ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent, 9, 46.

coronam Romæ in aram Apollinis deposuisse, 23, 11.

deposito suo magistratu, modo aliorum magistratui impositio, 4, 24.

DEPOPU-

Digitized by Google

DEPOPULARI, 5, 4. agros noſtros millies depopulati ſunt. *cf.* 10, 12. *it.* 22, 13.
late depopulato agro, 9, 36.

DEPORTARE, 43, 6. ſe ad mare devecta habere (*frumenta*) ut, quo ſenatus cenſuiſſet, deportarent.
et quem, ſi deportandus exercitus victor ex Africa eſſet, deportare, 30, 40. *ſcil. eum juberent. cf.* 39, 38. *vid. Clav. Cicer. in h. v.*

DEPOSCERE, 21, 6. ad ducem ipſum, in pœnam fœderis rupti, depoſcendum.
ſi ſint duæ roboris ejuſdem in urbe gentes, depoſcant, hæc Volſcos ſibi, illa Æquos, 2, 49. *i. e. deſumant ſibi bello petendos. Delectari videtur Livius hac voce, quæ in re gladiatoria proprie dicitur.*

DEPRECARI, 6, 21. eaque cunctatio colonis ſpatium dederat deprecandi ſenatum.
ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullam deprecor pœnam, 40, 15.

DEPREHENDERE, 38, 21. et erant deprehenſi genere pugnæ, in quod minime apti ſunt.
pro ſpeculatore deprehenſus, 37, 11.

DEPRENDERE, 42, 17. ſe daturum, quod nec in dando nec datum ullo ſigno deprendi poſſet. (*de veneno*)
quinqueremem ſatis credens deprenſam rapido in freto in adverſum æſtum reciprocari non poſſe, 28, 30.
litteris ad Perſea deprenſis, 42, 51. *i. e. interceptis.*

DEPRIMERE, 3, 65. æquari velle ſimulando ita ſe quiſque extollat, ut deprimat alium. *cf.* 30, 36. *it.* 37, 53.

DEPUGNARE, 9, 39. acie depugnatum eſt.
depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis eſt, 7, 26. *et ibid:* duorum militum eventum, inter quos pugnatum eſt. *cf.* 10, 37.

DERIDICULUM, 39, 26. alterum deridiculum eſſe, ſe reddere rationem, etc. *i. q. valde ridiculum. Vox Tacito etiam aliquoties uſurpata v. c. Annal.* 12, 49. Pelignus ignavi animi, et deridiculo corporis juxta conſpiciendus. *Sic* deparcus *etiam dictum eſt pro* admodum parcus. *Similiter* detegere, deamare, pro *accurate, impenſe tegere, amare, dicitur.*

DERIVATIO, 5, 15. exſequebatur inde, quæ ſollemnis derivatio eſſet. (*de lacu Albano rite emittendo*)

DERUPTUS, 21, 33. deruptæ anguſtiæ. *it.* ripæ, 37, 39.
in derupta præcipitati, 38, 2.

DESCENDERE, 23, 29. omnibus copiis in campum deſcenſum eſt.
qua deſcendere ad forum rex ſolebat, 24, 7. *cf.* 34, 1.
arcem regium tenebat præſidium; neque ut deſcenderent inde—perpelli potuerunt, 32, 32.
Samnites Tifata, imminentes Capuæ colles, quum præſidio firmo occupaſſent, deſcendunt inde quadrato agmine in planiciem, quæ Capuam Tifataque interjacet, 7, 29. *Hinc, naturæ rei accommodate, ſæpiſſime dicitur* in aciem deſcendere. *v. c.* 9, 14.

Digitized by Google

Plerumque certe ante pugnas tutiora, h e. altiora, loca occupata et infeſſa fuere.

cui (*Philippo*) ſi ſemel in cauſſam deſcenderit, nihil integri futurum ſit, 36, 7. *vid.* deducere.

non prius, quam deſeri urbem videant, curam in animos Patrum deſcenſuram, 3, 52.

locum, qui nunc ſeptus deſcendentibus inter duos lucos eſt, aſylum aperit, 1, 8.

quum plebs in foro erecta exſpectatione ſtaret, mirari primo, quod non deſcenderet tribunus, 2, 54. *ſcil. in forum. Sic ſæpiſſime v. c.* 3, 48.

deſcendit ferrum in corpus, 1, 41.

DESCISCERE, 9, 16. quibus invitis deſcitum ad Samnites erat.

ad eos Murgantinæ deſciverunt terræ, 26, 21.

DESCRIBERE, 1, 32. jus ab—Æquicolis deſcripſit.

deſcripto ad tibicinem cantu, 7, 2.

frumentum ædiles curules quaternis æris vicatim populo deſcripſerunt, 30, 26. *i. e. diviſerunt. vid. Drakenborch. ad* 31, 84.

legiones conſcriptæ—legiones urbanas ſcripturum—iis quindecim millia peditum et quingentos equites, pro numero cujuſque juniorum, deſcripſit, 34, 56.

quum eas legiones quatuor deſcripſiſſent, 39, 38. *vel potius de ſententia Gronovii, Drakenborchio et Creverio probata:* in eas legiones. *Eſt autem* deſcribere in legiones, *i. q. tirones diſpertiri per legiones eaſque ſupplere.*

DESECARE, 42, 64. ſpicas faſcibus deſecare. *i. e. de faſcibus ſtramenti deſecare ſpicas.*

DESERERE, 5, 52. hæc omnia in profano deſeri placet ſacra? *Perquam aſpere dictum pro* relinqui.

quos vires ſanguiſque deſereret, 25, 14.

qui aut citati non affuerant, aut vades deſeruerant, 39, 41. *i. e. ſponſoribus ſuis in re capitali defuerant, nec ad cauſſam dicendam præſto fuerant, ut vadum fidem liberarent. vid. Intt. ad h. l.*

DESERTIO, 41, 24. cur exſecrabilis iſta nobis ſolis velut deſertio juris humani eſt. *Scilicet Achæi finibus ſuis interdixerant Macedonibus. Hoc decretum eorum, humanitati contrarium, eleganter dicitur* deſertio etc.

DESES, 3, 68. ſedemus deſides domi. *cf. cap.* 7.

nec rem Romanam tam deſidem umquam fuiſſe atque imbellem, 21, 16.

DESIDERABILIS, 24, 5. velut ſuis vitiis deſiderabilem efficere vellet avum.

DESIDERE, *Præf.* labente deinde paullatim diſciplina, velut deſidentes primo mores ſequatur animo; deinde ut magis magiſque lapſi ſint; tum ire cœperint præcipites. *Tribus gradibus hæc tria differunt. Sunt autem* deſidentes mores *paullatim labi incipientes.*

terra—caverna ingenti deſederat, 32, 9. *ſic dicitur proprie de labe terræ. vid. Drakenborch. ad h. l.*

DESIDERIUM, 2, 2. ne ubiubi regum deſiderium eſſet, regem facti-

Digitized by Google

ſacrificulum creant. *i. e. ne qua plebi occaſio relinqueretur miniſterii regis requirendi, quum deeſſet, qui vice ejus fungeretur.*

deſiderium parentum ac patriæ explere, 1, 9. *h. e. efficere, ne quis eos deſideret, eorumque operam ſuſcipere.*

quæ vos, quum reliqueritis, macerent deſiderio, 5, 54.

DESIGNARE, 1, 10. deſignavit templo Jovis fines. *cf. cap.* 35.

quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium ſit, decuma deſignetur, 5, 25.

nulla ignaviæ nota leviore vos deſignari potuiſſe, 24, 16. *i. e. inſigniri, conſpicuos reddi.*

DESPERARE, 10, 14. Samnites, deſperato improviſo tumultu, quando in apertum ſemel diſcrimen evaſura res eſſet, etc.

quia non deſperabat voluntariam deditionem, 23, 14.

DESPERATIO futuræ ſibi poſtea fidei, 3, 2.

DESPICERE, 44, 6. ut deſpici vix fine vertigine quadam, ſimul oculorum animique poſſit.

DESPOLIARE, *vid.* diſpoliare.

DESPONDERE, 1, 26. quæ deſponſa uni ex Curiatiis fuerat.

nec ipſi ſolum deſponderant animos, 3, 38. *cf.* 26, 7. *et.* 31, 22.

plebem ſecum trahere, haud dubium conſulatum ſpe et favore deſpondentem, 4, 13. *i. e. ſpondentem, ſibi deſtinantem.*

jam velut deſpondente fortuna Romanis imperium Orientis, 26, 37.

DESTINARE, 9, 16. parem deſtinant animis Magno Alexandro ducem (*Papirium.*) *cf.* 28, 24.

ſi hoc bene fixum deſtinatumque in animo eſt, 21, 44.

præter opinionem deſtinatam ſuorum hoſtiumque, 28, 14. *Sic, monente Dukero, apud Ciceronem Tuſcul.* 2, 2. *dicitur* deſtinata ſententia.

quem (*Scipionem*) modo civitas—ad imponendum Punico bello finem creaverit conſulem, ſpe deſtinaverit Hannibalem ex Italia detracturum, etc. 29, 20.

quin Fabius omnium conſenſu deſtinaretur (*conſul*) 10, 22.

ſubſidiaque deſtinata impedimentis data, ne—in ea impetus fieret, 23, 16. *Jac. Gronovio videtur* deſtinatus *pro* aſſuetus *dici; verum Creverio expungendum aut* deſtinata *aut* data.

ex his ducentos viginti quinque, qui omnium conſenſu deſtinabantur et infandæ colonorum cædis, et defectionis auctores, vinctos Romam deducunt, 9, 24. *i. e. credebant omnes, utriuſque facinoris reos illos eſſe. cf.* 8, 13.

animis auctorem deſtinabant cædis, 33, 28. *cf.* 7, 33.

ſi Cretenſes bene ac gnaviter deſtinarent, potiorem populi Romani, quam Regis Perſei, amicitiam habere, etc. 43, 7. *i. e. ſtatuerent.*

quas urbes direpturos ſe deſtinaverant, 24, 2. *i. e. conſtituerant.*

et ſtantes (*Galli*) quo denſiores erant, hoc plura, velut deſtinatum petentibus, vulnera accipiebant, 38, 26. *ſcil. corpus petentibus Romanis, veluti ſcopus feriendus eſſet.*

ad deſtinatum jam ante conſilio, 21, 54. *vid. Intt. ad* 38, 26.

Digitized by Google

DESTINATIO, 32, 35. nulli omnium placere, partium, quibus ceſſurus, aut non ceſſurus eſſet (*Philippus*) deſtinatio. *i. e. attributio civitatium et regionum Græciæ.*

DESTITUERE, 1, 4. quum fluitantem alveum—tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet.

ut quemque timentem altitudinem deſtituerat vadum, 21, 28.

ante tribunal regis deſtitutus, 2, 12.

ante pedes deſtitutum cauſſam dicere juſſit, 23, 10.

cohortes extra vallum ſine tentoriis deſtitutæ, 10, 4. *ſcil. contumeliæ cauſſa. vid. Clav. Cicer. in h. v.*

deſtituti ab unica ſpe auxilii in deditionem venerunt, 40, 47.

quod morando ſpem deſtituerit, 1, 51. *vid. Intr. ad h. l.*

in conſpectum ferme Africæ—vectum primo deſtituit ventus, 30, 24.

DESTRICTUS, 8, 7. deſtricta ſecuris. *Al.* diſtricta. *male. vid. Duker. ad Flor. 2, 2. it. Drakenborch. ad* 27, 13.

DESULTOR, 23, 29. quibus, deſultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſſultare mos erat. *cf.* 44, 9.

DESUMERE, 38, 45. recto itinere duxiſti exercitum ad eos, quos tibi hoſtes deſumſeras. *i. e. bello petendos depoposceras.*

duo, ſinguli ſingulos, ſibi conſules aſſervandos aſſidua opera deſumunt, 4, 55.

DESUETUS, 3, 38. cur ex tanto intervallo rem deſuetam uſurparent.

DETEGERE, 42, 3. magnum ornamentum ſe templo ratus adjecturum, ſi tegulæ marmoreæ eſſent, profectus in Bruttios, ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit, etc.

nimis detegendo cladem nudandoque, 23, 5.

DETERGERE, 28, 30. unius (*triremis*) prælata (*quinqueremis Romana*) impetu lateris alterius remos deterſit.

aſſeribus falcatis detergebat pinnas, 38, 5. *i. e. defringebat.*

DETERIOR, 7, 12. quem (*hoſtem*) tempus deteriorem indies et locus alienus faceret.

DETERMINARE, 1, 18. Deos precatus regiones ab oriente ad occaſum determinavit.

DETERRERE, 22, 42. quæ ad deterrendos a cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt.

DETESTABILIS, 23, 3. ut ſupplicii ſumendi vobis ex improbo ac deteſtabili ſenatu poteſtas eſſet.

DETESTARI, 10, 41. furiale carmen deteſtandæ familiæ ſtirpique compoſitum.

in caput eorum deteſtari minas periculaque, qui id ſuaſiſſent, 39, 10.

DETESTATIO, 10, 38. primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis. *Vid.* exſecratio.

DETINERE, 27, 12. ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem. *i. e. moraretur et impediret, quo minus alio bellum tranſferre poſſet.*

uni concionibus data nunc detinenda, nunc concienda plebs, 4, 55.

DETRA-

Digitized by Google

DETRACTATOR *vid.* detrectator.

DETRAHERE, 22, 13. irritat etiam de induſtria ducem, ſi forte accenſum tot indignitatibus cladibuſque ſociorum detrahere ad æquum certamen poſſit. *i. e. ad prælium in planicie locorum ineundum cogere.*

Hannibalem ex Italia detracturum, 29, 20. *cf.* 30, 20.

regum majeſtatem difficilius ab ſummo faſtigio ad medium detrahi, etc. 37, 45.

frenos ut detrahant equis imperat, 4, 33.

DETRECTARE, 38, 49. nec quidquam aliud ſcit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum. *i. e. deterere, deque iis detrahere. Vide B. Patruum ad Cic. Philipp.* 10, 3.

Eumene ſummæ rei diſcrimen haud dubie detrectante, 37, 18.

DETRECTATOR, 34, 15. Cato ipſe, haud ſane detractator laudum ſuarum, etc. (*detractator. Drakenb.*)

DETRUDERE, 2, 10. jam impetu conabantur detrudere virum.

DETRUNCATA corpora brachiis abſciſis, 31, 34.

arboribus—dejectis detruncatiſque, 21, 37.

DETURBARE, 10, 41. deturbatiſque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere.

deturbant nitentes per ardua hoſtes, 25, 13. *cf.* 5, 47.

DEVASTARE, 22, 9. Marſos inde Marrucinoſque et Peligños devaſtat.

DEVEHERE, 5, 54. quo ex mediterraneis locis fruges devehantur. *cf.* 4, 52. *it.* 43, 6. *et* 45, 29.

DEVENIRE, 9, 31. ſe nullam ſuam gloriam inde—quærentem in eum locum deveniſſe. *i. e. in locum undique montibus clauſum.*

DEVERSORIUM, 21, 63. magis pro majeſtate videlicet imperii Arimini, quam Romæ, magiſtratum initurum, et in deverſorio hoſpitali, quam apud penates ſuos prætextam ſumturum.

DEVERTERE, 44, 43. ſimul in ſilvam ventum eſt, ubi plures diverſæ ſemitæ erant—cum perpaucis maxime fidis via devertit. *Drakenborchius dedit* divertit; *male: vid. Clav. Cicer. in h. v. it. Duker. ad* 45, 10.

DEVERTICULUM, 9, 17. nihil minus quæſitum a principio hujus operis videri poteſt, quam ut plus juſto ab rerum ordine declinarem; varietatibuſque diſtinguendo opere, et legentibus velut deverticula amœna, et requiem animo meo quærerem.

DEVINCERE, 1, 28. Mettus Tullo devictos hoſtes gratulatur. *cf.* 8, 31.

quem (*Darium*)—nihil aliud, quam bene auſus vana contemnere, incruentus devicit, 9, 17. *cf. cap.* 40.

DEVIUS, 4, 19*. pars (*copiarum*) devio ſaltu circumducta ab tergo aggrederetur. *cf.* 35, 30.

nos hic pecorum modo per æſtivos ſaltus deviaſque calles exercitum ducimus, 22, 14.

DEVOCARE, 4, 39. ab tumulo ſuos devocat, et in caſtra Romana penetrat. *cf.* 33, 18.

Digitized by Google

DEVOLARE, 2, 29. devolant de tribunali.

DEVOLVERE, 1, 47. devolvere retro ad ſtirpem fratri ſimilior quam patri.

velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur, 28, 6.

DEVOVERE, 8, 9. agedum—præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. *cf.* 9, 4.

devotis corporibus in hoſtem ruentes, 9, 17.

anciplti Deum iræ devotus, 10, 39.

DEURERE, 10, 4. tecta ſemiruta, vici—deuſti. *cf.* 39, 2.

hiems arbores deuſſerat, 40, 45.

DEUS Jupiter, 31, 10*.

mortale corpus dei (*Herculis*), 36, 30.

per quidquid deorum eſt, 23, 9.

dii patrii—publici penates, 3, 17. *Quamquam Drakenborchius legit* dii veſtri.

dii hoſpitales, 39, 51. *it.* ſociales, 3, 18. *h. e. initæ ſocietatis teſtes ac vindices dii.*

diique et homines Romani, 5, 51.

dii publici privatique, 5, 52.

nequidquam deos fidemque invocantes, 9, 12.

dii hominesque *dicuntur* pro *omnibus omnino, etiamſi res non magnopere ad deos pertineat. Hac ratione Dukerus*, 3, 17. *explicat, ubi* dii homineſque armati opem ferre *dicuntur. Gronovius autem emendatione medetur huic loco, quem parum ſanum putabat. Ipſe Cicero Epp. Div.* 1, 9. diis hominibuſque approbantibus *dixit* pro *nemine diſſentiente, reprehendente. vid. Manut. ad h. l. Idem Livius noſter*, 40, 12. *ita exprimit:* pene omnium deorum hominumque conſenſum collegit.

DEXTER, 27, 48. dextra acies pro *dextro cornu:* media acies *paullo ante memoratur.*

dextra ala, 31, 21. *dicitur in comparatione cum abſente alia, quæ* finiſtra *intelligenda eſt. cf. cap.* 11.

rem per ſe popularem ita dexter egit, 8, 36. *adverbialiter dictum, ut alia adjectiva. vid. Drakenborch. ad* 22, 12.

DEXTERITAS, 28, 18. tanta Scipioni ad omnia naturalis ingenii dexteritas.

DEXTRORSUS, 6, 31. Sp. Furius, M. Horatius dextrorſus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius læva ad montes Ecetram pergunt.

DICARE, 1, 20. ad ea elicienda ex mentibus divinis Jovi Elicio aram dicavit.

id enim illi loco dicandum vates canebant, 7, 6. (*de Curtii devotione.*)

DICERE, 1, 1. cui Aſcanium parentes dixere nomen.

dies ad conveniendum exercitui Pheras eſt dictus, 36, 8.

locum ſe conſciis dixiſſe, 25, 16. *i. e. edixiſſe, indicaſſe.*

Fulvius conſul unus creatur — iſque — Manlium — collegam dixit, 37, 47. *i. e. renunciavit in comitiis a ſe habitis, ut recte explicat Gruchius. cf.* 7, 24.

iterum prærogativa ſuffragium init, creatique in ea conſules Fabius

Fabius—Marcellus. Eoſdem conſules ceteræ centuriæ ſine variatione ulla dixerunt, 24, 9. *cf.* 27, 6.

quum primo vocatæ Q. Fabium conſulem dicerent omnes centuriæ, 10, 15.

Marcellum et Valerium abſentes conſules dixerant, 26, 22.

nihil ſe mutare ſententiæ, eoſdemque conſules dicturos eſſe, *ibid.*

velle ſe cum majoribus natu colloqui, et ex auctoritate eorum conſules dicere, *ibid. Conferantur denique, quæ cap. eod. init. leguntur.* Fulvius, Romam comitiorum cauſſa arceſſitus, quum comitia conſulibus rogandis haberet, prærogativa Veturia juniorum declaravit T. Manlium, etc.

juſſuſque dictatorem dicere rei gerendæ cauſſa—dixit Papirium, a quo Fabius—magiſter equitum eſt dictus, 8, 29.

magiſtro equitum dicto, 6, 39. *cf.* 7, 26.

orationem dicitur habuiſſe—quum ſe non rem novam petere: quippe, etc. 1, 35. pro *petere diceret. cf.* 1, 47. *extr. it.* 48. *init.*

perfuſumque ultimi ſupplicii metu, mulcta dicta, dimiſit, 9, 16. *cf.* 42, 9. *it.* 43, 16.

conſulis imperio dicto audientes futuros ſeſe dicerent, 41, 10.

ſi prætori dicto audiens non eſſet, 29, 20.

DICTATOR, 6, 6. qui ſe dictatorem jam quartum creaſſet. *Cel. Strothius ad h. l. aut legendum* imperatorem *aut certe intelligendum putat. Ac profecto, ſi* dictator *proprie intelligatur, parum conſtare ſibi Livius videtur, qui ſub finem ejuſdem capitis dixerit* Furium ſibi *pro dictatore*, ſeque (*Valerium*) ei pro *magiſtro equitum* futurum; *id quod, ſane ſpecioſe, Vir doctiſſimus* pro *confirmanda ſua vel emendatione vel explicatione dixit. Addi et illud poterat, quod ipſe Camillus ſibi repugnare videatur, qui, quum dictatorem ſe creatum l. l. dixiſſet, cap. ſequ. hæc pronunciaverit:* an me, quod *non dictator* vobis, ſed *tribunus* ſignum dedi, non agnoſcitis ducem? *Sed ſalva res eſt. Livius cum Camillo ſuo ſibi conſtat; nec eſt nobis ad emendandi negotium confugiendum. Nimirum paullo ante locum ſuperius exſcriptum hæc leguntur:* Senatus diis agere gratias, quod Camillus in magiſtratu eſſet: *dictatorem* quippe *dicendum eum fuiſſe*, ſi privatus eſſet. *Non igitur* dictus eſt, *ſed, uti cap. 7. diſerte Camillus fatetur*, tribunus *manſit. Pronum itaque fuerit, illud* creaſſet *accipere pro* creandum cenſuiſſet, creare voluiſſet. *Ita, non adverſante uſu loquendi*, omnia *ſibi conſtare mihi quidem videantur. Et illius uſus loquendi exemplum luculentum ſtatim ſubſequitur cap.* 8. *ult. ubi* victoriam exſpectaret *nemo aliter interpretabitur, quam* exſpectare conſentaneum eſſet, exſpectandam cenſeret.

dictator—moderator et magiſter conſulibus appoſitus, 2, 18.

hoc—neque triſte dictatoris imperium—injunxiſſe ſervitutis, 5, 2.

neu populus in ſe potiſſimum dictatorem et jus dictaturæ exſtinguat, 8, 34. *niſi cum Drakenborchio legas* dictatore.

Jovis Soliſque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam trahebant, 5, 23. *ſcil. quoad currum equis albis junctum.*

donec ab novis conſulibus—nominatus dictator C. Pœtelius, 9, 28.
dictatorem quæſtionibus exercendis dici placuit, 9, 26.
dictator Karthaginienſis, 23, 13. in municipiis, 3, 18.
dictatorem facere, 2, 21. creare, 2, 18. 6, 6. *it. cap.* 11. legere, 2, 18.
DICTATORIUS, 7, 4. ſummo loco natus dictatorius juvenis. *i. e. filius dictatoris.*
dictatoria majeſtas, 8, 30. *cf.* 4, 14. *it.* invidia, 22, 26.
dictatorium fulmen in ſe intentatum, 6, 39.
DICTATURA popularis, et orationibus in Patres criminoſis, fuit, 8, 12. *i. q. dictator.*
DICTIO, 8, 24. accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acheruſiam, etc. (*ſortes Jovis Dodonæi*) *Sic etiam* dicere *et* dictum *de oraculis proprie dicuntur. vid. Intt. ad h. l.*
DICTITARE, 3, 20. quod ſæpius Quinctius dictitabat. *cf.* 9, 18. *Admodum delectari Livium frequentativis ſine vi, vel hic locus, additumque* ſæpius *docet. vid. Drakenborch. ad* 8, 31.
DICTUM, 7, 33. hæc dicta dederat, quum equites conſulis juſſu diſcurrunt in cornua. *cf.* 3, 61.
dicto paruit conſul, 9, 41.
contra dictum ſuum, 22, 25. *i. e. edictum. cf.* 8, 34.
nec bene nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos, 23, 46. *i. e. exhortationes—probra.*
DIDUCERE, 6, 15. quin eam (*turbam*) diducitis a me ſingulis veſtris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives veſtros, etc. *niſi legendum cum aliis* deducitis *aut* ſeducitis, *quod utique* ſeparare *ſignificat.*
ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum vidit, 31, 21. *vid. Intt. ad* 5, 38.
DIES certandæ mulctæ, 25, 3. *i. e. terminus, quem nos dicimus.*
exiit induciarum dies, 4, 30. *cf. cap.* 58. *init. it.* 42, 47. pro *tempore. vid.* 9, 34.
ad ſtipendium, cujus dies exierat, poſcendum, 22, 33.
conſtantiores nos tempus dieſque facit, 22, 39.
breviſque dies ad conveniendum edicta, 41, 10.
quam inſigni celebrique dedicata eſt die, 5, 52.
regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, 38, 59. pro *dierum itineribus. Sic Cicero Epp. Att.* 5, 16. caſtra, quæ aberant bidui.
quotidie bis in die fœderis ictı cum Romanis perlegendi, 44, 16. *Drakenborchius deleto* quotidie *legit* bis in diem. *Vide Oudendorp. ad Sueton. Octav. cap.* 31.
poſt diem tertium ejus diei, 27, 35.
quum is diem de die differret, 25, 25.
in diem rapto vivit, 22, 39.
mutabiles in diem cauſſæ, 31, 29.
dies pecuniæ, 34, 6. *i. e. dies ſolutionis ex ærario faciendæ.*
die aliquot horis ſuperante, 29, 7.
ſupplicationem unum diem habere (*juſſi*), 28, 11.

jam

Digitized by Google

jam aderat judicio dies, 3, 12.

quem diem patrando facinori ſtatuerat, 35, 35.

diem finiri placuit, 35, 7.

hic dies et Romanis refecit animos et Perſea perculſit, 42, 67. *i. e. acta hujus diei. vid. ibi Drakenborch. cf.* 9, 39.

quorum nec virtutis nec fortunæ ullo die populum Rom. pœnituit, 9, 18.

ubi id temporis viſum, quo de die epulatis jam vini ſatias principiumque ſomni eſſet, 25, 23. *cf.* 23, 8.

inſignemque (*diem*) rei nulli publice privatimque agendæ fecerunt, 6, 1. (*Allienſem*)

diem feſtum per triduum agi, 25, 23. *i. e. Dukero explicante, ſollemnia plurium dierum.*

quum Patres clandeſtina denunciatione revocati ad diem certam eſſent, 4, 36. Certus dies *non dicitur. vid. Drakenborch. ad h. l.*

diem ad proficiſcendum nuncius habuit, nocte rediit, 10, 39.

quibus dies noctesque fugientibus per hos dies inſtitiſtis, 27, 13.

DIFFERRE, 34, 49. qui male commiſſam libertatem populo Rom. ſermonibus diſtulerint. *i. e. vulgaverint.*

paſſim eos ſimul pavor terrorque diſtulerant, 6, 42. *vid. Gronov. ad* 4, 33.

differri non poſſe adeo concitatos animos, 7, 14.

dilatus per fruſtrationem, 25, 25.

et ii repulſi in ſpem impetrandi tandem aliquando honoris dilati, 39, 32. *i. e. rejecti ſ. aliam petitionem juſſi exſpectare. Sic et* 41, 8. legatique ad novos magiſtratus dilati erant. *cf.* 26, 33. *it.* 51.

DIFFICILIS, 10, 34. relicta, quæ migratu difficilia eſſent.

hæſere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, 27, 14.

difficile ad fidem eſt in tam antiqua re, quot pugnaverint, etc. 3, 5.

adeo moderatio tuendæ libertatis dum æquari velle ſimulando ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium, in difficili eſt, 3, 65.

DIFFINDERE, 9, 38. triſte omen diem diffidit, *alias* diremit. *Sunt etiam qui* diffudit *legant.*

DIGNATIO, 2, 16. Appius inter Patres lectus haud ita multo poſt in principum dignationem pervenit. *i. e. par illis dignitate factus eſt. vid. Drakenb. ad h. l.*

eos nos jam populi Rom. beneficio eſſe ſpero, qui ſacerdotiis non minus reddamus dignatione noſtra honoris, quam acceperimus, 10, 7. *Sic fere Tacitus Mor. Germ.* 13. magna patrum merita principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant.

DIGNITAS, 6, 41. de indignitate ſatis dictum eſt (etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atque auſpiciis, quæ propria deorum immortalium contemtio atque injuria eſt, loquar?

Digitized by Google

DIGNUS, 23, 42. fi modo, quos, ut ſocios haberes, dignos duxiſti.

digni indignique *pro* omnibus *dicuntur*, 24, 16. *vid. Intt. ad h. l.*

digna res viſa, ut ſimulacrum celebrati ejus diei—pingi juberet, 24, 16.

ut ex eo donum aureum, dignum amplitudine templi ac numine dei ex dignitate populi Rom. fieret, 5, 23.

impetrataque pax, magis ut feſſa tam diutino bello acquieſceret civitas, quam quod digni peterent, *ibid.*

quibus ſi videretur digna cauſſa, et Hannibali denunciarent, etc. 21, 6. *vid. Gronov. Obſ.* 3, 8.

eam rem minus ægre, quam dignum erat, tuliſſe Romulum ferunt, 1, 14. *i. q. æquum. Sic et* verum *pro* æquo dicitur. *vid. infra in h. v.*

auctoribus hoc dedi, quibus dignius hoc credi eſt, 8, 26.

DIGREDI ex colloquio, 35, 38.

et legati a Philippi colloquio ita digreſſi ſunt, ut præ ſe ferrent, etc. 39, 35.

DIJUNGERE, 42, 46. quod veterem amicitiam dijungeret ſibi ab Romanis. *vide B. Patruum ad Plin. Paneg. cap.* 93.

DILABI ab ſignis, 23, 18. a ſtationibus, 24, 46. *cf.* 6, 17.

dilapſi ab ordinibus hoſtes, 37, 20.

turba ex eo loco dilabebatur, 6, 17.

dilapſa eſſe robora corporum animorumque, 23, 45.

dilapſis ad prædam militibus, 4, 55.

dilaberentur in oppida, ſitu urbium mœnibuſque ſe defenſuri, 8, 29. *cf.* 9, 45.

ædes Jovis dilapſa, 4, 20.

qua dilabente (*nebula*), 41, 2. *it.* 21, 36. *de nive.*

DILATIO belli, 9, 43. *it. cap.* 45.

nec recipiente dilationem re, 7, 14.

cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet, 5, 5. *in eod. cap. eſt:* per intermiſſiones has intervallaque, *et paullo poſt:* ſi laxamentum dederis.

DILUCERE fraus cœpit, 8, 27.

dilucere, id quod erat, cœpit, 25, 29. *cf.* 3, 16.

DILUERE, 4, 14. crimenque a Minucio delatum ad ſenatum diluendum. *niſi legatur deluendum, i. e. ſolvendum.*

qui, quæ Popillius objecerat, diluere utcumque conati ſunt, 45, 10.

DIMETARI locum caſtris, 8, 38.

DIMICARE, 6, 41. dimicantes competitores.

abſentem (*patrem*) de liberis dimicare, 3, 44. *it.* de vita, 24, 26.

ut in ſingulas horas capite dimices tuo, 2, 12.

Camillum de repulſa dimicare, 6, 40. *i. e. repulſæ periculum adire.*

ſeditione inter ipſos dimicatum, quum alii ad ſe, alii ad Eumenem civitatem traherent, 39, 34.

fine

fine ulla fede vagi dimicaſſemus, ut quo victores nos reciperemus, 44, 39. *Sane impeditius dicta, nec tamen ſine exemplis. Senſus hic eſt: dicite quæſo, quo nos victores recepiſſemus, ſi ſine ulla fede vagi dimicaſſemus.*

DIMICATIO, 1, 38. dimicatio univerſæ rei. *i. e. de univerſa re.*

in caſum univerſæ dimicationis non veniebant, 22, 32.

non tulere igitur dimicationem, nec alia re, quam velocitate, tutantes ſe in caſtra refugerunt, 31, 35.

DIMIDIUM militum, quam quod acceperat, 35, 1. *Alii interpretes* quam *tollunt, alii hoc ſublato,* quos *legi volunt. Eos vide ad h. l. it. ad* 45, 18.

DIMINUERE, *vid.* deminuere. *quod verbum Livio, in locis ibi laudatis, ex auctoritate codicum, ab interpretibus reſtitutum eſt.*

DIMITTERE *ſimpliciter dicitur ſine mentione miſſorum,* 29, 37. per provincias dimiſerunt cenſores, ut—referretur numerus. *Idem obſervare licet in verbo* mittendi *et* præmittendi. *vid. Duker. ad h. l.*

ita mille equitibus Magoni—dimiſſis, 21, 54. *i. e. a Magone dimiſſis.*

Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimiſit, 22, 13. *ſcil. quum in omnibus ejus agri partibus prædatum mitteretur. vid. Drakenborch. ad* 4, 52.

ludi dimiſſi, 33, 33. *it. convivium dimiſſum,* 36, 29.

nec hæc tantum Perſeo per avaritiam dimiſſa res—ſed etiam Gentii regis parata ſocietas, et tum Gallorum effuſorum per Illyricum ingens agmen oblatum avaritia dimiſſum eſt, 44, 26. *eleganter de occaſione et opportunitate, quam quis e manibus elabi ſinit, de quo etiam* amittere *dicitur.*

novem tribunorum auxilio vetiti cauſſam in magiſtratu dicere, dimiſſique fuerant, 24, 43.

DIMOVERE, 9, 29. quod dimovendis ſtatu ſuo ſacris religionem facere poſſet. *Secundum ea quæ Burmannus ad Quinctilian. I. O.* 7, 3. *de diſcrimine verborum* demovere *et* dimovere *diſputavit, rectius h. l.* demovendis *legeretur.*

nec tamen is terror—fide ſocios dimovit, 22, 13.

DIRECTO, (*adverb.*) 1, 11. ſunt, qui eam—directo arma petiſſe dicant. *i. e. diſertis verbis; quum quidem acceptis in arcem Sabinis mercedem proditionis repoſceret. Oppoſ.* per ambages, circuitione. *Cic. Div.* 2, 61. *vid. in v. ſeq.*

DIRECTUS, 21, 19. directa percunctatio ac denunciatio belli.

in conſpectu hoſtium acie directa, 21, 47. *i. e. explicata, ordinata.*

dirigere in pugnam naves, 22, 19. *it.* equum, 2, 6. *it.* in frontem, 37, 23.

DIRIGERE, 41, 23. donec ad certum dirigatur, vanuſne hic timor noſter, an verus fuerit: *niſi cum Creverio legendum* redigatur.

DIRIMERE infeſtas acies, dirimere iras, 1, 13.

urbs Vulturno flumine diremta, 22, 15.

quod vir talis etiam præcipuum apud hoſtes ſupplicium paſſurus eſſet ob iram diremtæ pacis, 9, 8. *it. de prælio* 37, 32. *de victoria* 7, 33.

Digitized by Google

fi parum publicis fœderibus ruptis diremta ſimul et privata jura eſſe putet, 25, 18.

Publilius—loco opportune capto diremerat hoſtibus ſocietatem auxilii mutui, 8, 23. *i. e. eripuerat iis facultatem ſibi invicem laborantibus ſuccurrendi.*

qui ſe vidiſſe aut audiſſe quid dicat, quod auſpicium dirimeret, *ibid. i. e. irritum redderet. Sane rarius dictum.*

DIRIPERE, 37, 21. et, quibus ante abſtinuerant templis ſigniſque —quum hoſtiliter diripuiſſent, etc. *Videri poſſit pleonaſtice dictum. cf. cap. 17. ubi eſt:* hoſtiliter depopulari. *Similiter,* 26, 13. *Livius dixit:* inimice erumpere. *Enimvero* diripere *leniorem etiam ſignificatum habet. Eleganter v. c. denotat* cupide emere. *vid. Intt. ad Sueton. Jul. 17. et Octav. 98.*

pergunt ad caſtra diripienda, 37, 43.

DIRUERE, 42, 15. dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. *Forte cum Dukero legendum* derupta, *quem vide.*

DISCEDERE de colloquio, 32, 40.

diſcedere ab armis, 9, 14. *cf.* 29, 2. ab ſignis, 25, 20.

cum Volſcis æquo Marte diſceſſum eſt, 2, 40.

initium erat rixæ, quum diſcedere populum juſſiſſent tribuni, quod patres ſe ſubmoveri haud ſinebant, 3, 11. *int. tributim diſcedere.*

ubi hæ ſollicitudines diſceſſere, 4, 52.

diſceſſiſſe ſe a Perſeo—quum ſub ditione Perſei et ante Philippi fuiſſent, 43, 6. *i. q. deſciviſſe, defeciſſe. it.* ab ſua parte belli diſcedere, 37, 26.

DISCEPTARE, 5, 4. quam orationem non apud vos ſolum, ſed etiam in caſtris, ſi habeatur, ipſo exercitu diſceptante, æquam arbitror videri poſſe.

ubi apud conſulem inter Achæos Lacedæmonioſque diſceptatum eſt, 38, 35. *i. e. litigatum. cf.* 26, 33. *Alii legunt* ad conſulem: *quæ et ipſa forma Liviana eſt. vid. Drakenb. ad* 7, 7.

DISCEPTATIO, 38, 32. magna ibi non diſceptatio modo, ſed etiam altercatio fuit.

quæ præſentis diſceptationis eſſent, 37, 56. *i. e. quæ facile et celeriter judicari et componi poſſent, in ipſo loco, in re præſenti, atque adeo tantum in loco.*

DISCEPTATOR, 8, 23. noſtra certamina—non verba legatorum, nec hominum quiſquam diſceptator, ſed campus Campanus—et arma et communis Mars belli decernet.

diſceptatorem ait ſe ſumtum inter patrem et filium, 1, 50.

DISCERE, 10, 25. donec vel ipſe (*Fabius*)—Romam veniſſet, vel aliquem ex legatis miſiſſet a quo diſceret ſenatus, quantum in Etruria belli eſſet.

DISCERNERE, 23, 33. quo propior Italiæ (*Philippus*) ac mari tantum Ionio diſcretus.

nec, qui potirentur, incertis viribus, ſatis diſcerni poterat, 7, 9. *Sed Gronovius et Drakenborchius legi volunt* decerni.

DISCIDIUM, 25, 18. manente memoria, etiam in diſcidio publicorum fœderum, privati juris. *vid. Intt. ad h. l. imprimis Gronov.*

Digitized by Google

nov. Nempe omnia huc redeunt, ut in diſcidio *ſejunctionem, diſtractionem, in* diſſidio *diſſenſionem agnoſcamus.*

DISCIPLINA ſapientiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit, 40, 29.
tetrica ac triſtis diſciplina veterum Sabinorum, 1, 18.
juvenemque ſuis potiſſimum veſtigiis inſiſtere vellent, diſciplinæque in quâ edoctus eſſet, 24, 4. *ſcil. diſciplina ad mores et inſtituta, non ad doctrinam, pertinet; nec obeſt huic explicationi* edoctus; *nam* doceri *etiam dicuntur* equo *et* armis. *vid.* docere.

DISCORDIA, 40, 8. neque vos illorum ſcelus, ſimiliſque ſceleri eventus, deterrere a vecordi diſcordia potuit. *cf.* 4, 26.

DISCORS, 4, 26. ad alia diſcordes in uno adverſus patrum voluntatem conſenſiſſe. *cf.* 9, 3.

DISCREPARE, 8, 40. nec diſcrepat, quin dictator eo anno Cornelius fuerit. *cf.* 9, 46. *it.* 25, 28.
diſcrepat inter auctores, 22, 61. *it.* inter ſcriptores, 38, 56.
non parvo numero inter auctores diſcrepat, 29, 25.
tres duces diſcrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diverſiſſimas regiones diſtraxere, 26, 41.

DISCREPATIO, 10, 18. piget tamen incertum ponere, quum ea ipſa inter conſules populi Romani, jam iterum eodem honore fungentes, diſcrepatio fuerit.

DISCRIMEN *Præf.* haud in magno equidem ponam diſcrimine.
diſcrimine rectè an perperam facti confuſo, 1, 33.
ſalvo etiam tum diſcrimine divinarum humanarumque rerum, 5, 40.
ſine diſcrimine, Pœnus an Hiſpanus eſſet, 28, 3.
mediocre diſcrimen opinionis, 5, 6.
Servius conditor omnis in civitate diſcriminis ordinumque, 1, 42.
quæ in diſcrimine fuerunt, an ulla poſt hanc diem eſſent, 8, 35.
in diſcrimine eſt nunc humanum omne genus, utrum vos an Karthaginienſes, principes terrarum videat, 29, 17.
utrum reſpublica in diſcrimen committenda fuerit, 8, 32. *cf.* 10, 27.
in diſcrimen magnæ rei pugnare, 26, 39.
necdum diſcrimen fortuna fecerat, 10, 28.
conſilia magni diſcriminis, 31, 32.
demiſſa jam in diſcrimen dignitas, 3, 35.
quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur, 8, 24.

DISCRIMINARE, 21, 4. vigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora.

DISCURRERE, 25, 9. equitibus præcepit, ut diſcurrerent circa vias perluſtrarentque omnia oculis, ne, etc.
circa deum delubra diſcurrunt, 26, 9.
diſcurrere ad arma: ac velut accenſi rabie diſcurrunt ad portas, et in hoſtem—incurrunt, 25, 37.
ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, 25, 2.

DISCURSUS, 25, 25. ſtationes præſidiaque diſpoſuit, ne quis in diſcurſu militum impetus in caſtra fieri poſſet. *int. prædæ cauſſa facto.*

DISCU-

Digitized by Google

DISCUTERE, 21, 12. tribus arietibus aliquantulum muri discuſſit. *Drakenborchio placet* decuſſit, *ut alibi Livius, v. c.* 32, 17.
columna tota ad imum fulmine diſcuſſa, 42, 20.
diſcuſſa ea quoque *(diſceptatio)* eſt conſtantia conſulis, 38, 13.
periculum audacia diſcuſſit, 2, 52.
ut eam rem quocumque diſcuteret modo, 39, 10.
diſcuſſo Bœotico concilio (*f. conſilio*), 42, 44.
tentatum—ut rogationem ferret—per interceſſionem collegarum diſcuſſum eſt, 4, 49.
unum—momento temporis diſcuſſurum illos cœtus fuiſſe, 2, 28.

DISJICERE, 25, 14. hæc conſilia ducis—clamor militum aſpernantium tam ſegne imperium, disjecit.
disjecta tempeſtate ſtatua, 38, 56. *Forte* dejecta *ſcil. de baſi. Ciceroni quidem dicitur* ſtatua turbine dejecta. *Niſi vero membra ſtatuæ diffracta diſperſaque intelligantur. Sic enim* claſſis tempeſtate disjecta *dicitur*, 21, 49.
in vaſta urbe (*Crotone*) lateque omnibus disjectis mœnibus raras et ſtationes cuſtodiaſque ſenatorum eſſe, 24, 2. *i. e. in varias partes huc illuc procurrentia mœnia. Quamquam ipſe Livius explicat*, 24, 33. non diffidebant vaſtam disjectamque ſpatio urbem parte aliqua ſe invaſuros; *unde et patet, mœnia eſſe ipſas ædes non muros.*

DISJUNGERE, 42, 46. quod veterem amicitiam—disjungeret ſibi ab Romanis.

DISPELLERE, 4, 33. equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi. *vid. Gronov. ad h. l.*

DISPENSARE, 27, 50. diſpenſari lætitia inter impotentes ejus animos potuit.

DISPENSATIO, 4, 12. revolutus ad diſpenſationem inopiæ. (*de anguſtiis rei frumentariæ*) *cf.* 10, 11.

DISPERTITUS, 22, 7. tot in curas diſpertiti eorum animi erant.
inde exercitum per oppida diſpertit, 29, 1.

DISPERSUS, 2, 28. diſperſam et diſſipatam eſſe rempublicam.
ala equitum diſperſa toto campo, 29, 32.

DISPICERE, 40, 10. ſed, ne ſint cæcæ, pater, exſecrationes tuæ, diſcerne et diſpice inſidiatorem et petitum inſidiis.
quorum nihil quum diſpexiſſet cæcata mens, 44, 6. *verbum proprium de cæcis. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

DISPOLIARE, 45, 36. Paullum tanti belli victorem diſpoliari triumpho.

DISPONERE, 42, 46. quæ audiſſet quæque dixiſſet, ita diſpoſita, ut ſuperior fuiſſe in diſceptatione videri poſſet.
dum captivos obſideſque et prædam ex conſilio ejus diſponeret, 26, 51.
Gracchus per diſpoſitos equos die tertio Pellam pervenit, 37, 7.

DISQUISITIO, 8, 23. quia, vitione creatus eſſet, in diſquiſitionem venit. *cf.* 26, 31.

DISSERENARE, 39, 46. quum undique differenaſſet. *Opponitur* tempeſtati.

DISSERERE, 41, 6. ad differendas res, quas geſſiſſent. *cf.* 5, 4.
quum

Digitized by Google

quum de rebus ab ſe geſtis differuiſſet, 36, 39.
Canuleius pro legibus ſuis et adverſus conſules ita differuit, 4, 3. *vid.* edifſerere.

DISSIDIUM, *vid.* diſcidium.

DISSIMILIS, 5, 5. hæc ſunt, tribuni, conſilia veſtra, non, hercule, diſſimilia ac ſi quis ægro, etc.

DISSIMILITER, 27, 48. velut incerti (*elephanti*) quorum eſſent; haud diſſimiliter navibus ſine gubernatione vagis.

DISSIPARE, 2, 1. diſſipantur diſcordia res nondum adultæ.
collectis ex diſſipato curſu militibus, 2, 59.
diſſipata paſſim fuga, 28, 20. *cf.* 38, 27.
in fugam diſſipati ſunt, 8, 39.
incompoſiti, longo agmine effuſi, infrequentes, quum nocturnus terror diſſiparet, ad urbem pervenerunt, 43, 10.

DISSONUS, 30, 34. diſſonæ illis, ut gentium multarum diſcrepantibus linguis, voces. *Oppoſ.* congruens clamor a Romanis.
adeo nihil apud Latinos diſſonum ab Romana re, præter animos, erat, 8, 8.

DISTARE, 33, 1. ſequi ſe, mille paſſuum intervallo diſtantes.
decem quondam annos urbs oppugnata eſt ob unam mulierem ab univerſa Græcia: quam procul ab domo? quot terras, quot maria diſtans? 5, 4.

DISTENDERE, 3, 23. ut diſtenderent hoſtium copias.
ut diſtenderent ab apertiore loco hoſtes, 34, 29.
diſtendit ea res Samnitium animos, 9, 12.
conſules—velut in duo pariter bella diſtenderent curas hominum, 27, 40.

DISTINERE, 9, 16. duæ factiones ſenatum diſtinebant.
duæ ſenatum diſtinebant ſententiæ, 5, 20.
quæ (*res*) diſtinere unanimos videbatur, 7, 21.
ut diſtineret regem a circumſpectu rerum aliarum, 44, 35.
ne quid meam vobiſcum pacem diſtineat, 2, 15. *i. q. impediat.*
ad omnia tuenda atque obeunda diſtineri cœpti ſunt, 21, 8. *i. e. impediti, quo minus omnia tueri atque obire poſſent.*

DISTINGUERE, 9, 17. ut—varietatibus diſtinguendo opere—legentibus velut deverticula amœna—quærerem.
non diſtinguimus voluntatem a facto, 45, 24.

DISTRACTUS, 2, 57. dum tribuni conſuleſque ad ſe quiſque omnia trahunt, nihil relictum eſſe virium in medio; diſtractam laceratamque rempublicam magis, quorum in manu ſit, quam, ut incolumis ſit, quæri.

DISTRINGERE, 35, 18. Hannibalem quoque ſine mora mittendum in Africam eſſe, ad diſtringendos Romanos.
populatione oræ maritimæ diſtringere copias regis, 44, 35.

DITIO, 33, 19. in ditione Ptolemæi *eſſe dicuntur urbes quæ cap.* 20. civitates ſociæ *appellantur. cf.* 21, 60. 22, 20. *Contra* 21, 5. ea gens *in parte* magis, quam *in ditione* Karthaginienſium erat. *vid.* æquus. *it.* fœdus.
civitates omnes quæ defecerant, in ditionem redegit, 26, 21. *vid. Intt. ad h. l.*

in

Digitized by Google

in ditionem populi Romani dedimus, 7, 31. *vid. ſupra in v.* dedere. *it. in v.* deditio.

in jus ditionemque recipere, 21, 61.

voluntate conceſſerunt in ditionem, 30, 7.

ea quoque gens in ditionem venit, 32, 31.

ut decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus (*cenſoris*) eſſet, 4, 8.

DIVENDERE prædam, 1, 53. *vid. Intt. ad h. l. Vulgo* dividenda.

DIVERSUS, 42, 8. ex diverſa fuga in unum collecti.

ad caſtra, ad ſilvas diverſi tendebant, 9, 37.

diverſis ex Alpibus, 21, 31. *i. q. alia atque alia ex parte Alpium.*

diverſi Romani et rex Attalus oppugnabant, 31, 46. *i. e. ab diverſis* partibus.

auctores in diverſum trahunt, 25, 11.

Hannibalem diverſum Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ, 26, 5.

diverſi conſules ad vaſtandos agros diſcedunt, 10, 33.

tria diverſa agmina diſceſſere, 33, 15. *i. e. in contrarias partes.*

diverſæ feræ, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos, curſum deflexit, 10, 27.

diverſa ſtatuit ſigna, 9, 21. *i. e. alia adverſus urbem, alia in eos, qui liberare illam obſidione volebant.*

quum patres diverſi ad ſedandos tumultus diſceſſiſſent, 22, 56.

DIVERTERE, 38, 15. volenti conſuli cauſſa in Pamphyliam divertendi oblata eſt.

DIVES, 9, 40. ditem hoſtem quamvis pauperis victoris præmium eſſe. *cf.* 42, 34.

templum—nunc veſtigiis revulſorum donorum, tum donis dives, 45, 28.

DIVIDERE, 25, 30. quo intentius cuſtodiæ ſerventur, opportuna loca dividenda præfectis eſſe, ut ſuæ quiſque partis tutandæ reus ſit.

exercitum omnem paſſim in civitates diviſit, 28, 2. *it.* in hiberna, 37, 45.

magna multitudo in cuſtodias diviſa, 6, 3.

exiguo diviſa freto Aſia, 38, 16. *cf.* 29, 17.

diviſis bifariam copiis—ita inter ſe diviſerunt, ut, etc. 25, 32.

DIVINARE, 8, 23. neque augures divinare Romæ ſedentes potuiſſe, quid in caſtris conſuli vitii obveniſſet.

DIVINATIO quædam futuri, 26, 14*.

tacita divinatio, qualis jam præſagientibus animis imminentis mali eſſe ſolet, 25, 35.

DIVINUS pro *vate*, 1, 36. agedum, divine tu, inaugura, etc.

agentibus divina humanaque quæ aſſolent quum acie dimicandum eſt, 9, 14. *vid. ſupra in v.* deus.

divinæ humanæque ſpei pleni, 10, 40. *vid.* ſpes.

divinis humaniſque obruti ſceleribus, 3, 19. *i. e. adverſus deos, etc. cf.* 29, 18. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur, 9, 9.

neque

Digitized by Google

neque ſuum neque publicum divinum pure faciet, qui ſeſe devoverit, 8, 10.

DIVISUS, 45, 30. quam diviſui facilis. (*Macedonia*)

prædæ ac diviſui principum quibuſdam et magiſtratibus erant (*vectigalia*), 33, 46.

DIVORTIUM itinerum, 44, 2. ad divortia aquarum, 38, 45. *vid. Intt. ad* 21, 31.

DIURNUS cibus, 4, 12. *i. e. quotidianus. Sic* acta diurna *dicuntur.*

DIUTINUS, 6, 33. ex diutina pace. *it.* diutina militia, 5, 11. *it.* diutinum otium, 25, 7. *vid. Drakenb. ad* 28, 24.

DIVUS, 23, 11. ſe—his omnibus divis rem divinam feciſſe. *Divi autem pro diis non tam poëtice dicuntur, quam potius ex more formularum antiquiorum. cf.* 8, 10.

DOCERE, 5, 15. quod de lacu Albano docuiſſet. *i. e. vaticinatus eſſet.*

docendum cures (*vicarium militiæ*) equo armiſque, 29, 1.

DOCILE equorum genus, 23, 29.

DOCTRINA, 10, 40. juvenis ante doctrinam deos ſpernentem natus.

DOCUMENTUM *Præf*, documenta omnis exempli.

niſi in hunc inſigne jam documentum mortalibus dedero, 1, 28. *cf.* 28, 39.

ſi hic tibi dies ſatis documenti dederit, 8, 35. *cf.* 24, 8.

documentum ſtatui oportere, 24, 45.

ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum eſſet, *ibid.*

documentum humanorum caſuum (*Perſeus*), 45, 40.

ſatis ego documenti in omnes caſus ſum, 30, 30.

Turnus ſui cuique periculi — recens erat documentum, 1, 52.

deletum cum duce exercitum documento fuiſſe, ne, etc. 7, 6.

DOLERE, 5, 11. qui accepta clade ad Veios doleant. *al.* cladem. *vid. Drakenb. ad h. l.*

DOLOR, 3, 48. muliebris dolor, quo eſt mœſtior imbecillo animo.

nec ſatis quidquam juſti doloris eſt, quod nos ad perſeverandum ſtimulet, 5, 4.

DOMARE, 7, 32. qui omnia circa ſe—domita armis habeat.

domita ipſius fluminis vi, 21, 30.

DOMESTICUS, 9, 17. veſtigia recentia domeſticæ cladis, ubi avunculus ejus—abſumtus erat.

DOMICILIUM, 3, 57. et illi carcerem ædificatum eſſe, quod domicilium plebis Rom. vocare ſit ſolitus.

DOMINARI, 8, 31. victorem velut in capto exercitu dominantem. (*Papirium*)

dominans longinquitate poteſtas, 9, 33. *de cenſura quinquennali, quæ juſto major, non civilis videbatur, ſed regia.*

DOMINATIO, 3, 39. quanto ferocior dolor libertate ſua vindicanda, quam cupiditas injuſta dominatione, eſſet.

DOMINUS, 31, 29. quum dominum Romanum habebitis. *Sic Virgil. Æn.* 4, 214. *dominum Æneam in regna recepit.* dominorum invitatio

Digitized by Google

invitatio, 23, 8. *de convivio, cujus exhibitor* dominus *dicitur, etiam* rex.

DOMUS, 3, 5. domos remiſſæ cohortes.

domos circumlatæ querelæ, 26, 29.

gregatim quotidie de foro addictos duci, et repleri vinctis nobiles domos, 6, 36.

in domus atque in tecta refugiebant, 26, 10.

quos hieme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat, 5, 2.

dilabi domos, 44, 45. *it.* 39, 16. *it.* diſcurrere, 27, 51. *it.* reduces domos, 29, 27.

ploratus mulierum non ex privatis ſolum domibus exaudiebantur, 26, 9.

abeſſe ab domo, 5, 6. *cf.* 8, 32. *it.* 9, 9.

ſic enim domo mandatum (*legati Campani*) attulerant, 7, 31.

nec ab domo quidquam mittebatur, de Hiſpania retinenda ſollicitis, 28, 12. *domo pro* civibus *h. l. dictum eſt; refertur enim eo* ſollicitis.

duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, ſolos nominis, ſacrorum, familiæque heredes retinuerat domi, 45, 40.

publicis pariter privatiſque conſiliis bello domique intereſſet, 1, 34. domi militiæque, 3, 44. *et alibi pluries. vid. Drakenb. ad l.*

DONARE, 24, 30. bona locupletium donata *ſcil. militi.*

ſi innocentem abſolvere nollent, pro nocente donarent, 2, 35. *cf.* 3, 12.

noxæ damnatus donatur populo Rom. donatur tribuniciæ poteſtati, 8, 35. *i. e. in populi gratiam abſolutus eſt. vid.* dare *et* condonare. *cf. Gronov. Obſ.* 3, 12.

DONARIUM, 42, 28. donaque circa omnia pulvinaria dari, ſi reſp. decem annos in eodem ſtatu fuiſſet. Ita ut cenſuerant, in Capitolio vovit conſul ludos fieri, donariaque dari.

DONEC pro *quamdiu*, 4, 2. donec honorati ſeditionum auctores eſſent, non futurum finem. *cf.* 21, 10. 25, 11. 27, 38. *vid. Drakenborch. ad* 1, 7.

DONUM, 42, 61. dona—dono dabat. *Aut* dona *videtur delendum aut pro* dono dabat *legendum* donabat. *vid.* donarium. *cf.* 3, 57. *Ceterum* dona dare *uſitatius eſt Livio, quam* donum dare. *vid. Drakenborch. ad* 5, 28.

præfectos—inſignibus donis donat, 29, 35.

laudatuſque ibi magnifice et donis donatus, 25, 18. *cf.* 38, 23.

coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt, 2, 22. *alibi v. c.* 7, 38. coronæ aureæ donum.

quæ (*cratera*) donum Apollini Delphos portaretur, 5, 25.

patricium magiſtratum plebi donum fieri vidimus, 3, 67.

donum veneno illitum, 5, 2.

ſpolia in æde Jovis—cum ſollemni dedicatione dono fixit, 4, 20.

dictator coronam—in Capitolio Jovi donum poſuit, *ibid. cf.* 7, 38.

donumque—Jovi—coronam—tulere parvi ponderis, 3, 57. *i. q. attulere, obtulere.*

DORSUM, 1, 3. quæ (*urbs*) ab ſitu porrectæ in dorſo urbis Longa Alba appellata. *de monte, ut omnia quæ de corpore humano dicuntur, ad montem tranſlata ſunt, caput, latera, viſcera, pedes, etc.*

DOS,

Digitized by Google

DOS, 26, 50. ſuper dotem, quam accepturus a ſocero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent.

gloriam belli, qua velut dote Hannibal concilietur, 35, 42.

DROMADES, 37, 40. cameli, quos appellant dromadas. *vid. Bochart. Hieroz. P. I. L. II. cap. 4. Diodorus Sic. tradit Lib. XIX. p. 683. eos uno die MD. ſtadia emetiri.*

DUBIE, 1, 9. haud dubie ad vim ſpectare res cœpit. *i. q. aperte, manifeſte.*

turbavit ordines et haud dubie impulit aciem, 9, 40.

quum haud dubie fortuna hoſtium eſſet, 27, 49.

Eumene ſummæ rei diſcrimen haud dubie detrectante, 37, 18. *noſtri: ſchlechterdings.*

DUBITARE, 5, 3. id—deſiſſe dubitari certum habeo.

ſi fortuna dubitabit, 21, 44. *Similiter Tacitus (Annal. 2, 80.) de prælio dicit:* non ultra dubitatum. *i. e. haud dubius prælii exitus fuit. Quid ſi legatur* titubabit?

DUBIUS, 8, 32. an auſpicia repetenda, ne quid dubiis diis agerem. *i. e. incertæ eorum voluntate ac benevolentia.*

dubios ſententiæ patres fecerat, 33, 25. *Sic* dubius animi, conſilii, etc. *dicuntur. vid. Drakenborch. ad h. l. it. ad* 34, 43.

dubii ſocii ſuſpenſæque ex fortuna fidei, 44, 18.

gens dubiæ ad id voluntatis, 9, 15.

una ſententia dubia eſt, ut gravior ſit, 45, 24. *i. e. magis dubia, quam ut gravior ſit.*

bellum cum haud dubiis hoſtibus gerendum, 37, 49.

haud dubii Galli, 38, 17. *i. e. genuini, nondum degeneres.*

haud dubius rex, 1, 42.

milites veteres, periti hoſtium bellique, haud dubiam pugnam fecerunt, 34, 17. *i. e. victoriam celerrimam dederunt.*

ut haud dubius prætor eſſet, 39, 39. *h. e. ut haud dubie prætor futurus eſſet.*

Sextium haud pro dubio conſulem eſſe, 6, 40.

non dubius, quin exui caſtris potuiſſent, 31, 42.

haud dubium erat, expugnari potuiſſe, 38, 6.

ut in dubio poneret, utrum id matronæ ſua ſponte, an nobis auctoribus feciſſent, 34, 5.

haudquaquam dubius, opprimi Romanos poſſe, 31, 24. *cf.* 6, 14.

DUCERE, 1, 23. ducit, quam proxime ad hoſtem poteſt. *vid. Drakenb. ad l.*

Fabius, medius inter hoſtium agmen urbemque Romam, jugis ducebat, 22, 18.

protinus ad caſtra hoſtium ducere debuiſſe, 31, 38.

qui in triumpho ducti erant, 45, 42.

et vos Gentium, quam Perſea, duci in triumphum mavultis, 45, 39.

ducendo ex plebe, 4, 4. *de connubio.*

interea juris ſui jacturam aſſertorem non facere, quin ducat puellam, ſiſtendamque promittat, 3, 45.

eximendo de nervo cives veſtros, prohibendo judicatos addictoſque duci, 6, 15.

tutelæ

tutelæ deinde noſtræ duximus, quum Africo bello urgerentur, 21, 41*. *i. e. ad tutelam noſtram pertinere exiſtimavimus.*

nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus, 9, 18.

faceret, quod e republica fideque ſua duceret, 25, 7.

quod ſe magiſtrum equitum duxerit, ac non accenſum dictatoris, 8, 31.

honeſta loca ducere, 42, 34. *de primariis centurionibus alibi v. c.* 3, 44. honeſtum ordinem ducere. *vid.* ordo.

ſi leniter ducta res ſine populari ſtrepitu ad conſules rediſſet, 3, 41. *i. e. protracta.*

cicatrix ducta, 29, 32. *de vulnere, quod vixdum coire cœpit. al.* obducta.

DUCTOR itineris hujus, 1, 28.

qui haud dubie primus omnium ductor habeatur, 10, 21. *i. e. peritiſſimus dux bellicus.*

cui, ſi Karthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicii foret, 22, 61.

DUCTUS auſpiciumque, 28, 38. *P. Scipioni tribuitur, qui auſpicia non habuit.*

ut qua virtute rempublicam ab infeſtiſſimis hoſtibus defendiſſent, eadem ſe, cujus ductu auſpicioque viciſſent, ab impotenti crudelitate dictatoris tutarentur, 8, 31. *Etiam hic* ductu auſpicioque *improprie capiendum. Eſt enim oratio Fabii magiſtri equitum. Similiter cap.* 33. *magiſter equitum vocatur* imperator.

DUELLUM, 22, 10. pro *bello in formulis rogationum, aliuſque generis, ſæpius dicitur. cf.* 36, 2.

DULCEDO, 6, 41. tanta dulcedo eſt ex alienis fortunis prædandi.

dulcedo invaſit—plebeios creandi, 5, 13.

ob interpellatam dulcedinem iræ, 9, 14.

DUM *annexum particulis; adjectivis, etc. v. c.* hauddum, 10, 6. *it. cap.* 25. *cf.* 29, 11.—nulluſdum, 7, 33. *cf.* 9, 12.—nihildum, 24, 20. *it. cap.* 49.

DUM NE pro *dummodo non*, 33, 24. dum ne quis in eorum numero eſſet. *vid. Drakenborch. ad* 28, 40.

DUO, 28, 25. poſt duorum imperatorum, duorumque exercituum ſtragem. *Repetitione hac ſimilibuſque delectatus eſt Livius. v. c.* 29, 5. 28, 28. 43, 23.

ut duo (*duos*) viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret, 6, 42. *cf.* 8, 3.

ubi duæ ſimul acies timendæ eſſent, 2, 45.

DUPLICARE, 27, 11. Græcus ſermo facilior ad duplicanda verba. *i. e. componenda. v. c.* androgynus. *cf. cap.* 37.

quum conſuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria animo eſſet, 29, 36.

DUPLICARII, 2, 59. ad hoc centuriones duplicarioſque, qui reliquerant ordines, virgis cæſos ſecuri percuſſit. *Secundum Varronem duplicarii ſunt, quibus ob virtutem duplicia dabantur cibaria. cf.* 24, 47. *vid. Intt. ad ſupra l. l.*

DURARE, 1, 9. hominis ætatem duratura magnitudo erat.

vix durare quiſquam intus poterat, 38, 7. *cf.* 10, 46. *it.* 5, 2, *et cap.* 6. *vid. infra in v.* pellis.

DURARE,

Digitized by Google

DURARE, 21, 11. cæmenta non calce durata.
ipſi—tot ſubacti atque durati bellis, 42, 52.
adverſus omnia humana mala ſæpe ac diu duratum, 23, 18.
duratos eos tot malis exaſperatoſque accepit terra, 38, 17.

DURUS, 27, 48. durum in armis genus. *i. e. bellicoſum.*
dura ibi prœlia aliquot facta, 40, 16. *niſi malis cum Gronovio* dubia.

DUX, 21, 60. dux cum aliquot principibus capiuntur.
illis non ducem locorum, non exploratorem fuiſſe, 9, 5. *vid.* ductor.
ſub hoc ſacramento—hoc duce—ubi arma eſſe ſciam, huc veniam, toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hoſtes, 35, 19.
non ſuffecturum ducem unum et exercitum unum, 10, 25. *Alterutrum commode poterat abeſſe. Sed vide ad* duo *paullo ante a nobis dicta*; *it. infra in v.* plebs.
quin duces, ſicut belli, ita inſatiabilis ſupplicii futuros fuiſſe, 9, 14.
numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auſpicio res geri cœptæ ſunt, 10, 7.

E.

ECCE autem aliud minus dubium, 7, 35. *Ad tranſitum faciendum cum aliqua vi.*

ECQUIS homo ex quinque et triginta tribubus ad Hannibalem transfugerit, 23, 12. pro *an vel unus homo etc. cf.* 31, 49.
ecquem ad modum inde in apertum mare evaſuras, 25, 11.
ecquod feminis quoque aſylum aperuiſſet, 1, 9. *cf.* 3, 11.
ecquid milites ex formula paratos haberent, 27, 10.
ecquid ita non adiſſent magiſtratum, 42, 26. *i. q. quid ita, cur. Omnino* ecquid *ſimpliciter interrogat. cf.* 4, 3. *it.* 5, 52. *Plura exempla vide apud Drakenborchium ad* 27, 10.

EDERE *comedere, devorare*, 45, 39. epulas ſenatus quæ—in Capitolio eduntur,—turbaturi eſtis.
aurum in Capitolio corvi non laceraſſe tantum roſtris crediti, ſed etiam ediſſe, 30, 2.
ad exta, ſacrificio perpetrato, angues duo, ex occulto allapſi, edere jecur, 25, 16. *Vid.* adedere.

EDERE, 39, 54*. fluvius in amnem editur.
Mæander in ſinum maris editur, 38, 13.
experiri juvat, utrum alios repente Karthaginienſes per viginti annos terra ediderit, 21, 41.
novam inſulam e mari editam, 39, 56.
cuniculus—armatos repente edidit, 5, 21.
plura facinora in ſe victi ediderunt, quam infeſti edidiſſent victores, 31, 18.

ut

Digitized by Google

ut—Romani—novum de integro prœlium incluſi hoſtium vallo ediderint, 24, 16.

ut—clara ipſorum ducum (*fortuna*) ederet funera, 9, 22.

quum majorem in anguſtiis trepidantium edidiſſet cædem, 31, 24. *cf.* 10, 45. *it.* 28, 33.

trepidationis aliquantum edebant, 21, 28. *i. e. commovebant.*

tumultumque inter ſe majorem, quam in prœlio edentibus, 36, 19.

ſæpe et contemtus hoſtis cruentum certamen edidit, 21, 43.

annua æra habes, annuam operam ede, 5, 4. *i. e. præſta.*

quæque populus Karthaginienſis in civitatem noſtram facere molitus eſt, ea ut mihi populoque Rom. in civitatem Karth. exempla edendi facultatem detis, 29, 27.

decemviri juſſi adire libros edidere, 40, 45. *i. e. inde renunciavere.*

ut decemviri ſcriptum ediderunt, 42, 2.

quia ita ex fatalibus libris editum erat, 22, 10.

quæ precationes editæ ex fatalibus libris eſſent, 42, 2. *i. e. præſcriptæ.*

ad vota ſolvenda diis, munuſque gladiatorium—edendum, 28, 21.

dona data Maſiniſſæ mandataque edita, 31, 19.

edita tribunis—quæ agerentur, 45, 34.

editis hoſtium conſiliis, 10, 27. *i. e. enunciatis, proditis.* (*de transfugis*)

editi Dii, quibus ſacrificaretur, 30, 2. 40, 45. *it.* 41, 13.

vox horrenda, edita templo cum triſtibus minis, 6, 33. *cf.* 2, 7.

editi teſtes, 25, 3. *vid.* teſtis.

dies edita Flacco eſt, qua ſucceſſor eſſet venturus, 40, 39.

Cœlius triplicem rei geſtæ ordinem edit, 27, 27.

auctorem falſo Pythagoram edunt, 1, 18. *it.* 46.

eorum nomina ad ſe ederentur, 43, 14.

EDICERE exploratoribus juſſis quæ comperta afferrent, 30, 5. *i. q. referre, pronunciare.*

pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, 21, 11.

prædam omnem edixerat militibus, 8, 36.

quo die ad conveniendum edixerat novis militibus, 22, 12. *i. e. ut convenirent.*

in Sedetanum agrum, quo edictum erat, convenerunt, 29, 1.

ſupplicatio populo edicta eſt, 32, 1. *it.* 21, 62. novemdiale ſacrum.

edicto, ne quis injuſſu pugnaret, 5, 19. (*abſolute*)

edictoque, ut quicumque ad vallum tenderet—pro hoſte haberetur, 10, 36.

conſules ex SCto edixerunt, ut, qui—nautam unum cum ſex menſium ſtipendio daret, 24, 11.

edixerunt, Ligures ab Anido montibus deſcendere, 40, 38. *Sic* 37, 49, hortatur—petere. *ubi vid. Intt.*

comitiis

Digitized by Google

comitiis deinde diem edixit, 31, 49. *Sic legi vult auctoritate codicum Drakenborchius. Vide eumd. ad* 3, 38. *Sed dicit tamen Livius et* indicere concilio diem, 27, 30. *it.* 36, 6. *Quamquam etiam* dies edicta, *sed simpliciter, occurrit,* 33, 14. omnibus ad diem edictam paratis. *Eadem ratio est* delectus, *qui et* edici 2, 55. *et alibi. et* indici, 5, 19. *dicitur.* Justitium *etiam* edicere *atque* indicere *occurrit,* 3, 3. 4, 26. *vide Intt. ad h. l. it. B. Patruum ad Cicer. Phil.* 5, 12.

jubent acciri omnes, senatumque in diem posterum edicunt, 3, 38.

EDICTUM, 1, 27. ex edicto bellum gerere. *Forte legendum:* ex indicto.

dictatoris edictum pro numine semper observatum, 8, 34.

edictum proconsulis ex SCto propositum, 26, 12. *cf.* 24, 11.

profecti duo (*legati*) ut ipsi edicto evocarent, 45, 31. *cf.* 8, 35.

cum gravi edicto, si quis miles—secum extulisset, quod suum non esset, 29, 21.

ex itinere præmittere edictum, quo comitia consulibus creandis ediceret, 35, 24.

EDISCERE, 23, 28. quum—edidicisset, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret.

EDISSERERE, 27, 7. productus in concionem Lælius eadem edisseruit. *cf.* 5, 4. *ubi tamen Drakenborchius* differere *exhibuit.*

EDISSERTARE, 22, 54. neque aggrediar narrare, quæ edissertando minora vero fecere.

EDITIO, 4, 23. in tam discrepanti editione. *i. q. traditione, memoria. Præcedunt hæc verba:* Valerius Antias—consules in eum annum edunt.

EDOCERE, 32, 26. senatu vocato edoctoque, etc.

quum omnia ordine edocuisset, 24, 24. *cf.* 27, 39. *it.* 37, 25.

EDUCERE, 23, 6. missumque lictorem, qui ex urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos juberet.

educere (*ex urbe*) in castra, 4, 5. *cf.* 3, 68.

in aciem (*exercitum*) educit, 1, 23. *cf.* 21, 60. *it.* 27, 2.

consules exercitum scribere, armare, educere placet, 9, 8. *vid. Drakenb. ad* 9, 12.

ingressum eum curiam quum prætor inde eduxisset, 27, 8.

neque consules ab urbe exercitum educerent, 3, 21.

ut denorum equorum iis commercium esset, educendique ex Italia potestas fieret, 43, 5. *i. e. exportandi. Vid.* commercium.

ipse legiones e castris educit, et agmine quadrato ad hostem ducit, 31, 37.

nisi quum, vexillo in arcem posito, comitiorum caussa exercitus eductus esset, 39, 15.

in domo a parvo eductum, 1, 39. pro *educatum. vid.* disciplina *ad* 24, 4. *ubi pro* edoctus *sunt, qui* eductus *legant.*

EFFATUS, 1, 24. longo effata carmine.

et tacendo forsitan—haud minus, quam celanda effando, nefas contrahi, 5, 15.

sed

sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat, 10, 37.

EFFECTUS, 44, 41. sine ullo effectu evanescunt.

ne sine ullo effectu æstas extraheretur, 32, 9. *cf.* 40, 22.

postquam ad effectum operis ventum est, 21, 7. *i. e. quum opus efficere vellent.*

opera erant in effectu, 31, 46. *de oppugnatione urbis.*

plurimum ad effectum spei, 21, 57.

EFFERARE, 1, 19. efferatis militia animis.

efferatæ gentes, 21, 9.

hunc (*militem*) natura et moribus immitem ferumque insuper dux ipse efferavit, 23, 5.

efferavit ea cædes—omnes ad exsecrabile odium Romanorum, 33, 29.

EFFERRE, 30, 5. signa efferri sunt cœpta. *cf.* 40, 25.

signa canere ac vexilla efferri e castris jussit, 10, 19. *cf.* 27, 2.

efferre ex hibernis frumentum, 31, 33.

deam de nave accipere et in terram elatam tradere ferendam matronis, 29, 14. *paullo post:* extulit in terram *scil. de navi.*

extulit eum plebs sextantibus collatis in capita, 2, 33. *i. e. efferendum sepeliendumque curavit, sumtibus suppeditatis.*

meo unius funere elata populi R. esset respublica, 28, 28.

periculumque ingens manet—ne libera efferatur respublica, 24, 22. *cf.* 31, 29.

ut funere ampliore efferretur, 3, 18.

elato et extorri ejecto ipso populo, 31, 29.

corvus e conspectu elatus, 7, 26. *it.* pulvis elatus, 4, 33.

efferri ad justam sui fiduciam, 27, 8.

nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit, 30, 30.

scuto super caput elato, 10, 41.

Messium impetus per stratos cæde hostes—extulit ad castra, 4, 29.

legatum longius extulit cursus, 3, 5. *vid. Intt. ad* 4, 33.

EFFICAX ad eventum, 10, 39.

efficax ad multitudinem metus deorum, 1, 19.

ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati, quum senatum humi stratí movissent, rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces, 9, 20.

EFFICERE, 3, 62. id consilii animique habiturus sum, quod vos, milites, mihi effeceritis.

unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, 23, 25. *vid. Intt. ad h. l.*

ad duo millia ferme boum effecta, 22, 16. *i. q. collecta, confecta.*

EFFIGIES, 26, 41. quemadmodum nunc noscitatis in me patri patruique similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutisque exemplum expressam ad effigiem vobis reddam, etc.

EFFLAGITARE, 3, 60. efflagitatum ab ducibus signum pugnæ accepere.

EFFO-

Digitized by Google

EFFODERE, 22, 3. ſignum effodiant, ſi ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.

EFFRENATUS, 37, 41. hæc velut procella—ita conſternavit equos, ut repente, velut effrenati, paſſim incerto curſu ferrentur.

libertas effrenata et præceps, 34, 49. *h. e. quæ effrenatos homines efficit, et ad perniciem præcipitat.*

EFFRINGERE, 1, 29. effractis portis, ſtratiſve ariete muris, aut arce vi capta.

per effractam portam urbem ingreditur, 24, 46. *paullo ante eſt:* moliri portam.

EFFRENUS equus, 4, 33. *præceſſerant hæc:* frenos ut detrahant equis imperat. *paullo poſt:* liberi frenis equi.

EFFUGERE, 22, 33. adeo—nullius uſquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. *h. e. a Romanis negligebatur, ſ. per oblivionem omittebatur.*

et propinquæ clade urbis ipſi, ne quid ſimile paterentur, effugerunt, 36, 25. *i. e. et Lamiaci tum excidium effugerunt, quia urbs propinqua Heraclea exciſa erat ante, quam in deditionem veniſſent.*

quum e carcere nocte effugiſſet, 37, 46.

Nolani per averſam partem urbis via Nolam ferente effugiunt, 8, 26.

EFFUGIUM, 23, 1. ni—naves piſcatoriæ pleræque conſpectæ peritis nandi dediſſent effugium.

EFFULGERE, 28, 15. qualis (*ſol*) inter graves imbre nubes effulget. *Dicitur hoc verbum de iis, quæ ſubito fulgent.*

EFFUNDERE, 31, 44. Athenienſium civitas, cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat, id omne in auxilii præſentis ſpem effundit. *Non ſatis reſpondent ſibi* moderari *et* effundere.

quantumcumque virium habuit, in certamine primo effundit, 10, 28.

ut—portis omnibus ſeſe effunderent, 26, 5. *cf. cap.* 10. *et* 19.

certaminis ſtudium effudit equitatum, 30, 11. *i. e. effecit, ut prorumperet et impetum faceret.*

equus—quum prolapſum per caput regem effudiſſet, 27, 32. *cf.* 22, 3.

ab rapido curſu circumagendo equo effuſus, 10, 11.

ſupremo auxilio effuſo, 30, 32.

in nocturno effuſo tam late incendio, 30, 5.

Mantuæ ſtagnum effuſum Mincio amni cruentum viſum, 24, 10.

quum improvidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſuperaſſent, 2, 50.

effuſos ſequentes equites—revocatos circumdedit peditibus, 21, 55. *Forte* effuſe ſequentes *legendum. it.* 31, 37. *ubi* effuſi pugnantes *leguntur. Sed* effuſi *ſimpliciter*, 10, 19. *pro* fugientibus *dicuntur. Vid.* fuga.

equites hoſtium—effuſi caſtris, 38, 20.

ſi qua licentia populando effuſus exercitus, 9, 31. *cf.* 22, 3.

præda impletos, in tantam licentiam ſocordiamque effuſos etc. 25, 20. effundantur in luxuriam, 34, 6.

Digitized by Google

pars principum ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem immodico favore corrumperent, 42, 30.

EFFUSE, 40, 48. ut—ad castra effuse fugerent.

effusius sequentes barbaros consexit, *ibid. it.* 43, 23. effusius persequi.

effusius, ut sparsis hostibus fuga, prædati sunt, 34, 16.

EFFUSIO, 44, 9. nondum hac effusione inducta. (*de ludis circensibus apparatissimis.*)

EGENUS, 9, 6. omnium egeni corpora humi prostraverunt.

EGERE, 3, 56. rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset.

sanguinis se Æquorum non egere, 3, 28.

EGERERE, 5, 22. humanæ opes egestæ a Veiis.

prædam ex hostium tectis egerentem (*victorem*), 6, 3. *cf.* 9, 31. *it.* 25, 25.

EGO, 6, 7. vos in me nihil, præter me ipsum, intueri decet.

ad illa mihi pro se quisque acriter intendat. *Præf. Illud* mihi *eleganter abundat. Vid.* mihi.

EGREDI urbem, 3, 57. 1, 29. *cf.* 25, 8. 29, 6. egressus navem, 45, 13.

consul e curia egressus, 2, 48.

egredi inde in pacata sociorumque populi R. fines Samnitem prohiberent, 10, 32.

quantum in altitudinem egrediebantur, 40, 22. *cf.* 26, 44.

in vadum egressum eminus veruto—transfigit, 8, 24.

vestitu forensi ad portam est egressus, 33, 47. *i. e. egressus domo perrexit.*

egredimini extra portam, 3, 68.

qua noctis hora, quaque porta, et quam in viam egressurus, 9, 16.

venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi, 9, 6.

se oraculo (*Delphico*) egressum extemplo his omnibus divis rem divinam ture ac vino fecisse, 23, 11.

EGREGIE, 9, 26. rei facti adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur.

qui equitatum hostium egregie vicissent, 21, 40.

EGREGIUS cetera, 1, 32. senatus, 2, 49.

egregium par consulum, 27, 34.

consici se pugnantem egregium ducebat, 31, 24. *i. e. non velut unum de grege, sed insignem.*

victoria egregia parta, 2, 47.

EJICERE, 7, 39. nervos conjurationis ejectos arte consulis cernentes. *Non placent interpretationes τῦ* ejectos *ipsis earum auctoribus. Itaque videtur* exsectos *cum Puteano legendum h. e. incisos. Ita etiam tropus continuatur: quamquam Livius non semper in troporum continuatione sui memor est; uti modo ad v.* effundere, *alibique passim observavimus.*

si qua (*porta*) forte se in agros ejicere possent, 6, 3. *cf. cap.* 9. pars velis datis ad Chium naves ejecere, 44, 28. (*de fuga navali*). naves ejectæ *scil. per tempestatem*, 33, 41.

bis

Digitized by Google

bis ex curſu Dyrrachium ejectos, 44, 19. *Drakenborchius et Gronovius legi volunt* rejectos. *Illud proprie dicitur de iis, qui ſunt tempeſtate ablati, eo quidem, ubi nondum fuerant, nec quo tetenderant. Sic Virgil. Æn.* 4, 373. *ejectum littore egentem Excepi etc. Hoc autem loco ſermo eſt de bis retro Dyrrachium, unde ſolverant, delatis.*

e ſenatu ejecti ſunt, 43, 15. *alias* moti ſenatu, *quod proprie dicitur. it.* ejecti de ſenatu, 40, 51.

patriæ meique (*memoriam*) ejeceritis ex animis veſtris, 28, 28.

ELANGUESCERE, 1, 46. ut elanguescendum aliena ignavia effet.

differendo elanguit res, 5, 26.

ELEGANS, 44, 9. ex parte elegantioris exercitii quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum uſum.

ELEGANTER, 35, 31. ex principibus unus magnæ tum ob eleganter actam vitam auctoritatis. *i. e. prudenter et cum dignitate.*

neminem elegantius loca cepiſſe (*de duce bellico*), 35, 14. *i. e. prudentius, magis ſcite. Similiter Tacitus Vit. Agric. cap.* 22. *non alium ducem opportunitates locorum ſapientius legiſſe.*

elegantius facturos dixit, ſi judicio Patrum, quam ſi ſorti etc. 37, 1. *Sic ſæpe Cicero.*

ELEPHANTI, 27, 49. *eorum* rectores *et* magiſtri. *vid.* Indus.

elephanti caſtellorum procul ſpeciem præbebant, 28, 14.

ELEVARE, 9, 37. Samnitium bella extollit, elevat Etruſcos. *cf.* 32, 21. 43, 11. *it.* 44, 44.

cujus (*Catonis*) auctoritatem, perpetuo tenore vitæ partam, toga candida elevabat, 37, 57. *cf.* 6, 23.

elevabatur index indiciumque, 26, 27. *i. e. minuitur ejus fides. cf.* 28, 43. *it. cap.* 44.

ELICERE, 1, 20. ad ea elicienda ex mentibus divinis Jovi Elicio aram in Aventino dicavit.

quæ ætas formaque miſericordiam elicere poterat, 8, 28.

elici poſſe ratus ad equeſtre certamen Romanos, 42, 64.

ad colloquium vatem elicuit, 5, 15.

ELIDERE, 21, 45. caput pecudis ſaxo eliſit, *i. q. percuſſit.*

ELIGERE, 28, 19. ab hac cohortatione ducis incitati ſcalas electis per manipulos viris dividunt. *alibi:* delecta juventus.

loca pacata me ad hibernacula electurum, 40, 35. *Alii* lecturum. *cf.* 35, 37.

ELINGUIS, 10, 19. quod ex muto atque elingui facundum etiam conſulem haberent.

ELUCTARI, 24, 26. tenentibuſque, quum tot ac tam validæ eluctandæ manus eſſent, ſeſe eripuerunt.

ELUDERE, 2, 45. adeo ſuperbe inſolenterque hoſtis eludebat. *i. e. irridebat.*

jamque adeo licenter eludebant, ut ad mare devectam prædam venderent mercatoribus, 29, 31.

ex eo ira regi mota, eludenſque artem etc. 1, 36.

laborem irritum eludentes, 9, 2. *cf. cap.* 6.

nos omnibus contumeliis eludunt, 7, 13.

bellum quiete, quietem bello eludere, 2, 48. *cf.* 44, 36.

quum velocitate corporum, tum armorum habitu, campeſtrem

Digitized by Google

hoſtem, gravem armis ſtatariumque, pugnæ genere facile elusit, 22, 18.

eludere miraculis fidem, 26, 19. *i. e. miraculorum fidem irritam reddere, atque etiam tollere.*

ſi, quemadmodum Fabius meas res geſtas in Hiſpania elevavit, ſic et ego contra gloriam ejus eludere etc. 28, 44. *paullo plus videtur, quam* elevare; *nimirum deprimere et ad contemtum adducere. Ceteram aut* et *aut* contra *delendum videtur.*

EMANARE, 29, 24. periculum erat, ne vera, eo ipſo quod celarentur, ſua ſponte magis emanarent. *cf.* 8, 3. *it.* 44, 35.

multis emanabat indiciis, neque fratrem etc. 3, 24. *cf.* 7, 39. *it.* 40, 54.

EMANCIPARE, 7, 16. quod mille jugerum agri cum filio poſſideret, emancipandoque filium fraudem legi feciſſet.

EMENDABILIS, 44, 10. in rem emendabilem viſus lapſus eſſe.

EMENTIRI, 1, 8. qui—natam e terra ſibi prolem ementiebantur. *cf.* 25, 3.

vanitas ementiendæ ſtirpis, 9, 18.

auſpiciis ementiendis, 21, 63.

EMERE, 36, 11. princeps civitatis emtus donis.

neque Baſtarnæ emto contenti eſſe poterant, 40, 58. *i. q. præda promiſſa.*

Cato atria duo—et quatuor tabernas in publicum emit, 39, 44. *cf.* 44, 16.

EMERGERE, 1, 13. ubi ex profunda emerſus palude equus Curtium in vado ſtatuit. *cf.* 22, 3.

ægre in apertos campos emerſit, 21, 25. *ſcil. e ſaltibus.*

donec luna in ſuam lucem emerſit, 44, 37.

cujus populi vis atque virtus non obruta ſit Cannenſi clade, ex omni profecto fævitia fortunæ emerſuram eſſe, 25, 38.

quantum vixdum e naufragiis prioris culpæ cladiſque emergentes paremus nefas? 5, 52.

emerſo ab admiratione animo, 8, 7.

EMERITUS, 37, 4. qui emerita ſtipendia ſub imperatore P. Africano habebant. *cf.* 39, 38. *it.* 42, 34.

ut Æbutio emerita ſtipendia eſſent, 39, 19. *h. e. ut vacationem militiæ haberet, velut emeruiſſet ſtipendia, præmii quidem loco.*

non juniores modo, ſed emeritis etiam ſtipendiis—ad nomina danda præſto fuere, 3, 57. *i. e. ii, qui ſtipendia emeruerant. Sic* 2, 23. magno natu *i. q. ſenex. Similiter* circa prætorem, *ut ſupra notavimus, ſunt* prætoris comites.

EMETIRI *paſſive*, 43, 21. itinere ingenti emenſo. *cf.* 21, 30.

Pæoniam inde et Thraciam, pugnando cum ferociſſimis gentibus, emenſi etc. 38, 17.

EMICARE, 44, 10. ſaxis tormento emicantibus. *i. e. erumpentibus, proſilientibus.*

ſcaturigines turbidæ et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam cœperunt, 44, 33. *i. e. cum vehementia propullulare.*

EMINERE, 2, 5. eminet patrius animus inter publicæ pœnæ miniſterium. *i. e. conſpicitur, quamvis oppreſſus.*

eminet

eminet in omnium vultu pigritia ac desperatio, 21, 35.
eminent privata studia inter honores publicos, 2, 10.
ita, ut per costas ferrum emineret, 8, 7.

EMITTERE, 1, 58. moriere si vocem emiseris.
vox cœlo emissa, 5, 51.
ex lacu Albano aqua emissa, 5, 15. *Verbum proprie in hoc genere usurpatum*; *nam et* emissarium *est canalis illi negotio destinatus.*
ut Ætolorum auxiliares sine fraude emitterent. *i. e. sine noxa exire paterentur.* ut Punicum præsidium sine fraude emitteretur, 24, 27. *cf.* 34, 40.
et cohortes invicem sub signis, quæ cuneum Macedonum—vi perrumperent, emittebat, 32, 17. *et paullo post:* pilis emissis. *cf.* 33, 36.
equites in hostem emisit, 4, 18. *it.* 6, 13. equitum turmæ emissæ. *it.* 30, 18.
hastam in fines eorum emittebat, 1, 32.
inde (*e jugis*) milites (*prædam facturos*) emisit, 9, 36.
sub quo (*jugo*) emissi essent, 9, 6. *cf. cap.* 42. *it.* 3, 29.
veniam dedimus precantibus; emisimus ex obsidione, 21, 41.
emissus hostis de manibus, 21, 48. *al. e manibus.*
libraque et ære liberatum (*Manlius*) emittit, 6, 14.
quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiserat, 24, 18.

EMOLLIRE, 37, 41. humor arcus fundasque—emollierat. *Sic Ovidio Heroid.* 4, 91. *dicitur* arcus mollis.

EMOVERE, 6, 38. plebem emovere de medio (*per lictores*) *it.* 25, 1. multitudinem e foro.
neque enim (*censorem*) si tribu movere posset—ideo omnibus quinque et triginta tribubus emovere posse, 45, 15. *paullo post* removere *dicitur.*
emotis curia legatis, 30, 23.
pestilentia ex agro Romano emota, 41, 21.
nequidquam emotus ultra juga Tauri montis, 38, 12. *cf.* 26, 34. *Sic et* evolvere *dicitur, ut suo loco monuimus.*

EMUNIRE, 21, 7. murus supra ceteræ modum altitudinis emunitus erat. *cf.* 26, 46.
locus, saxo quadrato septus atque arcis in modum emunitus, 24, 21.

EN umquam, 24, 14. pro *ecquando, umquamne. cf.* 4, 3. 9, 10. 10, 8. 30, 21.

ENARE, 44, 28. pars eorum, qui propiores continenti littori erant, in Erythræam enarunt.

ENARRARE, 27, 50. neuter animi habitus satis dici enarrarique potest.

ENASCI, 43, 13. palmam in area enatam. *cf.* 32, 1. *it.* 42, 2.

ENECARE, 21, 40. effigies, immo umbræ hominum, fame—squalore enecti etc. *i. e. enectis similes. Similiter* exanimes *dici solent. vid. infra in h. v.*

ENERVARE, 23, 18. enervarunt corpora animosque.
ademtis maritimis civitatibus, enervatam tyrannidem, 35, 12.

ENIM, 7, 32. patricius enim eras: pro *at enim vero. Sic etiam Græcis γὰρ objectionibus servit.*

Digitized by Google

tum Metilius, id enim ferendum esse negat, 22, 25. pro *autem, vero, sed cum vi aliqua.*

diis quoque enim, non solum hominibus, debetur, 45, 39. *Sic, tertio loco a principio periodi, varius occurrit.*

enim miser res est, 23, 45. *vulg.* en nunc. *vid. Intt. ad h. l. it. ad* 34, 32. *Rectissime Cel. Strothius illo in loco* enim *restituit.*

ENIMVERO tum Latini gaudere facto, 2, 22. *auget ea particula quocumque modo.*

enimvero manifesta res visa, 1, 51. *affirmandi caussa positum. cf.* 24, 31.

enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse, 2, 45. *indignationem h. l. indicat. cf.* 10, 35.

ENISE, 26, 47. si ad ministeria belli enise operam navassent. *cf.* 28, 35. *it.* 31, 11. *it.* enisius, 29, 1.

ENISO studio, 42, 3.

sensit ergo eventus virtutis enisæ opem, 6, 24.

ENITERE, 22, 27. in tantum suam felicitatem virtutemque enituisse!

in eo bello et virtus et fortuna enituit Tullii, 1, 42.

dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, 4, 3.

ENITI, 2, 65. tum rursus impetu capto enituntur atque exsuperant iniquitatem loci. *Locus plane exhibens significationem propriam vocis* enitendi; *ascensu enim qui pervadunt aliquo, hi* enituntur. *Vid.* obniti.

vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros, 29, 15.

ENIXE, 4, 26. utrimque enixe obeditum dictatori est. *cf. cap.* 41.

ENUBERE, 4, 4. neque vestras filias fororesque enubere finendo e Patribus. *cf.* 10, 23. *it.* 39, 19. *it.* 26, 34.

ENUNCIARE, 39, 10. coacta (*Fecenia*) caritate ejus silenda enunciasset. *Sermo est de secretis sacrorum Bacchanalium; tanto major est hujus loci proprietas. Vid.* nunciare *et* obnunciare. *cf.* 10, 38. 23, 35. 25, 13.

ENUPTIO gentis, 39, 19. *i. q. e gente, cujus liberta esset. Paullo post: utique ei ingenuo nubere liceret.*

EO, 1, 11. eo scuta illi pro aureis donis congesta. *i. q. ideo. cf.* 2, 48.

ubi spectaculi tempus venit, deditæque eo mentes essent, 1, 9. *nisi cum Cel. Schellero* ei *legatur.*

eo difficilior oratio erit, quod—futura sint, 37, 53.

adderet eo triginta naves, 27, 22.

eo impendi laborem, unde etc. 4, 35.

Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant) occurrunt, 7, 32.

quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens, 44, 7.

in haud magna oppida—eo et commeatus comportabant, 25, 27.

EODEM, 1, 5. scisciteandoque eodem pervenit. *Significatio propria locum non habet. Itaque legendum* videtur cum Creverio *eo demum.*

additi eodem haud ita multo post novi cives, 1, 33.

Edessa

Digitized by Google

Edeſſa quoque et Bercea eodem conceſſerunt, 45, 29. *i. q. eidem regioni annumeratæ ſunt.*

EPULÆ, 45, 39. epulas ſenatus, quæ—in Capitolio eduntur,—turbaturi eſtis?

ut vino epuliſque ſopitos hoſtes aggrederetur, 8, 16. *cf.* 23, 18.

EPULARI, 44, 31. cum prætore eo die honorifice eſt epulatus.

EQUES, 28, 9. illum equitem ſex dierum ſpatio tranſcurriſſe longitudinem Italiæ. *i. e. equo iter facientem. cf.* 26, 2.

equites virique, 21, 27. *i. q. equites et pedites.*

non plus triginta millibus hominum, et quatuor millibus equitum, 9, 19. *vid.* homo.

non peditі ſolum cedere, ſed ne equitem quidem ſuſtinere peditis præſidio audentem, 30, 11. *cf.* 9, 13.

prætor ſuos equites catellis ac fibulis donavit 39, 31.

equitem ad pedes deducere, 4, 40. *i. e. pedeſtri militia fungi jubere.*

equites extraordinarii ſiniſtræ alæ, 40, 31.

equites illuſtres, 30, 18. *i. e. nobiles, ſive genere, ſive opibus, ſive virtute, ſive quacumque alia re, quæ præ ceteris claros illos et inſignes fecerat.*

EQUESTER terror, 27, 42. *i. e. ab equite incuſſus.*

equeſtris a tergo tumultus, 27, 1. *quædam edd. veteres habent* equeſtres, *quod factum videtur ex* equeſter, *idque ſane reſtituendum. Similiter* equeſtris terror *in vulgatis fuit cap.* 42. *Drakenborchius e veſtigiis optimi codicis reſtituit* equeſter, *ut ante placuerat viris doctis. Ad eumdem fere modum peccatum eſt in voce* celebris. *vide B. Patruum ad Tacit. Annal.* 2, 88.

ubi primum fremitum equeſtrem audivit, 40, 31. *Sic legendum videtur. Vulgo* equeſtrium.

equeſtris procella, 10, 5. *cf.* 29, 2. 30, 18.

equeſtria arma, 35, 23.

EQUIDEM *alii, quam primæ, perſonæ jungi Livio Drakenborchius dicit ad* 5, 54. *ſed non affert exempla; modo amandat lectorem ad alias animadverſiones, ad* 8, 20. *it.* 34, 5. *ubi non magis exemplorum quidquam aut aliarum auctoritatum reperitur. Vid. Clav. Ciceron. et qui ibi laudantur.*

EQUITATUS pro *ordine equeſtri*, 39, 44. in equitatu recognoſcendo L. Scipioni Aſiageni ademtus equus. *it.* 38, 28. in equitatu recenſendo mitis admodum cenſura fuit.

EQUUS tenax, 39, 25. *Sic Ovid. Amor.* 3, 4, 13. *equum contra ſua frena* tenacem *dixit.*

equis viriſque—immenſum obtinentes loci, 5, 37.

ad alium virorum, equorum, armorumque ſonum diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo—tantum edidit clamorem etc. 26, 5. *Vid.* arma.

illa petentibus data, ut denorum equorum iis commercium eſſet, educendique ex Italia poteſtas fieret, 43, 5. *Vid.* commercium.

curules equi, 24, 18. *i. e. circenſes, qui in votivis circenſibus adhiberentur. Sic Dukerus ad h. l. explicat.*

Digitized by Google

ERGASTULUM, 2, 23. ductum se ab creditore, non in servitium, sed in ergastulum ac carnificinam esse.

ERGO, 25, 12. victoriæ, non valetudinis, ergo. *cf. cap.* 7. *it.* 22, 38. honoris ergo, 1, 18.

itaque ergo, 1, 25.

ERIGERE, 7, 29. ut in hanc magnitudinem, quæ vix sustinetur, erigi imperium posset.

erigendæ ex tam gravi casu reipublicæ, 6, 2.

agrarii se in spem legis erexerant, 3, 1.

multos—populos ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt, 21, 19.

sensim ad montes succedit: inde, ubi satis subisse sese ratus est, erigit totam aciem, 1, 27.

dolonibus erectis, 36, 44. *i. e. sublatis, ut ibidem dicitur.*

erigere agmen in adversum clivum, 9, 31. *cf. cap.* 43.

in colle—aciem erexit, 10, 26. *al. in* collem.

semitam angustam et arduam erectam ex oppido in arcem ostendisset, 9, 24.

quum plebs in foro erecta exspectatione staret, 2, 54. *alias* suspensa: *sed illud lætius. Interdum tamen utrumque junctim dicitur v. c.* 1, 25. erecti suspensique.

erecta civitas in exspectationem belli, 21, 20.

quum hæc exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret, 23, 45.

ERIPERE, 23, 45. ubi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? *Locus obscurior.*

senatus—consulem—jussit—coloniam ex hostibus eripere, 41, 14. *cf.* 5, 51. *it.* 8, 33.

per amfractus montis ignotos sequentibus se eripuit, 29, 32.

jure an injuria eripiendos esse reos, 2, 54. *i. e. legibus solvendos, periculo subtrahendos.*

EROGARE, 1, 20. unde in eos sumtus pecunia erogaretur.

argentumque pro eis debitum—tardius erogaretur, 22, 23.

ERRARE, 31, 12. fœda omnia et deformia, errantisque in alienos fœtus naturæ visa.

ERROR, 31, 33. parum gnarus (*Philippus*) quam partem petisset consul, alam equitum ad explorandum—misit. Idem error apud consulem erat. *i. q. ignorantia, inscientia.*

sequitur hunc errorem alius error, Cursore Papirius—an etc. 9, 15. *i. e. dubitatio, id quod e particulis* ne *et* an *intelligitur. cf. cap.* 45. vestigia in omnes æque ferentia partes primo errorem faciebant. *it.* 27, 47. castra nihil aucta errorem faciebant.

per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens haud multum processit, *ibid.*

et, mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat, 22, 1. *i. e. fraude f. errore insidiantibus offuso.*

ERUMPERE, 7, 21. curæ privatæ erumpebant in publicis certaminibus. *cf.* 36, 7.

cum erumpentibus a porta—prœlium commiserunt, 34, 26.

per

Digitized by Google

per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus, 22, 50.
rem ad ultimum seditionis erupturam, 2, 45.
quoties in obsidentes, quam inimice, eruperimus, 26, 13.
circa se conglobatos erumpere jubet, 29, 33. *i. q. aggredi, adoriri. Ita et* eruptio, 38, 13. *de impetu facto dicitur. cf.* 9, 37.
ESCENDERE, 8, 33. ex curia in concionem itur: quo—magister equitum quum escendisset, deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jussit.
consuli ad quadrigas mittendas escendenti, 45, 1. *vid. Sueton. Ner. 22. Salmas. ad Solin. p. 647.*
usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non escendit, 7, 30.
ESSE, 9, 4. quum diu silentium fuisset. *i. q. obtimuisset.*
dictum imperatoris erat, ipsum militaturum, qui ita non fecisset, 29, 1.
prætor in Hispania fuerat, 41, 27. *i. e. forte ei provincia hæc evenerat, quam non adiit.*
a quo (*dictatore*) provocatio non est, 2, 29. *i. q. non conceditur, a quo provocare non licet.*
ut tot cladibus edocti, tandem deos et jusjurandum esse, crederent, 30, 37. *i. q. vim habere, validum esse.*
est cœleste numen! es, magne Jupiter! 8, 6.
fides ea est, me vera loqui, 21, 13. *h. e. id fidem facit, probat, me v. l.*
sunt, qui eo die magno prœlio pugnatum auctores sint, 42, 66. *cf.* 6, 20.
quod quidem continens memoria sit, 5, 34. pro *contineat.*
quidnam se futurum esset, 33, 27. *pro* de se *ut nonnulli legi volunt. Illud ἀχαίνως dicitur, ut apud Terentium sæpius.*
divi quoque in eo (*responso oraculi*) erant, 23, 11. *scil. nominati.*
quæ verbo objecta verbo negare sit, 42, 41. *ex more Græcorum dictum. Sic* 44, 39. quanto facilius abire fuit pro *licuit.*
famæ magnæ malle, quam bonæ, esse, 6, 11.
perbrevis ævi Karthaginem esse, 28, 35.
hominum, non causarum toti erant, 3, 36. *cf.* 6, 14.
rari aditus *scil. decemviri* erant, 3, 36.
omnis senatus Hannibalis erat, 21, 11.
plebs novarum rerum tota esse, 23, 14.
quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ, 22, 15.
quod adeo toti plebis fuissent (*consules*), 3, 59.
suarum rerum esse, amissa publica, 3, 38.
esse legitimorum stipendiorum, 23, 25.
non esse modestiæ populi Rom. id postulare, 6, 39.
si Claudiæ familiæ non sim, 6, 40.
cujus (*Æmilii*) tum fasces erant, 8, 12.
ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ ejus, 8, 32.
non esse potestatis suæ, 31, 45.
ea civitatis Rhodiorum essent, 37, 55. *h. e. ei parerent.*

Digitized by Google

qui Samnitium forent, 9, 42. *Opp. ſocii Samnitium.*

Dolopes numquam Ætolorum fuerant, Philippi erant, 38, 3.

quæ partis Ætolorum maluerant eſſe, 36, 42.

præter Capitolium atque arcem, omnia hæc hoſtium erant, 6, 40.

ut aut amicorum aut inimicorum Campani ſimus, 7, 30.

conſulis morientis prope totus exercitus fuit, 22, 50. *i. e. favit ei, adhæſit, eum imitatus eſt.*

eorum hominum Attalus erat, 45, 19.

Alipheram— quod ſuorum fuiſſe finium ſatis probabant, reſtituit, 28, 8.

pars altera regiæ adulationis erat, 42, 30.

qui fideles nobis ſocii, qui dubii ſuſpenſæque ex fortuna fidei —viderentur, 44, 18.

quindecim oppida, hominum viginti millia eſſe dicebantur, quæ ſe dediderant, 32, 29.

æquandæ libertatis hoc eſt, 3, 31. *i. e. valet, vim habet ad æquandam libertatem. Forma Livio frequens. cf.* 38, 50. *vid. Drakenborch. ad* 5, 3.

et concordiæ et libertatis æque minuendæ eſſe, 34, 54. *cf.* 27, 9. 40, 29.

quorum tutelæ ea loca eſſent, 1, 6.

ut contra eo violentior poteſtas tribunicia impediendo delectui eſſet, 6, 31. *quamquam ſunt qui legant* delectu. *Eadem variatio eſt in forma dicendi:* ære ſolvendo eſſe, 31, 13. *quum et melius et uſitatius ſit æri ſolvendo* eſſe. *Idem enim eſt, quod* ſufficere æri ſolvendo. *Similiter* triumviri monetales *rectius dicuntur, uti convenit inter viros doctos,* æri flando feriundo *quam* ære f. f. *Nam hæc quidem forma antiquior eſt. Comparetur cum loco ſuperiori,* 10, 5. ſatis fretus eſſe etiam nunc tolerando certamini legatum etc. *cf.* 30, 9.

ut divites conferrent, qui oneri ferendo eſſent, 2, 9.

ſitne aliquis plebeius ferendo magno honori, 4, 35. *cf. cap.* 43.

ne claſſi hoſtium prædæ ac præmio eſſent, 31, 28.

vel hic dies argumento erit, 39, 51.

quod etſi non jure fiat, tamen argumentum eſſe etc. 3, 55. *Sic et* documento *it.* documentum eſſe. *vid. Drakenb. ad* 7, 6.

neutra res mihi nec gloriæ nec crimini ſit, 40, 15. *it.* curæ, 10, 25.—diviſui, 1, 54.—honori, 4, 2.

ut ad omnes conatus regis impedimento eſſet, 44, 46. *cf.* 28, 43. 35, 38.

quæ ne in poteſtatem quidem populi Rom. eſſent, 2, 14.

portus in poteſtatem Locrenſium eſſet, 24, 1.

ut, quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent, 23, 49.

cognitis mox, quæ noſci prius in rem eſſet, 44, 19.

prætores trahenda re eſſe, 24, 27. *Sic* ære ſolvendo eſſe, *ut ſupra notavimus. Itaque non adſtipulor Dukero* in trahenda r. e. *legenti.*

in oculis exemplum erat Fabius Valerio, 8, 35.

quæ in diſcrimine fuerunt, an ulla poſt hanc diem eſſent, *ibid.*

in

Digitized by Google

in pace esse, 23, 42. *it.* 5, 4. *cf.* 31, 29. *it.* 38, 33. *it.* in bello.

civitatem in lætitia, victoria, supplicationibus, ac gratulationibus esse, 8, 33.

in invidia esse, 29, 37. *it.* in rixa, 40, 14.

quum, Publilium avocari ab spe capiendæ in dies urbis, haud e republica esset, 8, 23. *cf. cap.* 32. *ad quem locum vide Drakenborchium.*

ut, si vita longior contigisset, magni justique regis in eo indolem fuisse appareret, 35, 15. pro *futuram fuisse.*

ut, si antiqua civitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint, 38, 31. *i. q. fuisset. cf. cap.* 43. qui sibi quum in pace essent, imperataque a prioribus consulibus fecissent, et eadem præstare obedienter M. Fulvio parati essent, bellum illatum questi etc.

et difficilior facta oppugnatio erat, 34, 29. pro *esset. Vid. quos laudat Arntzen. ad Plin. Pan.* 8. *it. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 52.

opus esse sibi domino ejus convento, ait; nunciaret, T. Manlium, L. filium esse, 7, 5. pro *adesse.*

esse, quod eosdem reficerent tribunos plebis, 6, 39.

hoc illud esse—quod æra militibus sint constituta, 5, 2.

quid esse aliud quam minari se proditurum patriam, 4, 2. pro *quid id esse aliud quam etc. cf. cap.* 4. *it.* 6, 40.

ET, 2, 18. Valerium, spectatæ virtutis et consularem virum. *Sæpius enim* et *jungit diversos casus atque etiam diversas constructiones, veluti,* 36, 31. Quinctio occurrit; et, quum cauſſas oppugnationis exponeret, castigatum leniter—dimittere exercitum jussit etc.

manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere, 3, 46. et *h. l. pro* id est *accipi debet. vid. Drakenborch. ad h. l.*

reliquorum sui moris, et copia Græcorum artificum, 41, 20. pro *reliquorum spectaculorum Syriaci moris,* hoc est, *copia Græcorum artificum.*

sed et injuriæ dolor—et quia gravior—tum Servio occiso etc. 1, 40. *i. e. non solum—sed etiam—præterea.*

et *sæpius omissum. Vid. Drakenborch. ad* 3, 68.

et *sæpius, inter duo substantiva, omissum. e. g.* 32, 3. *Vide eumdem ad* 1, 59. *it. Cel. Ruhnkenium ad Velleii* 1, 4.

res est præterea et immensi operis—et quæ ab exiguis profecta initiis—et legentium plerisque etc. *Præf. of.* 6, 19. *ult. Contra, præsertim in formulis sollemnibus* et *omittitur v. c.* 1, 24. ut illa palam prima postrema—recitata sunt.

quum hostis alienigena in Italia esset, et Hannibal hostis, 26, 13. pro *et quidem.*

splendidiore nunc eos catena et multo graviore vinctos esse, 35, 38. *videtur* et *h. l. pro* sed *vel* at *positum, aut sic fortasse legendum. Sic* 1, 37. montes Sabini petebant, et pauci tenuere. *Item* 44, 26. ipse (*Perseus*) equosi—donum principibus ferre, et parum auri, quod inter paucos d videret, multitudinem credens trahi spe posse. *vide B. Patruum ad Tacit. Mor. Germ. cap.* 3.

et Onesimum—in senatum introduxit, 44, 16. pro *tum vero.*

Digitized by Google

quod et ita credebat futurum, jam etiam volebat, 42, 15.
ſed, ut et numero etiam, non animis modo valeatis, 21, 54.
quod et juniores non reſponderent, 43, 14.
nam et, quia eumdem et ſuæ poteſtatis, quem libertatis omnium, finem cernebant, Patrum auctoritati ſe dediderant, 6, 19. *Utrumque* et *hoc loco haud dubie pro* etiam *dictum*.
quum pridie quam legati ad Tarquinios proficiſcerentur, et cœnatum forte apud Vitellios eſſet, conjuratique ibi, remotis arbitris, multa—egiſſent: ſermonem eorum ex ſervis unus excepit etc. 2, 5. pro *etiam. Quamquam languidum hoc eſſe, omnimoque illud* et *tollendum videtur Cel. Schellero.*
et quia—futurus erat, tum—facturus videbatur, 1, 40. pro *et —et* vel *tum—tum. vide Cel. Strothium ad* 21, 36.

ETENIM *ſæpe Livio omittitur v. c.* 1, 17. priuſquam populus etc. *reddunt enim rationem hæc verba. Eadem ratio eſt τῦ* enim, *quod poſt* adeo, tantum, ita *deſiderari ſolet.*

ETIAM, 45, 38. quid etiam dicitis milites? aliquis eſt Romæ etc. *pro* enim *uſi Gronovius legit, aut* tandem.

EVADERE, 10, 1. dum evadere (*e ſpecu*) tendunt.
quod e tanto periculo evaſiſſet, 42, 18. *it.* periculo, 21, 33.
raptim anguſtias evadit, 21, 32. *it.* 38, 2.
qui terrores tamen eo evaſere ut etc. 2, 42.
inter præſidia ejus ſaltum ad Petram evaſi, 45, 41. *cf.* 2, 65. *it.* 7, 36.
ut in muros evaderet miles, 2, 17. *it.* in mœnia, 10, 17.

EVANESCERE, 2, 48. nimia gloria luxuriare et evaneſcere vividum quondam illud Kæſonis ingenium.

EVASTARE, 5, 5. agrum non coluit, et culta evaſtata ſunt bello. *cf.* 37, 19.
evaſtatum Samnium, 8, 37. *cf.* 10, 15. *it.* 28, 44. *vid. Drakenborch. ad* 32, 33.

EVEHERE, 1, 48. ut in collem Eſquiliarium (*curru*) eveheretur.
reſolutis oris in anchoras evehuntur, 22, 19.
ubi in altum evecti ſunt, 21, 50. *cf.* 25, 27. *it.* 28, 30.
incaute ſe evehentes Maſiniſſa excipiebat, 29, 34. pro *evectos, i. e. prorumpentes.*
ſpe vana evectus, 42, 62.
inter dicendi contentionem inconſultius evectus projecit, 35, 31.

EVELLERE, 33, 5. juvenes conniſi arborem unam evellebant: qua evulſa, portæ inſtar extemplo patebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur.

EVENIRE, 7, 6. Genucio conſuli ea provincia ſorte evenit. *Sic ſæpiſſime. Etiam ſimpliciter* evenire *dicuntur* provinciæ *v. c.* 9, 41. *it.* 26, 1. legiones urbanæ, 23, 25. *Vid.* obvenire: *it.* obtingere.
ſi cetera proſpera eveniſſent, 21, 21. *it.* proſperi quidquam, 29, 18.—proſpere, 9, 19.

EVENTUS, 28, 6. ad ſpem eventus reſpondit.
ſenſit ergo eventus virtutis eniſæ opem, 6, 24.
tanto magis intentum in univerſum eventum belli curæ angunt, 32, 5.

pari

Digitized by Google

pari—periculo gloriæque eventu, 9, 40.

in eventu ejus urbis, 36, 9. pro *in eventu obſidionis ejus urbis.*

quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit, 9, 17.

duorum militum eventus, 7, 26. *in altero mortem denotat, in altero victoriam.*

Decii eventus, 10, 29.

vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum ſuum in aliena virtute ponit, 7, 8.

impiorum fratrum eventus, 45, 19. *it.* exitus Perſei *cap. eod.*

EVERGERE, 44, 33. quia (*montes*) nullos apertos evergerent rivos.

EVERTERE, 6, 14. ſe militantem, ſe reſtituentem everſos penates —obrutum fœnore eſſe.

veniam civitati petebant, civium temeritate bis jam ante everſæ, 30, 16. *i. e. ita fractæ, ut propemodum everſa videretur.*

exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut everſuri, 30, 32.

EVIDENS numen—rebus affuit Romanis, 5, 51.

rem evidentem pro dubia quærendam, 39, 34. *cf.* 44, 41.

EVIDENTER, 42, 29. Cotys Thrax, Odryſarum rex, evidenter Macedonum partis erat.

EVINCERE, 10, 17. evicit omnia aſſuetus prædæ miles.

evicit miſeratio ſuperbiam, 9, 6.

evicerunt (*Patres*) ut Camillus crearetur, 5, 26.

evincuntque inſtando, ut litteræ ſibi ad Tarquinios darentur, 2, 4.

in hanc ſententiam ut diſcederetur, juniores Patrum evincebant, 3, 41. *Similiter Græcis μάχεσθαι de omni contentione animi ac vehementiore ſtudio dicitur.*

EVOCARE, 1, 55. unumque eum deorum non evocatum ſacratis ſibi finibus.

alios (*deos*) votis ex urbe ſua evocatos, 5, 21.

multitudine opificum ad ſpem prædæ evocata, 4, 9. *cf.* 8, 3. *it.* 23, 43.

evocati litteris imperatoris, 45, 31. *it.* edicto, *ibid. Hi opponuntur illis, quos* præſentes evocabant (*legati*), *ibid.*

Perſeus evocato Evandro judicium ſubeundi nullo pacto auctor eſſe, 45, 5. pro *ſevocato*; *atque ita etiam Drakenborchius conjicit legendum eſſe.*

tanti regis ac ducis mentio (*Alexander M.*) quibus ſæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium, 9, 17.

EVOLVERE, 44, 8. in mare evolvendo terram. (*de fluvio*)

incubantes publicis theſauris ex prædâ clandeſtina evolvas, 6, 15. *i. q. vi dejicias. Ita fere apud Tacitum Annal.* 13, 15. *dicitur*; *evolutum eum ſede patria rebuſque ſummis.*

anguis immanis concubitu conceptum (*Alexandrum M.*) et in cubiculo matris ejus perſæpe viſam prodigii ejus ſpeciem, interventuque hominum evolutam, atque ex oculis elapſam, 26, 19.

EVULGARE, 9, 46. civile jus, repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit.

EX,

EX, 4, 2. alia ex aliis iniquiora poſtulando.—bella ex bellis ferere, 21, 10.
alia ex eis edita etiam in vulgus, 6, 1. *i. q. præter ea.*
ex ante convecto, 4, 22. *it.* ante præparato, 26, 20.
ex ante diem quintum idus Octobres cum eo die in quinque dies, 45, 2.
ſi ex nullius injuria quidquam ei datum vellet populus Rom. 45, 44. *i. q. cum nullius injuria.*
ex India elephanti, 35, 32. *h. e. Indici.*
fidum e ſervis vocat, 30, 15.
ex injuria inſaniens exercitus, 7, 39. *i. e. propter acceptam injuriam. cf.* 9, 24.
agro ex hoſtibus capto, 3, 68.
ex hoſtibus eripere, 41, 14.

EXACERBARE, 8, 33. infeſtius Papirium exarſurum, agitatum contentione ipſa exacerbatumque.

EXACTORES regum Junii Valeriique, 9, 17.

EXÆDIFICARE, 30, 1. ut Genuam—a Magone dirutam exædificaret. *cf. cap.* 3. *it.* 1, 56.

EXÆQUARE, 23, 35. vetus miles tironi, liber voloni ſeſe exæquari fineret. *it.* 45, 38.

EXÆQUATIO, 34, 4. hanc—ipſam exæquationem non fero, illa locuples.

EXAMEN, 42, 10. locuſtarum tantæ nubes a mari vento repente in Apuliam illatæ ſunt, ut examinibus ſuis agros late operirent.

EXANIMARE, 7, 36. torpidos ſomno inſuper pavore exanimat.

EXANIMIS, 8, 39. corpus Brutuli exanime. *it.* 25, 26. jacerentque ſtrata exanima corpora. *His confirmatur, quod vulgo dicunt, eum dici exanimem, qui ſit vere mortuus; præſertim quum Livius vocabulum ſemianimis uſurpare ſoleat; vid.* 3, 13. pugno ictum a Kæſone cecidiſſe ſemianimem. *cf.* 9, 16. *Differt ab* exanimatus, *auctore Servio, quod idem ſit cum* timens, pavens. *Enimvero ipſe ille Servii Virgilius Æneid.* 4, 672. *Audiit exanimis,* inquit, *trepidoque exterrita curſu, Unguibus ora ſoror fœdans etc.*

EXARDERE et EXARDESCERE, 10, 23. exardet altercatio in contentionem animorum.
novum atque atrox prœlium ex tam ſegni repente exarſit, 27, 2.
adeo exarſerant animis, 3, 30.
plebes ad id maxime indignatione exarſit, 4, 6. *cf.* 8, 33.

EXASPERARE, 38, 17. duratos eos tot malis exaſperatoſque excepit terra.
exaſperavit animos ferocia animi Harpali, 42, 14. *cf.* 28, 25.
exaſperati Ligures, 42, 26. *i. e. ad iram vindictamque incitati.*

EXAUCTORARE, 8, 34. immemores ſacramenti, licentia ſola ſe, ubi velint, exauctorent. *cf.* 29, 1.
omnes milites exauctorati domum dimitterentur, 32, 1.
exauctoratus (*exercitus*) morte ducis, 25, 20.

EXAUDIRE, 5, 52. propter cœleſtem vocem exauditam. *pro ſimplici* auditam. *cf. cap.* 50. *ubi eſt* audita.
non tam perpetuæ orationes, quam altercatio, exaudiebantur, 8, 33. *cf. cap.* 39. *it.* 10, 40. *vid. Drakenborch. ad* 3, 56.

ploratus

Digitized by Google

ploratus mulierum non ex privatis ſolum domibus exaudiebantur, 26, 9. *cf. cap.* 13.

EXAUGURARE fana ſacellaque ſtatuit, 1, 55. *i. e. religione liberare augurato.*

EXCEDERE, 2, 37. ut urbem excederent Volſci. *cf.* 23, 1. *it.* 24, 3. *ubi libri optimi, Gronovio teſte,* Crotonem *exhibent.*

curiam exceſſit, 45, 20.

præſidio exceſſere, 22, 17.

non—Publicolarum vetuſtum familiæ noſtræ cognomen memoria exceſſit, 7, 32.

excedere paullulum ad enarrandum, 29, 29. *i. q. digredi, digreſſionem facere.*

ad Patres etiam et ad publicam querimoniam exceſſit res, 25, 1. *i. e. initium fuit publice quoque de ea conquerendi.*

quum libertas non ultra vocem exceſſiſſet, 3, 41.

quo ultra iram—ejus exceſſuram fuiſſe quam ut etc. 8, 33. *Vid.* procedere.

ne in altercationem excederet res, 33, 35.

excedit pugna in annum ſequentem, 21, 15. *h. e. eo demum anno facta eſt. it.* 30, 26. inſequentia excedunt in eum annum, quo etc. *i. e. facta ſunt ſub initium ejus anni.*

EXCELSUS, 1, 34. excelſa et alta ſperare.

EXCERNERE, 28, 39. ex captorum numero excretos Saguntinos in patriam remiſit. *Vid. Drakenborch. ad h. l.*

omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, 9, 46.

EXCERPERE, 24, 18. nomina omnium ex juniorum tabulis excerpſerunt. *i. e. expunxerunt, deleverunt.*

EXCETRA, 39, 11. Hiſpalæ concubitu carere eum decem noctes non poſſe, illius excetræ delinimentis et venenis imbutum. *Proprie idem eſt, quod hydra, eoque continuata allegoria ſpectat.*

EXCIDERE, 21, 42. ut cujuſque ſors exciderat. *Vid. Drakenborch. ad h. l.*

quod primum ſorte nomen excidit, 23, 3. *i. q. exiit, ductum eſt.*

EXCIDERE, 9, 16. excide radicem hanc—incommodam ambulantibus.

ut ſenatum ad excidendum Antium hortaretur, 6, 9.

EXCIDIUM, 9, 45. movet pleroſque vaſtatio futura agrorum, ac deinceps cum levibus præſidiis urbium relictarum excidia.

EXCIERE, 7, 11. ne nimis mirum magnumque cenſerent, tumultum exciere in hoſtium portis.

EXCIPERE, 41, 11. amnem,—multorum dierum opere exceptum novo alveo avertit.

ipſe haſta innixus ſe in pedes excepit, 4, 19. *Oppoſ. ſubjicere ſe in equum.*

hoſtibus deditos omnem iram hoſtium noſtris capitibus excipientes, 9, 8.

Fabius—bellum ad Sutrium excepit, 9, 33. *i. e. ſuſcepit, accepit. vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 73.

motis

Digitized by Google

motis Patribus alter conſul—Fulvii cauſſam excepit, 38, 43.

legem—quum ab tribunis parari conſules, unius ex collegio proditione, excepiſſent, 4, 30.

ni ex ſubſidiis tertiadecima legio, in primam aciem inducta, prœlium dubium excepiſſet, 30, 18.

integri pugnam excipiunt, 38, 22. *quum quidem in locum repulſorum ſuccedunt.*

exceptus clamor ab aliis, 24, 31. *i. q. repetitus, continuatus.*

aſſenſu populi excepta vox conſulis, 8, 6.

ad has excipiendas voces ſpeculator ex convivis Perſei miſſus, quum incautior obverſaretur, exceptus a juvenibus forte triclinio egreſſis male mulcatur, 40, 7.

ſervitute excepti, 33, 23. *i. q. liberati, exemti.*

hoſtium magna vis excipiebatur: nec jam egredi extra munimenta caſtellorum audebant, 34, 13. *i. e. intercipiebantur. cf.* 9, 31. *it.* 10, 20.

Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit inſidiis, 21, 61.

perinde ac ſi omnes candidati eſſent, cuncta experientes, non homines modo, ſed deos etiam excipiebant; in religionem vertentes comitia biennio habita, 5, 14. *Videtur idem eſſe quod aggredi et quaſi venari. Nam Græci quidem θηρᾶν ſic dicunt.*

inopia—eum—major in dies excipiebat, 21, 48. *cf.* 23, 18.

Villium, in Macedoniam quum veniſſet, atrox ſeditio militum —excepit, 32, 3.

EXCIRE, 1, 18. quæ fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio quemquam ad cupiditatem diſcendi (*Pythagoras*) exciviſſet. *i. e. excitaſſet et ad ſe allexiſſet.*

homines, qui ſequi poſſent, ſedibus excibat, 32, 13.

omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur, 7, 7.

principibus coloniæ Romam excitis, 3, 4. *i. q. accitis.*

indignitas rei, magis quam periculum, conſulem alterum ab urbe excivit, 3, 2.

nunciata ea clades Romam majorem, quam res erat, terrorem excivit, 10, 4.

dii prope ipſi exciti ſedibus ſuis, 31, 14.

EXCITARE, 38, 3. materia ad aggeres excitandos et cetera opera.

per unam (*portam*) præſidium Romanum clamore excitatum irrumpit, 9, 24.

conſul Romanus, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immiſit, 10, 36. *i. e. ut res ad prœlium veniret.*

EXCITATIOR crebriorque (*clamor*) ab hoſte ſublatus, 4, 37.

EXCLAMARE, 4, 38. magna voce exclamaſſet, ut equites ex equis deſilirent. *cf. cap.* 33.

EXCLUDERE, 10, 23. ex parte ædium, quod ſatis eſſet loci modico facello, excluſit. *i. e. ſecrevit.*

brachio objecto, flumine eos excluſit, 22, 52. *i. e. fluminis copiam, uſum, iis ademit.*

urbs contra excluſa maritimis commeatibus, 25, 11.

EXCURRERE, 1, 15. belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi

Digitized by Google

animi—in fines Romanos excucurrerunt. *Haud dubie ἀναπλωθος oratio.*

excurrentibus in publicum pavidis, 9, 24. *i. e. festinanter domo prodeuntibus.*

ab intimo sinu peninsula excurrit, 26, 42.

excurrente in altum, velut promontorio, Attica terra, 36, 15. *alias: procurrere, extendi. cf.* 44, 11.

EXCURSIO, 10, 1. ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. *cf.* 37, 18.

per excursiones ab stationibus—multa levia commissa proelia sunt, 32, 10.

tumultuosae excursiones, 30, 8.

EXCUSARE, 26, 22. oculorum valetudinem excusavit. *i. e. rogavit, ut nulla eam ob caussam ratio sui in comitiis haberetur.*

Atilium aetatem excusantem Romam miserunt, 22, 40. *cf.* 23, 8.

quum excusaretur, solum vertisse exsilii caussa, 3, 13.

EXEDERE, 37, 27. exesae fluctibus rupes.

EXEMPLUM *Praefat.* documenta omnis exempli.

exemplaque haec pro documentis habenda, 25, 33.

lacus Trasimenus et Cannae tristia ad recordationem exempla, sed ad praecavendum simile utili documento sunt, 24, 8.

in oculis exemplum erat Fabius Valerio legato, 8, 35.

vir exempli recti, 3, 44.

formant se homines in regis, velut unici exempli, mores, 1, 21.

exemplum in rem aliquam, 27, 6.

exemplo in perpetuum victa tribunicia potestas, 2, 44.

pessimo exemplo publico, 4, 4.

in alienae sortis exemplo, 21, 43.

exemplo haud falubres sententiae, 2, 30.

exemplo eorum clades fuit, 9, 45.

exemplum arcendis sceleribus, 2, 5.

huic vestro exemplo quantum debeatis, 37, 54. *i. e. constantiae vestrae.*

virtutis exemplum expressam ad effigiem vobis reddam, 26, 41. *Hic est exemplum an Original, quod dicunt. Sed sic videtur legendum:* virtutis effigiem expressam ad exemplum etc. *uti praeclare vidit Cel. Ruhnkenius ad Rutilium Lupum de Figuris, p.* 108.

magna exempla, ut alios reges claros ducesque omittam, casuum humanorum, 9, 17.

nobilia maxime sortis mortalium exempla spectemur, 45, 41.

omnia exempla belli edita in se, 38, 43. *i. e. genera malorum bellicorum, incommodorum etc.*

deditos in fidem populi Rom. omni ultimae crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse, 42, 8.

EXERCERE, 28, 27. non, quo verba potius, quam res, exercuerim. *vid. Gronov. Obs.* 2, 3.

ad id maxime animum exercuerat, 35, 28.

monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis

annis follemni certamine navium, in flumine oppidi medio exercetur, 10, 2.

in minime pertinaci genere pugnæ fic fortuna exercuit opes, 9, 22.

nunc bello exercentes, nunc in pace miſcentes ritus ſuos, 45, 30.

fœdeque in captis exercuere victoriam, 6, 22. *it.* ſimultates, 39, 5. *it.* inimicitias, *ibid.*

promulgata lex exercuit civitatem, 3, 14.

vectigal exercentibus dimidium ejus impoſitum, quod pependiſſent regi, 45, 29. *Hic* exercentes *ſimpliciter* pro *metalla exercentibus dicuntur.*

EXERCITATUS bello, 27, 44. *cf.* 36, 17.

aſperius paullo iter in Thracia, et exercitatior hoſtis, 39, 1.

EXERCITIUM, 44, 9. ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum uſum.

EXERCITUS præſes provinciæ, 23, 48.

exercitus juſtus conſularis, 10, 25. *cf.* 9, 43.

pars exercitus cum omni equitatu, 30, 36. *it.* 40, 52. *Quemadmodum autem in his locis* exercitus *pedites ſignificat; ita alibi v. c.* 29, 22. *it.* 32, 21. claſſi *oppoſitus denotat exercitum terreſtrem.*

exercitus navalis, 42, 56. *alibi diſtinguitur* exercitus *a* claſſe *v. c.* 26, 42. *vide ſupra in v.* claſſis.

exercitus integer intactuſque, 10, 14.

prœlium fuit, quale inter fidentes ſibimet ambo exercitus, veteris perpetuæque alterum gloriæ, alterum nuper nova victoria elatum, 3, 62.

propter quam duo exercitus Aventinum inſediſtis, 9, 34.

Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeſte genitos, liberaliter educatos, ſervilibus vitiis imbuiſſe, 26, 2.

de exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannenſi eſſent, 23, 25.

ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoque, equitum ex primoribus civitatis duodecim ſcripſit centurias, 1, 43. *de populo exercitus h. l. capiendus, qui ſtipendia facere debet. Sermo enim eſt de cenſu. cf.* 39, 15. *ubi etiam exercitus de comitiis centuriatis dicitur:* niſi quum—comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet. *Vid. Gronov. Obſ.* 1, 1.

cum ingenti clientium exercitu, 3, 14.

EXHAURIRE, 31, 38. quum paucis diebus hoſtes, exhauſto circa omni agro, ad ultimum inopiæ venturos ſciret.

exhauſtis tectis ignem injecit, 10, 44.

urbium opes exhaurire, 34, 13.

multis terra marique exhauſtis laboribus, 26, 31.

EXHORRESCERE, 8, 35. ni triſtia edicta (*dictatoris*) exhorruiſſet. *paullo ante:* trux dictatoris ira.

EXIGERE domo, 39, 11. *it.* e campo, 3, 61.

cerva—e montibus exacta, 10, 27.

elephantos igni e caſtris exactos, 26, 6.

medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ, 37, 41. *i. e. abiguntur.*

exigere

Digitized by Google

exigere fructus agrorum, 34, 9. *i. e. vendere.*
— jusjurandum, 38, 39. *Gr.* λαβεῖν ὅρκον.
— sarta tecta acriter et cum summa fide, 29, 37.
ædilibus, velut publicum exigentibus opus, 6, 4.
nolite ad vestras leges et institutа exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt, 34, 31.
difficile ad fidem est—quot pugnaverint ceciderintve, exacto affirmare numero, 3, 5.
mulctaticia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, 10, 23.
binæ tunicæ in militem exactæ, 9, 41.
hæc exigentes prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere, 22, 49. *h. e. agentes sermone, colloquentes.* (ἐξαγγέσθαι)

EXIGUUS, 7, 4. si quid exiguum in eo (*ingenio*) naturalis vigoris fit.
exiguum spatii vallum a vallo aberat, 22, 24.

EXIMERE, 1, 50. quia ea res exemisset illum diem *scil. rei agendæ aut perficiendæ, ut nihil confici posset.*
adventus Marcii—moram certaminis hosti exemit, 9, 43.
biennio exemto, 9, 44. *scil. seriei annalium.*
eximere religionem, 4, 31. *simpliciter* pro *animis religionem eximere.*
non noxæ eximitur Fabius, 8, 35.
quod Saguntum restituerint, civesque Saguntinos servitio exemerint, 28, 39.
Dædala et quædam alia parva castella obsidione exemerunt, 37, 22. *cf.* 6, 24. *it.* 9, 21.
ut se reum—crimine eximerent, 6, 24.
ut Syracusas oppressas ab Karthaginiensibus in libertatem eximerent, 31, 29.

EXIMIE legatis eorum pollicitus erat, 42, 29.

EXIMIUS, 7, 37. et præter militaria alia dona, aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. *Sacrificale verbum, ut et* egregius.
tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat, 9, 34. *i. q. exemtus.*
quanta eximia celeritate poterat, 42, 15.
uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus, 6, 11.

EXINANIRE, 5, 20. exhaustis atque exinanitis tributo tot annorum succurri.

EXIRE, 9, 34. te, nec quod dies exit censuræ, nec, quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coërcet. *Vid. Drakenborch. ad* 7, 38.
quod tardius ab urbe exisset, 10, 37.
consul in aciem exibat, 35, 4.
an jam memoria exisse, 6, 37.

EXISTIMATIO, 4, 41. non militis de imperatore existimationem esse. *i. e. judicium.*
existimatio communis omnibus est, 4, 20. *cf.* 23, 47.

EXITIABILIS tyrannus, 29, 17.
exitiabile bellum, 30, 7. *vid. Intt. ad* 27, 23.

EXITIALIS,

Digitized by Google

EXITIALIS, 40, 54. qui Romam legati fuerant, litteraſque exitiales Demetrio ſub nomine Flaminini adtulerant.

EXITUS, 9, 37. ad portarum exitus.

quum exitus haud in facili eſſent, 3, 8.

ſeræ ſpei exitum exſpectare, 5, 6.

an exitum Caſſii Mæliique exſpectem? 6, 18. *in partem deteriorem dictum. vid. Intt. ad* 5, 27.

exitu rei impoſito, 43, 17. *it.* 33, 41. ut nullus exitus imponeretur ſermonibus.

diſceptatio ſine exitu fuit, 32, 40. *alias:* ſine effectu.

jam æſtas in exitu erat, 27, 4.

qui Veientium exitum, quam Capenatium pacem mallent, 5, 27. *i. q. exitium. Vid.* eventus.

EXLEX, 9, 34. te unum exlegem eſſe.

EXOLESCERE, 2, 52 quum—patris—favor hauddum exoleviſſet.

EXOLETUS, 2, 35. in exoleto jam vetuſtate odio.

res aut nova, aut, vetuſtate exemplorum, memoriæ jam exoletæ, 37, 1.

EXONERARE, 10, 21. parte curæ exonerarunt ſenatum—conſulis litteræ.

liberata atque exonerata fide mea, 42, 13.

exonerata plebs, 10, 6. *ſcil. coloniis deductis.*

exonerare, prægravante turba regnum cupiens, 5, 34.

quæ legatio peropportuna viſa ad multitudinem inconditam ac tumultuoſam exonerandam ducesque ejus ablegandos, 24. 29. *Per hypallagen dictum. Sic Virgilius Æn.* 8, 180. *onerantque canistris Dona laboratæ Cereris. Cf. Senec. conſol. ad Helviam* 6.

EXORDIRI, 2, 56. ipſe in accuſationem Appii, familiæque ſuperbiſſimæ ac crudeliſſimæ in plebem Rom. exorſus, quum etc.

longiorem exorſis orationem (*legatis*), 32, 37.

EXORDIUM, 1, 38. cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat. (*de muro*)

EXORIRI, 9, 29. belli fama exorta.

ibi ingens hoſtium exercitus itinera occultus inſederat, et—repente exortus—invadit, 9, 31. *cf.* 27, 27.

tot bella repente alia ex aliis locis exorta, 31, 40.

EXORTUS, 21, 30. quum ab occaſu ſolis ad exortus intenderent iter.

EXPEDIRE comitia, 4, 55. delectum, *ibid.* naves, 42, 27. commeatus, 9, 17. exercitum, 6, 3. *ſcil. ſarcinis depoſitis.*

prœlio ſeſe expediebat (*agmen*), 21, 46. *it.* ad prœlium, 2, 55.

noſtrum exercitum eadem, quæ impedierat, fortuna expediret, 9, 9.

vicarium tibi (*militi futuro*) expediam, 29, 1.

quia—expediebat ſimulare, 9, 14.

appellati tribuni medio decreto jus auxilii ſui expediunt: in vincula conjici vetant etc. 3, 13.

EXPEDITIO, 28, 32. quod ad expeditionem attineat, quæ inſtet, immemorem eſſe rerum ſuarum geſtarum, qui id bellum ducat. *Contra, pro juſto prœlio dicitur*, 27, 27.

datur

Digitized by Google

datur negotium militibus, quos miſerant expeditionis ejus comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent, 3, 43.

EXPEDITUS, 9, 31. expeditæ legiones. *paullo poſt:* ſarcinas in medium conferunt.

EXPELLERE, 41, 3. ab littore naves in altum expellunt.

avidoſque cædis milites e caſtris hoſtium imperio ac minis expuliſſent, 9, 14.

EXPERIMENTUM, 42, 17. primus ipſe veneni experimentum.

EXPERIRI, 1, 36. in augurio rem expertus.

itaque, ſervorum modo præter ſpem manumiſſorum, licentiam vocis et linguæ experiri, 39, 26.

ſuſpicari de præterito quam re ipſa experiri eſt melius, 3, 19.

experti a Gallica clade, 9, 41.

quas (*inſidias*) feliciter experti erant, 10, 4.

ſervitudinis indignitatiſque homines expertos adverſus notum malum irritatos eſſe, 24, 22. *vid. Drakenborch. ad* 40, 8.

ulli viro acri experientique animus eſſet, 6, 34. pro *experto.*

toties cum ipſo Quinctio diſceptando ſatis expertum eſſe, 35, 45.

belli artes inter ſe—expertas conferebant, 21, 1.

EXPERS regiæ prædæ, 45, 34.

ne quis expers ſceleris eſſet, 2, 6. *it.* certaminis, 4, 9.

EXPETERE, 1, 22. regem Romanum deos facere teſtes, uter prius populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant hujuſce clades belli: *i. e. immittant. it. cap. ſeq.* in omne nomen Albanum expetiturum pœnas ob bellum impium. *Atque etiam ſimpliciter* expetere pœnas *dixit Livius,* 6, 29. adeſte, dii teſtes fœderis, et expetite pœnas, debitas ſimul vobis violatis, nobiſque per veſtrum numen deceptis.

EXPIARE piaculo, 37, 45. *cf.* 28, 27.

expiatæ religiones, 31, 13.

ut tamen expiarentur legatorum injuriæ regiſque cædes, 1, 14. *Hæc eſt civilis expiatio, quæ fiebat fœdere ad compenſandas injurias pertinente. cf.* 9, 1. *ubi eſt* fœderis expiatio. *cf. cap.* 15.

EXPILARE, 31, 12. quæſtionem de expilatis theſauris haberi etc.

EXPLANARE, 25, 12. ad id carmen explanandum (*erat enim perplexius ſcripturæ genere, ut paullo ante dictum erat*) diem unum ſumſerunt.

EXPLERE, 2, 1. ad trecentorum (*Patrum*) ſummam explevit.

antea trina loca cum contentione ſumma explere ſolitos, 5, 2. (*de tribunis militum conſulari poteſtate*).

Fulvius conſul unus creatur, quum ceteri centurias non expleſſent, 37, 47. *i. e. non juſtum numerum centuriarum in ſuffragiis tuliſſent, h. e. dimidio majorem. cf.* 3, 64.

legiones—eodem ſupplemento explevit, 1, 30.

quid eſt tandem domi, unde ea (*damna*) expleatis? 3, 68.

parentum etiam patriæque expleat deſiderium, 1, 9.

factis ſimul dictiſque odium explet, 4, 32.

EXPLICARE, 2, 59. quum maxime agmen e caſtris explicaretur. *cf.* 10, 20. *it.* 42, 66.

ſatis explicatis ordinibus, 3, 60. *it.* de acie, 4, 27. 7, 23. 40, 25. 44, 4.

Digitized by Google

in aggere murisque explicat copias, 4, 21.

EXPLORARE consilia, 9, 23.

per legatos idemtidem omnia explorabantur, 35, 23.

ad liquidum explorare veritatem, 35, 8.

explorato circa, 31, 2. *absolute dictum. it.* ire, 23, 43. *it.* procedere, 38, 18. *it.* sequi, 27, 2.

EXPONERE commeatus, 26, 9. *i. e. ex urbibus destinatum in locum deportare ad usum iter facientium.*

exponere copias e navibus, 32, 17.

dum expono exercitum in Africa, 28, 44. *Contra* exponere in terram *dixit Livius*, 34, 8.

nec expositum (*locum*) nimia propinquitate ad periculà classium externarum, 5, 54.

libertatem expositam ad injurias Masiniſſæ, 42, 23.

expoſito, quid pararet, 44, 35.

EXPOSCERE, 1, 16. pacem precibus expoſcunt, uti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem.

pacis deum expoſcendæ cauſſa, 7, 2.

finem peſti expoſcunt, 3, 7.

quod deos immortales inter nuncupanda vota expopoſci, 7, 40. opem ab ducibus expoſcunt, 9, 2. *cf.* 22, 43. *ubi eſt de militibus* expoſcere ſtipendium.

EXPOSTULARE, 22, 33. miſſi—et alii (*legati*) in Ligures ad expoſtulandum, quod Pœnum opibus auxiliiſque ſuis juviſſent.

EXPOSTULATIO, 42, 42. quæ vix querela et expoſtulatione dignæ ſint. *cf.* 35, 17.

EXPRIMERE, 3, 28. ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam domitamque eſſe gentem etc. *Vid.* exemplum.

quibus expreſſum invitis exiſtimabatur, ut—Romanis adjungerentur, 42, 46. *cf. cap. ſq.*

EXPROBRARE, 23, 45. quum, hæc exprobrando hoſti, Marcellus ſuorum militum animos erigeret. *cf.* 9, 6.

EXPROBRATIO, 23, 35. ne qua exprobratio cuiquam (*ſcil. facta*) veteris fortunæ diſcordiam inter ordines ſereret.

EXPUGNARE, 1, 59. Brutum ad expugnandum regnum vocantem. *i. e. ejiciendos reges.*

ferox expugnato decore muliebri, 1, 58.

ſumma vi expugnatum eſſe, ut—tribuni crearentur, 4, 35.

expugnare fœnus, 6, 18. *i. q. facere ut fœnore liberentur* etc.

ipſas expugnare quæſtiones omni ope annifi ſunt, 9, 26. *i. e. impedire, quo minus fierent.*

quid enim, ſi hoc expugnaverint, non tentabunt? 34, 2.

Philippum et Nabin expugnatos: ſe tertium peti, 37, 25. *i. q. devictos.*

EXPUGNATOR, 6, 22. ibi eum expugnatores coloniæ—fidentes militum numero—opperiebantur.

EXQUIRERE, 24, 9. ne quis aut in exemplum exquireret (*i. e. ad quod tamquam exemplum rei provocaret*) aut ſuſpectum cupiditatis imperii conſulem haberet.

EXSÆVIRE, 30, 39. dum reliquum tempeſtatis exſæviret. *Similiter Virgilius Æn.* 4, 52. *dum pelago deſævit hiems.*

EXSANGUIS,

Digitized by Google

EXSANGUIS, 29, 9. ipſum—hoſtiliter lacerant, et prope exſanguem—relinquunt. *cf. cap.* 18. *it.* 32, 3.
ipſe prope exſanguis, quum ſemianimi regio comitatu domum ſe reciperet—interficitur, 1, 48. *cf. cap.* 41. *it.* 4, 19. 23, 15.

EXSCENSIO, 8, 17. qui duo populi adverſus regem, exſcenſionem a Pæſto facientem, ſignis collatis pugnaverunt. *i. e. e navi deſcendentem. Eodem modo* exſcendere *dicitur. vid. Gronov. ad* 8, 17. *cf.* 27, 5. 28, 8. 29, 28. 44, 10.

EXSCINDERE, 28, 44. an tuos (*fines*) uri, exſcindi videas. *it. de urbibus*, 44, 27.

EXSECRABILIS fortuna, 26, 34. odium, 9, 26. *cf.* 26, 13. 27, 17. *it.* carmen, 31, 17. *i. e. formula devotionis. it.* dies exſecrabilis, 22, 30.

EXSECRARI, 5, 11. qui illo die non caput, domum, fortunaſque Virginii—ſit exſecratus deteſtatuſque etc.
deos hominesque accuſantem (*Hannibalem*) in ſe quoque ac ſuum ipſius caput exſecratum, 30, 20. *cf.* 9, 5. *it.* 10, 28. *ult.*

EXSECRATIO, 10, 38. jurare cogebatur diro quodam carmine in exſecrationem capitis, familiæque et ſtirpis compoſito. *Paullo poſt:* deteſtatio. *Item cap.* 39. jurisjurandi adverſus fœdera ſuſcepti exſecrationes horrens.
diram exſecrationem in populares, obteſtationem, quam ſanctiſſimam potuerunt, adverſus hoſpites, compoſuerunt, 26, 25. *cf.* 28, 22. *it. infra in v.* obteſtatio.

EXSEQUI, 1, 59. me—Tarquinium—ferro, igni, quacumque dehinc vi poſſim, exſecuturum. *i. q. perſecuturum, ulturum.*
iis publici privatique doloris exſequendi jus poteſtatemque ex duobus noxiis capitibus datam ab ſe, 5, 11.
deorum hominumque ſimul violata jura exſequemur, 3, 25.
exſequentes quærendo a conſule legati, 9, 16. *it.* ſciſcitando, 25, 29.
quum filius aliique principes percunctando exſequerentur, 9, 3.
exſequendo ſubtiliter numerum, 3, 5.
nec ſibi rem exſequi tam atrocem per conſules ſuperiorum annorum licuiſſe, 3, 13. *i. q. judicio perſequi.*
formulam juris exſequendi conſtituendam eſſe, 39, 26.

EXSIGNARE, 1, 20. eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit.

EXSILIUM, 3, 10. exſilio et relegatione civium ulciſcentes tribunos.
quid eſt aliud, quam exſilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? 4, 4,
relegatus in exſilium, 25, 6.
exſilii cauſſa ſolum verterunt, 3, 58.
exſiliumque ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus, 5, 53.
revocatus de exſilio, 5, 46.

EXSISTERE, 2, 32. ſi quod—bellum exſiſtat. *i. e. ſubito oriatur.*
qui, ſigno dato, ſimul omnes e latebris exſiſterent, 25, 21.
dictis captivorum fides exſtitit, 10, 34. *al. conſtitit.*
ne quis tam dementis imperii conſcius exſiſteret, 44, 10.
ſi exſiſtat hodie ab inferis Lycurgus, 39, 37.

qua

Digitized by Google

qua induceretur aratrum ſub exſiſtentibus glebis piſces emerſiſſe, 42, 2. *Sic etiam Plinius* 17, 15. *Sed idem alibi* exſtare *de hac re dixit. Itaque Dukero placet* exſtantibus. *Sed vide Clav. Ciceron. in v.* exſiſtere. *Exſiſtentes glebæ ſunt erigentes ſe ſublatu aratri et eminentes. Ceterum vivunt ſub terra piſces,* foſſiles *dicti. vid. Dauſqu. de terra et aqua cap. 9. p.* 185. *ſq.*

EXSOLVERE nodum erroris, 40, 55.

fidemque publicam impendio privato exſolvit, 22, 23. *cf.* 3, 19.

exſolvamus religione populum, ſi qua obligavimus, 9, 8. *cf.* 29, 18.

nullam ſcelere religionem exſolvi, 2, 32.

exſoluti religione animi, 8, 9.

citati nimis callidi exſolvendi jurisjurandi interpretes, 24, 18. *et paullo poſt:* ſolutum quod juraverant rebantur.

quod fallaci reditu in caſtra jurejurando ſe exſolviſſet, 22, 61. *it.* religione. *vid. Drakenborch. ad* 7, 3.

exſolutus legum vinculis, 4, 13.

exſolvi plebem ære alieno poſſe, 6, 14.

non id tempus eſſe, ut merita tantummodo exſolverentur, 2, 29.

EXSORS Punicæ amicitiæ, 23, 10. *it.* culpæ, 22, 44.

EXSPECTARE, 5, 6. pati tædium, et quamvis ſeræ ſpei exitum exſpectare.

nihil minus, quam hoſtem aut prœlium eo die exſpectantes, 22, 19. *i. q. timentes.*

EXSPECTATIO, 42, 2. quum bellum Macedonicum in exſpectatione eſſet.

EXSPIRARE, *vid.* anima.

EXSTARE, 22, 2. elephanto—quo altius ab aqua exſtaret, vectus. *It. ſine præpoſ. cap. eod.* quod exſtaret aqua.

EXSTINGUERE, 23, 22. eam temerariam vocem ſilentio omnium exſtinguendam eſſe.

veritatem laborare nimis ſæpe, aiunt, exſtingui numquam, 22, 39. *i. q. plane opprimi.*

a ſtirpe exſtincta gens, 9, 34. *it.* 9, 29. cum ſtirpe exſtingui.

quum vinum animos, et nox et mixti feminis mares, ætatis teneræ majoribus, diſcrimen omne pudoris exſtinxiſſent, 39, 8.

EXSUDARE, 4, 13. id unum dignum tanto apparatu conſiliorum et certamine, quod ingens exſudandum eſſet, præmium fore.

ut ad æſtatem rurſus novus de integro his inſtituendis exſudetur labor, 5, 5.

EXSUL, 3, 15. exſules ſervique ad quatuor millia hominum. *alias: transfugæ, fugitivi.*

EXSUPERARE, 44, 18. an jam omnes anguſtiæ exſuperatæ, et in æqua loca perveniſſent.

omnes Tarquinios ſuperbia exſuperat, 3, 11. *cf.* 28, 43. *it.* 7, 24.

EXSURGERE, 6, 4. Roma quum frequentia creſcere, tum tota ſimul exſurgere ædificiis.

malebant—decemviros voluntate abire magiſtratu, quam invidia eorum exſurgere rurſus plebem, 3, 41.

EXTA adeſa, 1, 7. *vid.* edere. *it.* trunca et turpia, 27, 26.

quum—intentius exta referata ſervarentur, 25, 16.

quod

Digitized by Google

quod exta perperam dederat, 26, 23.
cruda exta victimæ, uti mos eſt, in mare porricit, 29, 27.
EXTARIS olla, 25, 16. *ubi exta coquuntur, ut ipſe Livius alibi dixit. Sed hoc loco adhuc dubia lectio eſt. vid. Gronov. ad h. l. Drakenborch. conjecit:* exta profecta ſervarentur.
EXTENDERE ſe ſupra vires, 34, 4. *de imitando ſumtu.*
extendere omnes imperii vires conſules delectu habendo juſſit, 7, 25.
quum ad noctem pugnam extendiſſent, 27, 2.
in Aſiam quoque cognitionem extendere, 45, 31.
in Africam quoque ſpem extenderunt (*duces bellici victores*), 24, 48.
EXTENTISSIMA vallis, 21, 32.
EXTENUARE, 5, 37. extenuantes famam belli. *it.* extenuatæ vires, 22, 8.
ſortes extenuatæ ſ. extæniatæ, 21, 62. *i. e. attenuatæ, minores, exiliores factæ, quod male ominatum erat. vid. Salmaſ. ad Solinum p.* 487.
EXTERNUS, 2, 45. externa et domeſtica odia certare in animis. *i. e. hoſtium et civium. Sic* timor externus, 2, 39. *eſt, quum timentur externi. Similiter,* 3, 10. terror externus. *it. cap.* 16. *ibid.* peregrinus.
reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis manſit, 3, 72.
EXTOLLERE, 28, 31. defectionem ſociorum in majus verbis extollentes.
EXTORRIS, 5, 30. extorrem populum Romanum ab ſolo patrio ac diis penatibus in hoſtium urbem agerent.
extorre hinc (*Hiſpania*) omne Punicum nomen, 26, 41.
extorri ejecto ipſo populo, 31, 29.
hoc ſedibus ſuis extorre agmen in præſidium incidit, 32, 13.
brevi extorres regno Ptolemæum et Cleopatram Romam venturos, 44, 19. *cf.* 42, 51. *it.* 45, 4.
cujus vi compulſi, extorres patria, ſacrum montem cepiſtis, 9, 34.
quod filium—extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibitum, in opus ſervile—dederit, 7, 4.
EXTORQUERE, 32, 38. in ſervilem modum lacerati atque extorti. *i. q. torti.*
ut potius, quam extorti morerentur, arma ſecum caperent, 34, 25.
EXTRA quam ſi, 38, 38.
extra quam qui eorum, aut ipſi aut parentes eorum, apud hoſtes eſſent, 26, 34.
extra filias, *ibid.* pro *exceptis filiabus.*
extra ea cave vocem mittas, 8, 32.
EXTRAHERE, 28, 3. ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur.
extractos deinde ad certamen fudiſſet, 10, 15.
extrahebaturque in quam maxime ſerum diei certamen, 10, 28.
quum pars major inſequentis anni—certaminibus extracta eſſet, 4, 43. *cf.* 22, 18. *it.* 10, 29.

ætatis reliquum extraxit, 22, 15.
milites extrahi rem criminantes, 2, 31. *cf.* 23, 6.
ut ex cœno plebeio conſulatum extraheret, 10, 15.
vulgus et extrahere (*Varronem*) ad conſulatum nitebatur, 22, 34. *cf.* 5, 12.

EXTRAORDINARIUS, 26, 18. qui in locum duorum ſuccederet, extraordinaria cura deligendum eſſe.
extraordinariæ cohortes, 40, 27. *it.* extraordinaria porta, *ibid. i. e. porta prætoria. vid. Intt. ad l. l.*

EXTREMUS, 35, 3. extrema finium.
pro extrema ſpe dimicare, 8, 17.
ad extremum ſpei venit reus, 43, 16.
in extrema fronte, 44, 9. *i. e. prima.*
ad extremum finem vitæ perduxit, 37, 53. ad extremum finem Galliæ provinciæ—venerunt, 40, 16.
ætatis ejus extremo, qua capta eſt Capua, 26, 20. *Sic enim legendum, non* quo, *ut eſt in editis pleriſque. Ita enim Livius alibi v. c.* 27, 17. ætatis ejus principio, qua hæc agebantur. *cf.* 22, 19. *it.* 28, 5.
neque ad extremum—dedi hoſtibus violarive poſſe, 9, 8. pro *denique, poſtremo.*

EXTURBARE, 6, 21. hæc nova injuria exturbavit omnem ſpem pacis.
clamorem repente oppidani tollunt, hoſtemque in ruinas muri expellunt; inde impeditum trepidantemque exturbant, etc. 21, 9.

EXUERE ſe jugo, 34, 13. *i. e. ſubducere.*
redeuntes — aſſecuti agreſtes exuerunt præda, 9, 38. *it.* hoſtem caſtris, 2, 31. *it.* 37, 52. Antiochum exutum caſtris.
ipſine ſibi eum finxerint metum, et timore vano quietem exuerint, an etc. 38, 28.

EXULCERATUS, 9, 14. nec virtus modo infita, ſed ira etiam exulceratos ignominia ſtimularet animos.

EXURERE, 30, 26. exuſtus ad ſolum clivus.
exurebaturque amœniſſimus Italiæ ager, 22, 14.

EXUVIÆ *ſpolia*, 30, 28. exuvias non militum tantum, ſed etiam imperatorum portantem (*exercitum*). *Paullo poſt:* faſces.

F.

FABREFACTUS, 26, 21. argenti æriſque fabrefacti vis. *cf.* 37, 27.

FABULA, 1, 11. additur fabulæ quod vulgo Sabini etc. *i. e. narrationi, traditioni. Sic et Græci* λογον *dicunt.* Ficta fabula (*ſic diſerte dixit A. libr. ad Herenn.* 2, 8.) *ſolet a Livio per additamentum aliquod indicari, v. c. Præf.* poëticæ fabulæ: *it.* 3, 10. fabula compoſita Volſci belli; *it.* 26, 19. fama et vanitate et fabula par; *it.* 3, 44. notam judici fabulam petitor, quippe apud ipſum auctorem argumenti, peragit. *it.* 28, 43. fabulæ Græcæ. *Licet enim h. l. exempla Græca intelligenda ſint; fides tamen eis et auctoritas, ex comparatione cum aliis exemplis Græcis, h. e. aptioribus et verioribus, derogatur.*

FABULARI,

Digitized by Google

FABULARI, 45, 39. quid Ser. Galba fabuletur—Ille nihil præterquam loqui, et ipſum maledice ac maligne, didicit, etc.

FACERE regium nuncium, 1, 24.—patrem patratum, *ibid.*—conſules, 4, 1.—dictatorem, 2, 21.—prælium, 39, 2.—bellum, 1, 38.—ſedem, 7, 28.—exercitum, 9, 41.—ſanguinem, 2, 30.—ludos, 42, 10.—ſacrificium, 1, 45.—ſacrum, 1, 7.—conjurationem, 9, 26.—agmen, 38, 33.—concilia, 3, 10.—comitia, 10, 5.—facinus, 1, 41.—ſcriptum, 9, 46.—fœdus, 1, 13.

quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, 2, 1. *i. e. ſenatui vires faceret.*

pecunia a patre relicta animos ad ſpem liberalioris fortunæ fecit, 22, 26.

quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret, 27, 17. *i. q. conſtitueret.*

quæ (*gens*) aliis modum pacis ac belli facere æquum cenſeret, 9, 14.

Mutinem ſibi (*Hannoni*) modum facere, 25, 40. *i. e. ſibi arroganter imperare.*

longi erroris vobis finem factum eſſe, 5, 3.

finem certaminum facerent, 3, 31.

inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiæque huic ſacra profanaque omnia ſpoliandi, factum eſt, 25, 40. *notetur varietas conſtructionis cum verbo* facere, *licet* que *adjectum ſit. vid. quæ ſupra diximus ad voculam* et.

qui procoſulaſem imaginem tam ſævam ac trucem fecerint, 5, 2.

parva iſta non contemnendo majores noſtri maximam hanc rem fecerunt, 6, 41.

quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, 9, 24.

ut fortunam ſibi ipſe facturus videretur, 39, 40. *cf.* 24, 22.

populi Romani jure belli factæ (*Thebæ*), 33, 13.

prodito hoſtibus Romano præſidio, Luceria Samnitium facta, 9, 26.

claves portarum cuſtodiaſque murorum ſuæ extemplo poteſtatis fecit, 43, 22

ſenatus populi poteſtatem fecit, 27, 8. (*vulg.* populo)

primæ regionis Amphipolim, ſecundæ Theſſalonicen—fecit, 45, 29.

nos æqui bonique facimus, 34, 22.

ea peritis amnis ejus vix fidem fecerint, 21, 47. *i. q. probentur.*

ſacra diis aliis Albano ritu facit, 1, 7. *cf.* 5, 52. *it.* 37, 3.

uſui magis, quam ornamento in ſpeciem facta (*vaſa*), 41, 18.

nihil indignum in iis facturum, 30, 25. pro *in eos.*

ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, 1, 56.

tum demum palam facto (*ſcil. eo*) et comploratione in regia orta, 1, 41. *cf.* 22, 55.

ni moritur, neque ſuum, neque publicum divinum pure faciet, 8, 10.

pocillum mulſi prius, quam temetum biberet, ſeſe facturum: id votum diis cordi fuit, 10, 42.

Digitized by Google

retulit (*dictator*) et ſenatuſconſultum facit, 5, 50. *i. e. efficit, ut fiat.*

FACESSERE, 1, 48. a quo faceſſere juſſa ex tanto tumultu, quum ſe domum reciperet.

faceſſerent ex urbe, ab ære atque oculis populi Rom. 6, 17. *it.* 4, 58. urbe finibuſque.

FACIES *pro externa totius corporis forma et habitu*, 6, 16. et jam magis inſignis et ſordibus et facie reorum turba Manliana erat.

facie quoque noſcitans, 22, 6.

FACILE Nicomedis commendationem accipere, 45, 44. *i. e. lubenter.*

quod in multitudine adverſus paucos facile videbatur, 31, 21. *cf.* 27, 42.

FACILIS diviſui (*Macedonia*) 45, 30.

neque Thraces commercio faciles erant, 40, 58.

munitumque iter, quo faciliora plauſtra minorque moles in tranſitu eſſet, 25, 11.

facile prœlium, 4, 57.

in facili eſt exitus, 3, 8. *cf.* 28, 34.

Romana acies diſtinctior, ex pluribus partibus conſtans: facilis partienti, quacumque opus eſſet, facilis jungenti, 9, 19.

facilis vincere ac vinci, 7, 33.

faciles de alieno imperio ſpreto, 8, 34. *illud* de *videtur delendum. vid. Intt. ad h. l.*

veſtræ res meliores facilioreſque erunt, 23, 11. *i. e. melius ex ſententia procedent, lætiores fient.*

FACILITAS veniæ, 32, 14.

inexplicabili facilitate certatum eſt, 37, 52.

facilitas cenſorum, 40, 46. *ſcil. quia in gratiam redibant volente populo.*

FACINUS, 21, 52. facinora infida.

ita Henna, aut malo aut neceſſario facinore retenta, 24, 39.

FACTIO, 32, 19. principem *factionis* ad Philippum *trahentium* res.

forenſis factio, 9, 46. *it.* 32, 32. opulentior.

FACTUS, 22, 52. nam ad veſcendum facto (*ſcil. argento*) perexiguo—utebantur.

FACUNDUS, 28, 25. ut ingenia humana ſunt ad ſuam cuique levandam culpam nimio plus facunda. *Dukerus malebat* fœcunda, *quod utique de ingeniis dicitur. Sed* fœcunda ad levandum *dici, opinor, non poteſt.*

FALLERE, 25, 23. ne quid falleret tale admiſſum *i. q. ne quo modo clanculum tale quid admitti poſſet.* ſpeculator, qui per biennium fefellerat, 22, 33.

ne quis agreſtium procul ſpectator agminis falleret, 25, 9. *it.* 8, 20. fallit hoſtis ad urbem incedens. *Plane Græcum* λανθάνει προσιών. *Eodem modo capiendum illud eſt:* fallit bis relata eadem res, 29, 35. *cf.* 3, 8. *it.* 42, 64. *vid. Drakenborch. ad* 41, 2.

per quos deos fœdus icturi eſſent, quum eos, per quos ante ictum eſſet, fefelliſſent, 30, 42.

FALSUS vates, 4, 46. *it.* 21, 10.

falſas

Digitized by Google

falsas esse litteras et a scriba vitiatas, 40, 55.

FAMA, 21, 10. unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere possit.

attulerat fama, 39, 6. *Lectio est codicis Moguntini. Vid. Drakenborch. ad. l. it.* 1, 4. fama tenet. *de traditione qualibet, etiam historicorum, dicitur hic et alibi apud Livium.*

quae fama in Sabinos, aut quo linguae commercio, quemquam ad cupiditatem discendi excivisset, 1, 18.

famam et ad alia bella et ad ceteros populos in posterum quaerere, 5, 6. *cf.* 2, 10.

magna famae momenta in utramque partem fieri, 24, 19.

fama belli exorta, 9, 29.

famam bellum conficere, et parva momenta in spem metumque impellere animos, 27, 45.

FAMES, 5, 6. fame sitique tempus ipsum vincit atque expugnat (*urbes*).

praesidium Rom.—obsessum fame in deditionem acceperant, 9, 31.

FAMILIA, 3, 55. familia ad aedem Cereris—venum iret. *i. e. omnia bona, cujuscumque generis.*

familiam unam subisse civitatis onus, 2, 49. *pro Fabia gente universa.*

in exsecrationem capitis familiaeque et stirpis, 10, 38.

jussa—familiam in potestate habere, 8, 15. *i. e. prohibita manumittere servos, ut essent, ex quibus quaestiones haberi possent. vid. Intt. ad h. l.*

FAMILIARE bellum, 2, 48.—sacerdotium, 9, 29.—fatum, 10, 28.—ostentum, 26, 6.

quum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, 1, 39. *i. q. servus.*

nota vox ejus et familiare jam signum, 25, 9. *i. q. solitum.*

tanto simul publico familiarique ictus luctu, 27, 51.

jura familiaria, 24, 5. *h. e. familiaritatis s. familiarium; uti* Romana origo *dicitur pro Romanorum origine.*

familiaris pars in extis, 8, 9. *opponitur* hostili.

FAMULUS, 37, 9. famuli matris deum, *alias* Galli *dicti, Ovidio Fast.* 4, 185. *dicuntur* comites.

FANATICUS *numine deorum afflatus*, 37, 9. fanatici Galli.

viros, velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis, vaticinari, 39, 13.

fanatico instincta cursu, 4, 33.

FANDUS, 10, 41. reperiae fando nefandoque sanguine aras.

FANUM est apud nos Proserpinae, de cujus sanctitate templi credo, etc. 29, 18. *it.* 1, 55. fana sacellaque.

inque ea pugna Jovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat, 10, 37.

FAR, 2, 5. seges farris matura messi—quem campi fructum etc.

FAS, 1, 32. audite fines, audiat fas. *i. e. lex et voluntas divina.*

ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur, 6, 14.

Digitized by Google

FASTI, 4, 3. ſi non ad faſtos, non ad commentarios pontificum admittimur. *cf.* 9, 46.

FASTIDIRE, 2, 41. quæ (*plebs*) cœperat faſtidire, munus vulgatum a civibus iſſe in ſocios.

FASTIGATUS, 37, 27. ipſe collis eſt in modum metæ in acutum cacumen a fundo ſatis lato faſtigatus.

faſtigatam teſtudinem faciebant, 44, 9.

FASTIGIUM, 40, 2. faſtigia aliquot templorum, a culminibus abrupta, fœde diſſipavit. *i. e. ſtatuas deorum, aut ſimilia ornamenta ſummis tectis impoſita.*

ſuberat et altera inferior ſubmiſſa faſtigio planicies, 27, 18.

cloacis e faſtigio in Tiberim ductis, 1, 38. *i. e. per proclive. vid. Intt. ad h. l.*

quum—pro faſtigio rerum oratione etiam magnifica, facta dictis æquando, memoraſſet, 6, 20.

ſubmittendo in privatum faſtigium, quo minus conſpectus, eo ſolutior erat, 27, 31. *Ita faſtigium* dicitur, 2, 27. *de centurione primi pili*; *it.* 3, 35. ejuſdem faſtigii cives *dicuntur.*

FATALIS hora ignominiæ, 9, 5. *it.* 22, 53. dux belli. *cf.* 5, 19. 30, 28.

Claudia familia tribunis ac plebi fatalis, 9, 33.

termini fatales, 38, 45. (*mons Taurus*) *it.* 5, 14. libri fatales.

FATERI, 9, 4. quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri ſcirent, inermes—ſub jugum miſſurum.

FATIGARE, 22, 50. dum prœlio, deinde ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hoſtes premeret.

induciæ biennii, quum per aliquot dies fatigaſſent ſingulos precibus, impetratæ, 9, 20.

FATILOQUUS, 1, 7. Carmentæ matris, quam fatiloquam—miratæ hæ gentes fuerant.

FATUM cujus lege immobilis rerum humanarum ordo ferîtur, 25, 6.

fato ingruente, 5, 32.

quorum ſuo quiſque fato, ſine publico diſcrimine, viveret morereturque, 9, 18.

accipere ſe omen, impleturumque fata, ara condita atque dicata, 1, 7.

alteruter confulum fata impleret, 8, 6. *i. e. facere, ut prædictio eventum habeat.*

FAUCES portæ, 44, 31.—ſaltus, 22, 4.—ſpecus, 10, 1.—portus, 25, 11. *quæ ibidem dicuntur* clauſtra, *item* os.

utraque oppida in faucibus ſunt, quæ Tempe adeunt, 42, 54. arctis faucibus, 45, 28. *de Iſthmo it. de freto Gaditano*, 28, 30. aliaſque urbes eos velut e faucibus Hannibalis ereptas populo Rom. reſtituiſſe, 26, 2.

FAVERE, 1, 25. clamore, qualis ex inſperato faventium ſolet, Romani adjuvant militem ſuum. *Verbum proprium de acclamatione in ludis.*

quod, nihil in publicum ſecernendo, augenti rem privatam militi favit, 7, 16.

FAVOR, 4, 21. favore nominis moturum ſe aliquid ratus. *Elegantèr* pro *favorabili nomine.*

FAX,

Digitized by Google

FAX, 4, 33. ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico inflincta cursu, in hostem ruit. *Notentur ignes facibus adjuncti.*

faces undique ex agris collectæ, 22, 16. *pro liquis aridis, quæ ignem mox concipiunt.*

faces—per cœlum—lapsæ sunt in Lanuvino, 41, 21. et facem Setiæ ab ortu solis ad occidentem porrigi visam, 29, 14.

juvenem, tanquam furiam facemque hujus belli, 21, 10.

duas faces (*rogationes*) novantibus res ad plebem in optimates accendendam, 32, 38.

illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam, 30, 13.

FELIX, 5, 24. nulla felix arbor, nihil frugiferum in agris relictum. *i. e. fertilis. vid.* arbor.

censura clara—memoriæ felicioris ad posteros, quod etc. 9, 29.

felix et fortis, *vid.* fortis.

FEMINA, 36, 24. congregatis feminis pueriſque et imbelli alia turba in arcem. *Sæpius conjunguntur feminæ puerique et opponuntur* viris. *Sic v. c.* 28, 19. non militaris modo ætas, aut viri tantum, sed feminæ puerique supra animi corporisque vires adsunt.

FERE pro *circiter*, 1, 40. post centesimum fere annum. *Huc loco* fere *auget numerum, alias minuit. Itaque Dukerus volebat legi* ducentesimum.

FERIÆ *pro supplicationibus*, 3, 5. his avertendis terroribus in triduum feriæ indictæ. *Nam tempore supplicationum ab opere cessabatur.*

FERIRE, 2, 33. cum Latinis populis ictum fœdus: ad id feriendum consul alter Romæ mansit. *cf.* 9, 4. *it.* 30, 43.

FERME, 1, 15. hæc ferme Romulo regnante domi militiæque gesta. *Omnino* ferme *denotat sæpius præcipua et summa rerum capita.*

obsitus paluſtribus herbis, et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque, 21, 54. *i. e. plerumque, semper. cf.* 9, 30. *vid. Burm. ad Phædr.* 1, 13, 2.

FEROCITER, 3, 47. strenue et ferociter facta. *h. e. fortiter.*

eo ferocius adequitare Samnites vallo, 9, 22. *cf.* 2, 45.

FEROX, 40, 4. femina ferox, *i. e. in rabiem versa.*

recenti victoria feroces, 39, 31.

ferox ea parte virium, 21, 54. *i. e. equitatu.*

ferocem faciebat belli gloria ingens, 2, 56.

ferociſſimus populus (*Romanus*), 1, 53. *i. q. fortissimus.*

FERRE, 40, 49. quum ferret passim cuncta atque ageret. *posterius de pecudibus, mancipiis, prius de alia præda, capiendum. cf.* 8, 38. *vid. Drakenborch. ad* 33, 13.

ferre, agere plebem plebisque res, 3, 37. *i. e. spoliare, expilare.*

ferre in majus vero incertas res fama solet, 21, 32.

ferre occultam fraudem, 3, 25. *i. e. lege ferenda intendere.*

quæ fraus ab tribunis occulta in lege ferretur, 3, 18.

nequivere tamen consequi, ut non asperrime id plebes ferret;

Digitized by Google

jacere tamdiu irritas sanctiones, quæ de suis commodis ferrentur: quum interim de sanguine et supplicio suo latam legem etc. 4, 51.

quo longissime conspectum oculi ferunt, 1, 18.

ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti, 2, 12. *i. q. accipias.*

ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt, 1, 50. *i. e. ne eo quidem excusationem suam Turno probavit, sed refutatus eo nomine atque reprehensus est. cf.* 3, 45.

iram haud clam ferre, 31, 47. *it.* palam, 2, 54.—aperte, 28, 40.

latum in plebem est, 27, 11.

ferre alicui judicem, 3, 24. *i. e. accusare. cf.* 8. 33. *it.* 9, 1.

tribunus plebis tulit, ut—coloniæ etc. 32, 29.

latoque, ut solet, ad populum, ut etc. 23, 14. (*absolute.*)

quum ceteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent, 28, 17.

vulgoque Patres ita fama ferebant, 23, 31.

ferte sermonibus et multiplicate fama bellum, 4, 5.

cum laudibus ad cœlum ferebant, 9, 10. *cf. cap.* 33.

se quisque belli ducem potiorem ferre, 4, 45. *i. q. judicare.*

dignus—quem—conditorem urbis Romanæ ferrent, 7, 1.

neque Samnitem certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum, 9, 43. *i. q. toleraturum.*

qui vestrum primus—osculum matri tulerit, 1, 56. *paullo post:* uter prior—matri osculum daret.

quum ferret matri obviæ complexum, 2, 40.

unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Talassii cujusdam raptam *ferunt:* multisque scisitantibus, cuinam eam *ferrent*, idemtidem, ne quis violaret, Talassio *ferri* clamitatum, 1, 9.

forte ita tulit casus, 7, 6. *cf.* 3, 27. *it.* 42, 50.

quodcumque fert animus, 30, 12.

quibus fine fœnore expensas pecunias tulisset, 6, 20. *i. q. dedisset, easque in tabulas expensorum retulisset.*

quod (*tributum*) regibus ferre soliti erant, populo Rom. pendere, 45, 18.

ferre caput luendæ sponsionis caussa, 9, 9. *i. e. offerre scil. Samnitibus. cf.* 4, 10. *it.* 10, 19.

iis trium conditionum electionem ferre, 34, 19. *cf.* 2, 13. *it.* 21, 12.

ipse maximam partem earum ferret, 2, 47. pro *acciperet. cf.* 6, 15.

ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro præjudicato ferret, 26, 2.

missusque, qui venenum ferret, 39, 50. *i. q. afferret.*

Etruscis se luctum lacrimasque ferre, 6, 3. pro *afferre, excitare.*

si non perniciem nobis cum scelere ferunt, 23, 9. *Sic enim legendum pro vulgato* adferunt.

ferre signa in hostem, 9, 23. *al. inferre hosti.*

signa

Digitized by Google

signa ferri sunt cœpta, 30, 10. *i. e. efferri e castris.*
cursu in hostem feruntur, 9, 13.
elephanti jam in mediam peditum aciem sese tulerant, 21, 55. pro *irruerant.*
viæ ad mortem hæ sunt; qua quemque animus fert, effugite superbiam regiam, 40, 4. *cf.* 38, 27.
si forte eo vestigia ferrent, 1, 7. *cf.* 9, 45.
Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit, 9, 13.
tribum ferre, 8, 37. *i. e. suffragio tribus creari.*
cum gravi vulnere latum ex prœlio, 33, 25. *i. q. elatum quemadmodum Pighius legi volebat.*
speciosum Græciæ liberandæ tuliſſe titulum, 42, 52. *i. e. Romanos sub prætextu liberandæ Græciæ cum patre suo bellum gessisse. cf.* 2, 56.
spolia in triumpho ferret, 8, 30.
datum munus ut machinas in bello ferrent, 1, 43. *i. e. facerent, præberent; nec est necesse, ut cum Lipsio* facerent *legatur.*
ager Hispanis in Hispania—virtutis causſa latus datus est, 23, 46. *cf.* 22, 10. *ubi vid. Intt.*
vos precor, veneror, veniam peto, feroque, ut populo Rom. vim victoriamque prosperetis, 8, 9. *i. q. rogoque. Sic Cel. Strothius interpretatur.*

FERREUS, 39, 40. ferrei prope corporis animique esse.

FERRUM, 23, 9. tu, patria, ferrum—quando parens extorquet, recipe.
mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus, 28, 28.
ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant, 2, 10. *ferrum et ignis sæpe, quasi per speciem proverbii, junguntur. vid Drakenb. ad h. l. cf.* 30, 6.

FERTILIS, 45, 30. Pallenem, fertilem ac frugiferam terram.

FERVIDI animi vir, 2, 52.
quum toto eo bello damnosa præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent, 27, 33.

FESSUS, 9, 20. populationibus fessi.
fessum militem prœliis operibusque habebat, 21, 11.

FIDELIS, 22, 37. quibus a bonis fidelibusque sociis bella juvari soleant. *Sic proprie socii dicuntur. cf.* 9, 2. 29, 17. *vid.* fidus.

FIDERE, 24, 8. cur ad majora tibi fidamus.
sive pestilentiæ—fidens, 8, 22.
pedestri fidentem Marte, 24, 48. *cf.* 3, 62. *it.* 33, 38.
addidit ad aliam fidentis speciem, 27, 2. *scil. victoria futura.*
nec vivere consulem satis fidebant, 9, 38.

FIDES, 1, 1. fidem futuræ amicitiæ sanxisse.
habita fides ipsam plerumque obligat fidem, 22, 22.
sacratæ fide manus, 23, 9.
per fidem violati colloquii, 38, 25. pro *per violatam fidem colloquii.*
data dextra in id, quod petebatur, obligandæ fidei, 30, 12.
in id data fides consuli est, 32, 30.
leviſſima fidei mutandæ ingenia, 28, 44.

Digitized by Google

fincera fide in pace Ligures eſſe, 40, 34. *Sæpe ſic Livius v. c.* 39, 2. *it.* 44, 13. *Vid.* fluxus.

ubi fides iis non eſſet, 21, 35.

ad fidem rei, 23, 12. *i. e. ut probaret. cf.* 33, 41. *it.* 38, 58.

ad fidem pronius eſt, 21, 28. *it. cap.* 34. ad fidem promiſſorum obſides acciperet.

ubi, quum Syracuſas Capuamque captam, in fidem in Sicilia Italiaque rerum ſecundarum, oſtentaſſet, 26, 24. *h. e. ut credantur res ſecundæ eſſe in S. etc. Neque enim alia h. l. interpunctio toleranda, niſi, quæ verba in fidem ſqq. dirimat a præcedenti* captam. *Nam* in fidem capere *Livio non dicitur.*

miſſique ad regis ipſius firmandam fidem legati, 23, 34.

verba ſine fide rerum jactata, 33, 34.

fides a conſule, 27, 5. *i. q. conſulis.*

in fidem conſulis venerunt, 10, 43. *it.* in fidem ſe permittere, 36, 27. *i. e. dedere ſe.*

fide accepta ſeſe tradiderunt, 23, 19. *i. e. promiſſa tutela. Sic* committere *et* permittere *ſe fidei alicujus promiſcue dicitur. vid. Drakenb. ad* 8, 31.

vitæ libertatiſque fidem accipere, 43, 18. *cf. Lucan.* 9, 204.

de pace cum fide agere, 32, 33. *i. q. fideliter.*

emiſſique cum fide incolumes ad Hannibalem venerunt, 24, 47.

fides humanarum irarum, 8, 24. *h. e. qua credibile eſt homines iraſci poſſe, aut ſolere.*

aurium fidei minimum credentes, 33, 32.

prima fides—ſecunda fides, 30, 15. *i. e. prima et ſecunda pars promiſſi.*

induciarum fidem ruperat, 9, 40. *ea fides induciarum* ſancta *dicitur*, 8, 37.

virum bonum egregiumque ſocium Hieronem eſſe, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Rom. venerit, fidem coluiſſe, 22, 37.

altera (*rogatione Sextii*) fidem abrogari, cum qua omnis ſocietas humana tollitur, 6, 41. *i. e. quum debitores ſolvere non teneantur. cf. cap.* 11. *vbi eodem ſenſu dicitur* fidem moliri, *i. e. labefactare.*

fides agi viſa, 7, 31.

apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur, 9, 9.

nequidquam deos fidemque invocantes, 9, 12. *cf.* 29, 18.

in publica fide pecuniam deponere, 24, 18.

fide ſolvendi pariter omnibus—ſtipendii, 28, 32.

niſi fide ſtaret reſpublica, opibus non ſtaturam, 23, 48. *i. e. quia pecunia ei creditur.*

miſſis, qui fidem venienti in caſtra ad Gracchum peterent, 40, 49. *i. q. ſecuritatem.*

FIDUCIA, 30, 29. hoſtis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta eſt.

accenſi, minimæ fiduciæ manus, 8, 8.

FIDUCIARIUS, 32, 38. optimum ratus (*Philippus*) Nabidi eam (*regionem*)—velut fiduciariam dare, ut victori ſibi reſtitueret.

FIDUS, 1, 11. nihil fidum proditori. *i. e. tutum.*

nec

nec ubi conſiſteret, nec, quid fidum reſpiceret, habenti, 27, 12.

pax fida, 5, 4. *vid. Drakenb. ad h. l. it. infra in v.* infidus.

quem (*ſervum*) ex omnibus fidiſſimum domino credebat, 33, 28. *Servi alias non* fidi, *ſed* fideles *dicuntur; amici autem fidi. vid. Drakenborch. ad h. l.*

FIERI, 5, 52. Aio Locutio templum—juſſimus fieri.

quibus diis decemviri, ex libris ut fieret, ediderunt, 37, 3. *de ſupplicatione. Omnino eſt illud vocabulum in re ſacra uſitatum.*

bellum fieri Æquis juſſit, 9, 45. *it. de caſtris*, 10, 21.

ex mulctaticia pecunia—ludi facti, 10, 23.

comitia centuriata—niſi ubi aſſolent, fieri poſſunt, 5, 52.

eo vadimonia fieri juſſerunt, 23, 32.

fit mihi inopinatum, 6, 40. *ita enim, non* fit, *legendum videtur cum Drakenberchio, quum ſubjunctivi poſiti ratio nulla ſit.*

Karthaginienſium partis factos cernebant, 24, 1.

difficilior facta oppugnatio erat, ni, etc. 34, 29. pro *facta fuiſſet.*

quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ ſpoliis fiet, 45, 39.

quid nexis fieri placeret, 2, 31. *cf.* 27, 16. *vid. Intt. ad h. l.*

FIGERE, 7, 3. lex vetuſta eſt—ut, qui prætor maximus fit,—clavum pangat. Fixa fuit, etc. *i. e. dicata lex, uti paullo poſt dicitur, quod et ipſum* ſuſpendere, figere *denotat. vid.* dicare. *Vulgo tamen legitur* fixus, *ut ad clavum referatur. cf.* 9, 28. *Similiter Virgil. Æn.* 6, 622. *fixit leges pretio atque refixit.*

FIGURA, 29, 17. in hoc legato veſtro nec hominis quidquam eſt, præter figuram et ſpeciem.

FILIA, 38, 57. minorem ex duabus filiis pro *filiabus. vid. Voſſ. Ariſtarch.* 4, 4. *At* 24, 26. *eſt:* duabus filiabus.

FILIUS, 4, 15. eodemque anno ſororis filios regis et liberos conſulis, etc. *i. e. nepotes.*

FILUM, 1, 32. capite velato filo. (*lanæ velamen eſt*)

FINIRE, 9, 33. lege finitum cenſuræ ſpatium temporis.

quot darentur (*vades*) permiſſum tribunis eſt: decem finierunt: tot vadibus accuſator vadatus eſt reum, 3, 13.

finire locum, in quo dimicaturi eſſent, 42, 47.

finire SCtum, ne, etc. 31, 48.

— libidinem muliebrem, 34, 6.

— modum cibi potuſque naturali deſiderio, non voluptate, 21, 4.

finita poteſtas, 9, 34. *i. e. certo temporis ſpatio circumſcripta.*

diem certam ſe finituros, 39, 17.

plus quam lege finitum erat, 10, 13.

FINIS, 2, 30. is finis populationibus fuit. pro *populationum.*

ſpei noſtræ—finem impoſuerimus, 5, 4.

ne ad extremum finem ſupplicii tenderet, 8, 32.

fine fine ulla quæſtionis ſuæ jus eſſe, 9, 26. (*i. e. infinitum*) *vid. Intt. ad* 4, 2.

altera lege ſolitudines vaſtas in agris fieri vellendo finibus dominos, 6, 41.

Digitized by Google

multum intereſt, alienos populere fines, an tuos uri, exſcindi videas, 28, 44.

Campanus finis, 9, 6. *h. e. Campani agri finis: neque enim h. l.* agrum, *ut alias, quum pluralis ponitur, ſed* terminum *ſignificat. Eodem ſignificatu* finis *abſolute dicitur*, 38, 15. *nulla legatio* ad finem *præſto fuerat. cf.* 4, 58. *it.* 10, 35.

Scipioni non temporis, ſed rei gerendæ fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium eſt, 30, 1.

utrum majores veſtri omnium magnarum rerum et principia exorſi ab diis ſunt, et finem eum ſtatuerunt, 45, 39.

FINITIMUS, 5, 6. utrum tandem finitimi (*ſcil. populi*) populum Rom. eum eſſe putent, etc. *Contra*, 3, 72. aſſignaturos putarent finitimos populos. *cf.* 4, 3. finitimis externiſque. *ad quem locum vide Drakenborchium.*

FIRMAMENTUM, 29, 2. dum cedenti duodecimæ legioni—tertiam decimam legionem ex ſubſidiis in primam aciem firmamentum ducit.

FIRMARE præſidiis aciem, 9, 17.

multitudinem non vallo, non ſtationibus firmatam, 10, 43. *i. e. tutam præſtitam.*

non tamen pro firmato jam ſtetit magiſtratus ejus jus, 4, 7.

FIRMUS, 2, 5. firma area templis ac porticibus ſuſtinendis.

exercitus ſatis firmi ad tantum bellum, 23, 25. *it.* præſidium firmum, 9, 44.

FLAGITATOR, 2, 45. centurio erat—inter primores pugnæ flagitator.

ipſe quoque triumphi ante victoriam flagitator, 8, 12.

FLAGITIUM, 42, 60. conſul moveri flagitio timoris fatendi.

FLAGRUM, 28, 11. cæſa flagro eſt Veſtalis virgo.

FLAMEN dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit, 26, 23. *cf.* 1, 20.

FLAMMA late fuſa, 10, 43.

ignibuſque in proxima tecta conjectis, effuſa flamma primo veluti ſparſa pluribus locis reluxit, dein per continua ſerpens, uno repente omnia incendio hauſit, 30, 6.

multos in ipſis cubilibus ſemiſomnos hauſit flamma, 30, 5.

qua minime denſæ micabant flammæ, 22, 17.

FLATUS, 45, 8. cujus animum nec proſpera (*fortuna*) flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.

FLECTERE, 1, 48. flectenti carpentum (*Tulliæ*) pro *flectere jubenti.*

flexit viam Brutus—ne obvius fieret, 1, 60.

ad Privernum flexit iter, 8, 19. *it.* 35, 31.

ex Gabino in Tuſculanos flexere colles, 3, 8. *ſcil. iter, viam.*

animos flecti quam frangi, putabat quum tutius, tum facilius, eſſe, 2, 23. *Scilicet lenibus illud verbis, hoc acrioribus remediis, et adhibita quaſi vi, intelligendum eſt.*

FLEXUS, 22, 12. in aliquo flexu viæ.

confragoſa loca implicataſque flexibus vallium vias, 32, 4.

FLORERE, 26, 3. florens tum et fama rerum geſtarum, et propinqua ſpe Capuæ potiundæ.

ad

Digitized by Google

ad florentes Etruſcorum opes confugiunt, 1, 2.
FLOS Achæorum juventutis, 32, 25. *cf.* 7, 7.
in flore virium ſe credens eſſe, 42, 15.
cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit, 27, 44.
florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus, 8, 28.
florem ætatis—quem ipſe patri Hannibalis fruendum præbuit, 21, 3. (*de abuſu ejus nefando*)
FLUCTUANS et inſtabilis acies, 9, 35. *cf.* 6, 24. *it.* 8, 39.
fluctuanti ſimilis acies erat, 6, 13.
ſigna fluctuantia, 29, 2. *ipſæ copiæ dicuntur, in quas impreſſio facta eſt. cf.* 30, 34.
fluctuantes et imbutos Perſei conſiliis, 42, 26. *Ceterum notandum eſt, Livium, præter hoc participium, quod videri poſſit activæ vocis eſſe nihil ejus in hoc verbo magnopere uſurpare, ſemperque deponentialiter omnia dici. Sic* 32, 13. fluctuatus animo eſt. *cf.* 23, 33.
FLUCTUATIO animorum, 9, 25.
FLUCTUS, 24, 33. cujus murus fluctu alluitur. *cap. ſequ. eſt:* mari alluitur.
FLUERE, 24, 10. fontem ſub terra tanta vi aquarum fluxiſſe, etc.
fluentes luxu ab duratis uſu armorum in Sidicino pulſi agro, 7, 29. *i. e. molles.*
Gallorum corpora intolerantiſſima laboris atque æſtus fluere, 10, 28.
fluere laſſitudine vires, 7, 33.
fluunt ſudore et laſſitudine membra, 38, 17.
fluentemque tabem liqueſcentis nivis ingrediebantur, 21, 36.
nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque ſua, 7, 32. *i. e. labantibus. vid. Gronov. ad* 27, 17.
FLUIDUS, 34, 47. mollia et fluida corpora Gallorum, et minime patientia ſitis.
FLUMEN, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat, 24, 3.
fluminis pontem petentes, 23, 24.
FLUVIATILIS, 10, 2. fluviatiles naves ad ſuperanda vada ſtagnorum apte planis alveis fabricatæ.
FLUXUS, 40, 50. veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide, Celtiberos feciſſe.
FODERE, 8, 10. haſtis ora fodere *i. e. ferire, vulnerare. vid. Drakenborch. ad h. l.*
averſos (*elephantos*) ſub caudis—fodiebant, 21, 55.
FŒDATUS, 3, 32. multiplici clade fœdatus annus.
FŒDE, 9, 43. in captivorum corpora militum fœde ſævitum.
multis hominibus jumentiſque fœde amiſſis, 22, 3.
FŒDUS annus ſeu intemperie cœli, ſeu humana fraude, fuit, 8, 18.
fœdi agminis miſerabilem viam, 9, 5.
fames peſtilentiaque, fœda homini, fœda pecori, 3, 32.
tempeſtates fœdæ fuere, 25, 7.

Digitized by Google

FŒDUS, 7, 30. neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum eſt.
qui rerum divinarum fœdera, humanarum fidem ſocialem ſanctiſſimam habeatis, 34, 31.
fœdus violati hoſpitii, 1, 9. pro *fœdus hoſpitii violatum.*
fœderis expiatio, 9, 1.
ad ſcribendum fœdus amicitiæ adduci potuiſſe, 42, 12.
vetuſtior fœderis memoria, 1, 24. *i. q. vetuſtioris fœderis memoria.*
in veſtro fœdere erat, ut etc. 39, 36.
pacem fœduſque petentes, 9, 37.
fœdere negato, induciæ biennii impetratæ, 9, 20.
non fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt, 9, 5. *Interdum tamen ſponſio pro fœdere dicitur.*
Omnino autem ſciendum eſt, non raro dici fœdus *de omni conſenſu aut decreto ex plurium ſententia facto. Audiatur ipſe Livius:* ubi ſemel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante diſplicuerit pro bono atque utili fœdere defendendum, 32, 20. *niſi vero cum nonnullis pro* fœdere *legi malis* fore. *Comparetur ergo alius locus, v. c.* 22, 38. id ex voluntario inter ipſos fœdere a tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem tranſlatum. *Vid.* æquus.
fœdera quietura, 21, 10. *i. e. perpetua futura. Oppoſ. rupta fœdera.*
quod ſi tribuni eodem fœdere obligatos ſe fateantur tollendæ appellationis cauſſa, in quam conſpiraſſe decemviros criminati ſint, 3, 56. *niſi vero cum Dukero recte, opinor,* cauſſa *deleatur.*
FŒNEBRIS, 7, 21. novi conſules fœnebrem quoque rem, quæ diſtinere unanimos videbatur, levare aggreſſi, ſolutionem æris alieni in publicam curam verterunt.
leges fœnebres, 35, 7.
FŒNERARE, 7, 42. ne fœnerare liceret. *Alii* fœnerari: *nil differt.*
FŒNUS unciarium, 7, 16. *quum in centenos aſſes unciæ datur fœnoris nomine. vid. Tacit. Annal.* 6, 16.
fœnus liberum, 35, 7. *i. e. legibus non definitum.*
propior dolor plebi fœnoris ingraveſcentis erat, 7, 21. *vid. infra in v.* mergere, *it.* obruere.
dum tam potentem haberet (*plebs*) ducem fœnoris expugnandi, 6, 18. *cf. cap.* 39. *vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 27.
fœnore trucidare plebem, 6, 37. *vid. Salmaſ. ad Scrr. Hiſt. Aug. tom.* 1. *p.* 557. *vel. p.* 130. *ed. Par.*
ſanctus et innocens (*Cato*) aſperior tamen in fœnore coërcendo habitus. Fugatique ex inſula fœneratores, etc. 32, 27.
FOLLIS, 38, 7. folle fabrili flando accenderunt.
FORE, 30, 2. quo miſſuri claſſem Karthaginienſes forent.—forent paſſuri, 26, 26.—expulſurus foret, 25, 24.—caſurum foret, 35, 13.
FORENSIS factio, 9, 46.
omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, *ibid.*
FORMA urbis occupatæ magis, quam diviſæ, ſimilis, 5, 55.
forma excellente (*virgines*), 1, 9.

ex

Digitized by Google

ex omni colluvione et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendæ (*civitatis*), 34, 51.

intentum formis, quas in pulvere (*Archimedes*) descripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum, 25, 31.

FORMARE in suos mores alium, 3, 36.

formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus, 1, 45.

donec statum ejus regni (*Macedonici*) formando composuissent, 45, 16.

FORMIDO, 30, 28. has formidines agitando animis, ipsi curas et metus augebant, etc.

FORMIDOLOSUS, 8, 8. id erat formidolosissimum hosti, quum, velut victos insecuti, novam repente aciem exsurgentem auctam numero cernebant.

FORMULA, 22, 57. ex formula milites accipere a sociis. *h. e. ex lege fœderis. cf.* 27, 10.

senatus in formulam sociorum eum referri jussit, 44, 16.

formula juris ac ditionis, 26, 24.

urbem ne quam formulæ sui juris facerent, 38, 9.

hac formula dicta in Illyrico, 45, 26. *de divisione terrarum.*

formula cognitionis, 40, 12. *ad cujus præscripta judicium dirigi debet a judicibus, ut, quid cognoscendum judicandumque sit, ex eo intelligant, quippe in quam judicium dabatur a prætore.*

FORNICATA via, 22, 36. *per quam ex urbe in campum Martium descendebatur. vid. Intt. ad h. l.*

FORNIX, 36, 23. fornices in muro erant apti ad excurrendum. *cf.* 44, 11.

FORS, 36, 9. quidquid fors belli tulisset.

forte quadam utili ad tempus, ut comitiis præesset, potissimum M. Duilio forte evenit, 3, 64. *cf.* 1, 4.

quæ immoderata fors, tempus ac necessitas fecerint, iis se modum impositurum, 23, 23.

pars forte, pars consilio oblati, 9, 31.

in quo tum magistratu forte Brutus erat, 1, 59.

forte quadam divinitus, 1, 4.

forte temere, 2, 31. *cf.* 25, 38. *it.* 23, 3. 25, 38. *it.* 39, 15.

FORTIS, 7, 40. nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem. *de seditionum et conjurationum studiosis.*

Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua jactabatis, 23, 45.

fortes et felices (*Fabii*), 2, 49. *eleganter; nam singulos ante Livius dixerat duces esse potuisse magnorum eventuum; et duces bellici fortes ac felices proprie dicebantur: milites autem fortes et fideles. cf.* 39, 32. Claudius felicitatem virtutemque collegæ— æquavit secundis aliquot præliis.

FORTITER, 5, 5. curari se fortiter passus.

reliqui quid esset, nisi ut fortiter moriatur, 45, 5.

FORTUNA, 23, 5. variante fortuna eventum.

habuisset tanto impetu cœpta res fortunam, 24, 34.

suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus, 29, 26. *inde*, 23, 2. *fortunæ tribuitur* indulgentia.

Digitized by Google

ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruſcorum fregit opes, 9, 39.

fortuna populi Rom. 2, 40. *cf.* 1, 46. 2, 10. 6, 30. 7, 35. 35, 6.

quibus (*artibus*) ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur, 1, 39.

quos fortuna non æquarent, 45, 32.

humili fortuna ortus, 9, 46.

ut agentem te ratio ducat, non fortuna, 22, 39.

fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas potens, 9, 17. *cf.* 4, 57. *it.* 5, 19. 8, 29.

Cyrum — quid — niſi longa vita, vertenti præbuit fortunæ, 9, 17. *cf.* 5, 49. jam verterat fortuna.

invitum ſe gravioris fortunæ conditioni ſe illigantem, 36, 11.

oneratum fortunæ apparatibus ſuæ (*Darium*), 9, 17.

nunc oneratum veſtris fortunis hoſtem abire ſinitis, 3, 68.

tanta dulcedo eſt ex alienis fortunis prædandi, 6, 41.

ex illis concionibus numquam veſtrum quiſquam re, fortuna, domum auctior rediit, 3, 68. *Vid.* fateri.

FORTUNATE, 10, 18. quam quod—quidquam ibi ſcite aut fortunate geſtum ſit.

FORUM, 9, 40. aurata ſcuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur: inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum theniæ ducerentur.

filium juvenem, nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibitum, 7, 4. *cf. Cic. Or. pro Roſcio Amer. cap.* 15.

humilibus per omnes tribus diviſis forum et campum corrupit, 9, 46.

in pagis foriſque et conciliabulis, 25, 5.

ſcaphas circummiſit, ut ex navibus gubernatoreſque et magiſtri navium et bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda, 29, 25. *i. e. in locum prope navalia, ubi copia rerum omnium ad navalem uſum pertinentium in promtu erat. Etiam tabernæ ibi fuiſſe dicuntur. vid. Scheffer. de militia nav. vett.* 1, 4. *p.* 215.

FORUS, 1, 35. loca diviſa patribus equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent; fori appellati, *i. q. ſedilia.*

viam e foro boario ad Veneris, et circa foros publicos—faciendam locaverunt, 29, 37. *vid. Duker. ad h. l.*

FOVERE, 29, 31. adhuc teneras et frangiles ejus vires eſſe, vixdum coaleſcens foventis regnum.

ut præſens ſuas res foventibus adderet animum, 24, 36. *i. e. amicis.*

FRANGERE, 2, 40. fletus ab omni turba mulierum ortus—fregere tandem virum.

non ita fracti animi civitatis erant, ut non ſentirent, etc. 45, 25.

Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, 9, 18. *cf. cap.* 39.

Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ

Digitized by Google

quæ fregiſſet acies? 9, 19.

fractos bello inveniſſet hoſtes, *ibid.*

FRATER, 28, 35. gratias de fratris filio remiſſo agit. *Idem autem Maſniſſa, 27, 19. hujus Maſſivæ avunculus dicitur. Fuerunt igitur, qui legi vellent ſororis filio. Sed vide Jac. Gronov. ad poſteriorem locum.*

pro fratre germano, non patruele, 35, 10. *vid. Intt. ad h. l.*

FRAUDARE, 36, 40. ut ſuæ victoriæ fructu ſe defraudaret. *ubi plures MSS.* fraudaret. *cf.* 2, 10. *it.* 42.

plebs fraudari ſollemni honore ſupremum diem tanti viri noluit, 2, 61. *cf.* 4, 12. *it.* 5, 47.

FRAUS, 1, 24. quod ſine fraude mea populique Rom. Quiritium fiat, facio. *h. e. ſine damno meo, quod malitioſa formulæ interpretatione creari poſſit.*

ut, qui civis Campanus ante certam diem tranſiſſet, ſine fraude eſſet, 26, 12.

ſi fraude incendium ortum ſit, 5, 54.

fraus fidem ſibi in parvis præſtruit, 28, 42. *i. e. homo fraudulentus.*

mentem a fraudibus abſtinerent, 39, 16. *libidines h. l. ſunt intelligendæ.*

ſi vitandæ, non ferendæ fraudis cauſſa, hoc conſilii capimus, 24, 38. *i. q. cladis bellicæ, quæ ſit infidiis.*

FREMERE, 3, 38. hæc fremebat plebes.—fremit ſenatus, 8, 13.

Patres—erecti gaudio fremunt, 6, 6.—gaudio alacres fremunt, 10, 14.

qua (*inopia*) ipſi inter ſe fremere ſoliti erant, 25, 28.

Volſcos—ob communitam Verruginem fremere, 4, 1.

Patres—non pro communicatis, ſed pro amiſſis honoribus fremere, 4, 54. *i. e. tamquam amiſſi jam ſint.*

FREMITUS conſuetus caſtrorum, 9, 45. *i. q. ſtrepitus.*

fremitus hinnituſque equorum, 2, 64.

fremitus in curia eſt ortus, 23, 31.

quum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota ſpectacula pervaſit—dein fremitus increbuit: poſtremo clamor plauſuſque—eſt exortus, 45, 1. *cf.* 40, 46.

admirantium circa fremitus, 26, 22.

ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit, 40, 3.

fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) exaudito, 31, 24. *i. e. ſtrepitus ab iis motus, qui celeriter apparatus faciunt ad amoliendam expugnationem, ſive obpreſſionem potius improviſam.*

FRENARE, 26, 29. ne quis timore frenari eos dicere poſſet, quo minus de eo libere querantur, etc.

ubi demerſis navibus frenaſſent clauſtra maris, 37, 15.

FRENDENS gemenſque ac vix lacrimis temperans, 30, 20.

FRENUM, 39, 25. ut equum tenacem, non parentem, frenis aſperioribus caſtigandum eſſe.

date frenos impotenti naturæ et indomito animali, 34, 2.

FREQUENS ad ſigna fuit, 3, 24. *de uno Kæſone dictum.*

quod filium frequentiorem prope cum illis, quam ſecum, cernebat, 39, 53.

ad

Digitized by Google

ad frequentiores consultatio dilata est, 35, 7. *haud dubie senatus intelligitur.*

ab frequentibus Samnitium populis—legati, 9, 20.

itinera quam maxime frequentia occupare jubet, 25, 9.

frequens castellum, 43, 19. *i. e. incolis. cf.* 21, 34. frequens cultoribus populus.

novos colonos—adscribere, et omni modo (*Lysimachiam*) frequentare, 33, 38. *i. e. frequentem incolis reddere.*

FREQUENTIA omnium generum multitudinis prosequente, 7, 30.

ne quid per frequentiam juvenum eorum, in quibus omnes vires plebis essent, agi de commodis eorum posset, 5, 2. *h. e. quum frequentes essent, in eorum frequentia. vid. Drakenborch. ad h. l. Nisi potius legendum* infrequentiam.

FRETUM manu perfossum, 33, 17. *Isthmus intelligendus.*

obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, fatus illi insulæ esse, quam velut dedi noxæ inimico, 26, 29. *pro mari.*

FRETUS, 6, 13. multitudo hostium, nulli rei, præterquam numero, freta. *Legendum* nulla re. *Id Intt. ad h. l. et ad* 4, 37. *abunde probaverunt.*

FRONDOSOS ramos per terram trahebant, 10, 41.

FRONS castrorum, 44, 36.—frons—munimentorum—in Etruriam spectans, 5, 1.

instruit aciem consul arcta fronte ad naturam et angustias loci, 36, 18.

impulsa frons prima, 6, 13. *i. e. acies prima.*

fronte inæquali concursum est, 10, 19.

æqua fronte ad pugnam procedebat, 36, 44.

FRUCTUS ex agris vectandos, 21, 63.—terrestres—maritimi, 21, 7.

fructui sibi rempublicam esse, 5, 4. *de stipendiis militaribus.*

omnium sibi laborum periculorumque—nequaquam tantum fructum esse, quam capere Syracusas potuisse, 25, 31.

FRUI, 22, 14. res fruenda oculis *i. e. jucunda adspectu.*

ut agrum Campanum censores fruendum locarent, 42, 19.

florem ætatis—quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit, 21, 3. *de nefanda libidine.*

FRUMENTARIUS, 4, 12. criminando inde et objiciendo iræ populi frumentarios. *De hoc genere mercatorum invidioso vide Drakenborchium ad h. l.*

FRUMENTUM, 33, 42. ædiles curules—tritici decies centum millia binis æris populo diviserunt. *Omnino tenendum est, frumenti, salis item sæpenumero sic mentionem fieri, ut modius aut simile quid intelligi debeat. cf.* 43, 6. *it.* 23, 21.

FRUSTRARI, 7, 38. optimum ratus, differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi, militarem impetum frustrari. *al.* frustrare. *vid. Drakenborch. ad h. l.*

FRUSTRATIO, 27, 47. tantæ rei frustratione Hannibalem elusum.

FUGA explicatur, 1, 30. *i. q. fugientes. Eodem modo fuga* diffipari *dicitur. it.* 3, 69. agrestium fuga *pro agrestibus fugientibus.*

infert pavidos fuga in mediam cædem, 4, 33.

fuga

Digitized by Google

fuga effusa, 1, 27. *it.* longinqua, 6, 42.—trepida, 27, 18.
quæ (*fuga*) ubi immensa ac fine spe erat, 22, 6.
fugam ac vastitatem late fecerunt, 8, 9.
nihil movetur fugæ, 9, 39.
fuga Tibur, ficut arcem belli Gallici, petunt, 7, 11. *cf. cap.* 27.
latiusque fuga manasset, 27, 14.
exsiliumque ac fugam nobis ex eo loco conscisceremus, 5, 53.
anguis—quum terrorem fugamque in regiam fecisset, 1, 56.
pavor fugaque armatos cepit, 31, 2.
eo major tum fuga pavorque in urbe fuit, 29, 28. *i. e. trepidatio tota urbe cum pavore discurrentium.*
eam quoque se illis fugam clausurum, 27, 18. *de loco, per quem fuga dabatur, accipiendum.*

FUGACIUS, 28, 8. vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.

FUGARE, 2, 6. Veientes, vinci ab Romano milite assueti, fusi fugatique. *cf.* 38, 17.

FUGERE, 9, 44. memoriane fugerit in annalibus digerendis, an, etc. *i. e. fugeritne e memoria.*
provoco ad populum, eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero, 8, 33. *i. q. contemnenti.*
cerva fugiens lupum, 10, 27. *Livius alibi*, victorem hostem fugeret. *vid. Intt. ad* 38, 17.

FUGITIVUS, 30, 43. naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos—tradiderunt. *h. s. servos, qui a dominis Romanis confugerant ad Karthaginienses.*

FULCIRE, 3, 60. prius quam totis viribus fulta constaret hostium acies.
quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit, 9, 32.

FULGERE, 9, 40. ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus.
micantes fulsere gladii, 1, 25. *de vibratione accipiendum. Sic poëtæ* tremulos splendores *dicunt.*
candore tunicarum fulgentem aciem, 10, 39.
Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita—consules dixerunt, 26, 22.

FULGOR, 21, 43. demto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, cur illi vobis comparandi sint?

FULGUR, 40, 58. neque enim imbre tantum effuso, dein creberrima grandine obruti sunt, cum ingenti fragore cœli tonitribusque et fulguribus præstringentibus aciem oculorum, etc.

FULMEN dictatorium in se intentatum, 6, 39.
quod duo fulmina domum meam perculerint, 45, 41. *int. de duobus filiis morte ereptis. Vid.* incendium.

FUMARE, 22, 14. villæque passim incendiis fumabant. *cf.* 10, 11.
propter quem deûm delubra pateant, aræ sacrificiis fument, etc. 8, 33.
in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, 9, 18.

FUNALE, 42, 65. funda media duo funalia imparia habebat. *Quid? si* scutalia *legamus. vid. infra in h. v.*

FUNDA,

Digitized by Google

FUNDA, 28, 37. fundis, ut nunc plurimum, ita tunc ſolo eo telo utebantur.
funda mare apertum inceſſentes exercebantur, 38, 29.
FUNDAMENTUM, 1, 12. tuis juſſus avibus hic in Palatio prima urbi fundamenta jeci. *De hac conſtructione vide Drakenb. ad* 3, 46.
FUNDARE, 40, 57. inque eorum agro ſedes fundare Baſtarnis.
adeone eſt fundata leviter fides, 2, 7.
FUNDERE, 35, 1. ſi vi fudiſſet cecidiſſetque hoſtes.
ut funderent ipſo incurſu Aricinos, 2, 14.
eos ipſos, non ſignum certum, non ducem ſequentes, fundit Romanus, fugatos equeſ perſequitur, 9, 37. *cf. cap.* 22. *et* 44.
cædunt pariter reſiſtentes fuſoſque, 9, 14. *cf. cap.* 16. *ubi eſt* fuſa acies.
agmenque fugientium ab ſignis—fuſum ac per agros trepida fuga palatum eſt, 7, 8.
longe ac late fuſo agmine immenſum obtinentes loci, 5, 37.
late fuſo terrore belli, 29, 35.
de jugis, quæ ceperant, funduntur, 9, 43. *i. q. dejiciuntur.*
qua (*dextra*) Gallos fudi a delubris veſtris, 6, 16.
ſimul inconditis inter ſe jócularia fundentes verſibus, 7, 2.
FUNESTUS, 4, 20. annales, velut funeſti.
gravem præda (*hoſtem*) eoque impeditiore agmine incedentem aggreſſus, funeſtam ei populationem fecit, 3, 3.
FUNGI, 1, 41. per ſpeciem alienæ fungendæ vicis, *i. e. per cauſſam mandatæ juriſdictionis.*
ſpes facta—militiæ fungendæ potioribus ducibus, 24, 21.
quum ſuam vicem functus officio ſit, 1, 9. *cf.* 3, 36. *it.* 8, 35. *vid.* vicis.
FUNUS, 28, 28. meo unius funere elata populi Rom. eſſet reſpublica? *vid.* efferre.
ne liberorum quidem funeribus Libitina ſufficiebat, 41, 21. *vid.* Libitina.
FUR, 3, 58. inter fures nocturnos ac latrones.
FURERE, 8, 31. et nunc id furere, id ægre pati.
oculos ſibi Romanorum ardere viſos—veſanoſque vultus et furentia ora, 7, 33. *i. e. ferociſſime pugnantium ora.*
agrariæ legis tribuniciis ſtimulis plebs furebat, 2, 54.
FURIA, 1, 47. his muliebribus inſtinctus furiis *i. q. fermonibus inſanæ.*
agitantibus furiis ſororis ac viri, 1, 48. *cf. cap.* 59.
hunc juvenem tamquam furiam facemque hujus belli odi, 21, 10.
FURIALIS, 7, 17. quod ſacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibuſque prælatis, inceſſu furiali militem Rom. inſueta turbaverunt ſpecie.
dira exſecratio ac furiale carmen, deteſtandæ familiæ ſtirpique compoſitum, 10, 41.
FUROR, 2, 29. jam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor. *i. q. ſeditio. cf.* 25, 4.
quæ (*virgines*) alienata mente ſimul luctu metuque, velut captæ furore, eo curſu ſe ex ſacrario proripuerunt, etc. 24, 26.

FURTIM,

Digitized by Google

FURTIM, 39, 4. per infrequentiam furtim ſenatuſconſultum factum.
profectum clam, furtim, haud aliter, quam ſi exſilii cauſſa locum vertiſſet, 21, 63.
FURTIVUS, 45, 39. an noctu, tamquam furtiva in aerarium deportabuntur? *ſcil. ſigna aurea, marmorea, eburnea, etc.*
FURTUM unius diei, 26, 51.
hoſtem—ultimam ſpem furto inſidiarum tentantem, 9, 31.
quod ut furto fefellerant, ita propalam, tenentibus ſuperiora cacumina hoſtibus, non poterant, 44, 6.
obſides pignus futuros furto et fraude agendæ rei, 43, 10.
furto eos (*obſides*) ſubduxiſtis, 9, 11.
FUSTUARIUM meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit, 5, 6. *vid. Intt. ad h. l.*
FUSUS, 38, 21. detegebat vulnera eorum quod nudi pugnant, et ſunt fuſa et candida corpora, ut quæ numquam, niſi in pugna, nudentur, etc. *i. q. mollia.*

G.

GABINUS cinctus, 8, 9. incinctus cinctu Gabino.
ad id faciendum (*ſacrificium*) Fabius Gabino cinctu, ſacra manibus gerens, quum de Capitolio deſcendiſſet, etc. 5, 46.
GÆSUM, 9, 36. iere paſtorali habitu, agreſtibus telis, falcibus gæſiſque binis armati.
ſub lævo humero ſummum pectus gæſo ictum eſt, 26, 6. *Fuit genus haſtæ Gallis uſitatum.*
GALLI ſacerdotes magnæ matris deum, *vid.* famulus.
GANEA, 26, 2. in ganea luſtriſque—ſenectutem acturum.
GAUDERE, 22, 9. ubi ſatis quieti datum, præda ac populationibus magis, quam otio aut requie, gaudentibus.
hæc ad oſtentationem ſcenæ gaudentis miraculis aptiora, 5, 21.
GAUDIUM magna clade fœdatum, 7, 34.
gaudium ſalubre corpori, 37, 37. *de reddito Scipioni filio.*
publicum gaudium privatis ſtudiis celebratum eſt, 10, 45.
GAZA, 25, 25. donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus. *i. e. ex pretioſa ſupellectile.*
GELIDA montium juga, 21, 58. *it.* 5, 13. hiems gelida et nivoſa.
GELU, 21, 40. præuſti artus—membra torrida gelu: *i. e. ad agendum inhabilia.*
GEMINARE, 45, 13. litteræ allatæ, quæ victoriæ lætitiam geminarent.
geminata victoria, 1, 25.
GEMINUS, 1, 5. audiſſetque geminos eſſe fratres.
gemina victoria duobus bifariam prœliis parta, 3, 63.
GEMITUS vulnerum ictuſque corporum aut armorum, 22, 5.
GENERATIM, 5, 52. ne omnia generatim ſacra omneſque percenſeam deos.

quæ

Digitized by Google

quæ haud dubie major aliquanto ſumma ex numero plauſtrorum ponderibuſque, auri, argenti, generatim ab ipſo ſcriptis (*Valerio Antiate*) efficitur, 45, 40. *i. e. omnibus in unam ſummam collectis.*

GENS, 9, 27. Potitii, gens cujus ad aram maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat.

vos ſolos (*patricios*) gentem habere, 10, 8.

confundi jura gentium rebantur, 4, 1. *de connubiis patriciorum et plebeiorum. Paullo poſt* colluvio gentium *dicitur. Vid. Drakenborch. ad h. l.*

jura gentium hominumque, 4, 4.—jus gentium, 5, 4.

cujus populi ea, cujuſque gentis claſſis fuerit, 7, 26.

nullam in terris gentem eſſe, nullum infeſtiorem populum nomini Romano, 26, 27. *cf.* 45, 30.

Maſſyli ea gens vocatur, 24, 48. *Sic et* 1, 57. Rutuli, gens divitiis præpollens. *Vid. Intt. ad ſuperiorem locum.*

GENTILICIUS, 5, 52. an gentilicia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra et Romanos deos etiam in pace deſeri placet?

GENUS, 4, 9. virginem plebeii generis maxime forma notam petiere juvenes, *i. e. ordinis.*

ab nullo genere non ſummum periculum eſt, 34, 2. *i. e. ab utroque ſexu. Nam paullo ante hæc ſunt:* virorum omne genus.

nunc jam vobis Patribus, vobiſque plebeiis promiſcuis conſulatus patet; nec generis, ut ante, ſed virtutis eſt præmium, 7, 32.

ſui generis hominem (*Varronem*)—vulgus et extrahere ad conſulatum videbatur, 22, 34.

dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus, 4, 3.

quam (*nobilitatem*) non genere nec ſanguine habetis, 4, 4.

datum hoc noſtro generi (*genti Deciæ*) eſt, etc. 10, 28.

genus militare, 24, 32. *pro militibus. Sic et* 34, 27. genus agreſte *dicitur.*

ferox genus, nullam vitam rati ſine armis eſſe, 34, 17. *de Hiſpanis omnibus cis Iberum habitantibus.*

Macedonum genus omne nomenque, 31, 44. *ita* 30, 12. *dicitur* genus Numidarum. *cf.* 8, 29.

ut pleraque ejus generis ingenia ſunt, 8, 24.

GERERE, 39, 54. neque illos recte geſſiſſe. *Sic in pleriſque editionibus. Solet autem* gerere *ſimpliciter poni pro* agere. *v. c.* 40, 57. *Sed Drakenborchius tamen h. l.* feciſſe *recepit. Putat enim Livium ad illam formulam* recte atque ordine facere *reſpexiſſe.*

ubi res ferro geratur, 10, 39.

miſſilia, quibus eminus rem gererent, 9, 35. *cf.* 21, 5.

trigemina ſpolia præ ſe gerens, 1, 26. *paullo poſt* ſuper humeros.

neque eam voraginem conjectu terræ, quam pro ſe quiſque gereret, expleri potuiſſe, 7, 6.

gerere ſaxa munientibus in muros, 28, 19.

viginti omnino legionibus, et centum ſexaginta navibus res Rom. eo anno geſta, 30, 2.

hæc,

Digitized by Google

haec, ut in fecundis rebus, fegniter otioſeque geſta, 23, 14.
res nihilominus ab legatis gerebantur, 28, 22.
neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra neceſſitates belli, praecipuum in Romanos gerebant odium, 28, 22.
adeo infractos gereret animos, 7, 31.
Appius jam inde antiquitus inſitam pertinaciam familiae gerendo, ſolus cenſuram obtinuit, 9, 29. *cf. cap.* 34. *ubi eſt* cenſuram gerere.
haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur, 9, 30. *de rebus ad religionem pertinentibus.*
GERMANITAS, 40, 8. ſubituram vobis aliquando germanitatis memoriam. (ἰμὸ ἀτρίοι ἐταιτ). *cf.* 41, 27.
GESTARE, 27, 48. intolerantiſſima laboris corpora vix arma humeris geſtabant.
GLADIATORES quod ſpectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, 9, 40.
gladiatorum munus Romanae conſuetudinis, 41, 20.
GLADIATORIUM, 44, 31. vix gladiatorio accepto. *i. e. mercede gladiatorum.*
GLADIATORIUS, 28, 21. gladiatorium ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt, ſervorum, quive venalem ſanguinem habent.
GLADIUS, 45, 19. Advertaeque gladiis regnum in dubium adductum eſſe. *Vid.* cingere.
GLAREA, 41, 27. cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem ſubſtruendas marginandaſque—locaverunt. *cf.* 21, 31. *ubi ſunt* glareoſa ſaxa.
GLEBA, 4, 11. nec ulli—gleba ulla agri aſſignaretur.
GLISCERE, 27, 3. novum in occulto gliſcens per indicium protractum eſt facinus. *i. q. creſcens.*
gliſcente indies ſeditione, 6, 14. *cf.* 42, 2. *it.* 2, 23. *de invidia.*
ne gliſceret, prima negligendo bellum, 29, 2. *cf.* 2, 19.
GLOBOSUS, 38, 29. ſaxis globoſis, quibus ferme arenae immiſtis ſtrata littora ſunt, funda mare apertum inceſſentes.
GLOBUS, 1, 5. non cum globo juvenum—ſed, aliis alio itinere juſſis certo tempore ad regiam venire paſtoribus, ad regem impetum facit: et a domo Numitoris alia comparata manu etc. *cf. cap.* 9.
globus mulierum circumſtantiumque advocatorum, 3, 47.
extrema concio et circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem, 8, 32.
GLOMERARE, 1, 31. haud aliter, quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere coelo lapides.
GLORIA, 22, 39. gloriam qui ſpreverit, veram habebit. *i. e. vanam gloriam.*
gloriae pars virilis, 6, 11.
pari periculo gloriaeque eventu, 9, 40.
GLORIARI, 27, 17. propiorque excuſanti tranſitionem ut neceſſariam, quam glorianti eam, velut primam occaſionem raptam.
cupiditas gloriandi de me, 38, 49.
GNAVITER bellum gerere, 30, 4.

Digitized by Google

ibi aliquamdiu nec ceſſatum ab armis eſt, nec gnaviter pugnatum, 10, 39.

ſed, quod volebant, non quam maturato opus erat, gnaviter expediebant, 24, 23.

bene ac gnaviter deſtinarent potiorem populi Rom. quam Perſei, amicitiam habere, 43, 7.

GNAVUS, 3, 41. gnavum in malitia ingenium.

GRADUS, 9, 40. gradum inferre.

pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt, 9, 45.

aciem inſtructam pleno gradu in hoſtem inducit, 4, 32. *cf.* 34, 15. *Medius autem videtur plenus gradus fuiſſe inter gradum militarem et curſum.* Modicus *dicitur*, 30, 5. Militaris *autem* preſſus *vocatur*, 28, 14.

ingenti gradu pontem obtinere, 2, 10. *i. e. habitu pugnaturi adverſus aggredientem. Homerus: μακρὰ βιβάς.*

obniſos vos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere, 6, 12.

quantumque Romana ſe invexit acies, tantum hoſtes gradu demoti, 6, 32. *cf.* 9, 29.

conando agendoque jam eo gradum feciſſe plebeios, unde—pervenire ad ſumma poſſent, 6, 35.

ex ædilitate gradum ad cenſuram fecit, 27, 6.

graduque eo jam via facta ad conſulatum videbatur, 6, 42.

GRÆCIA major, 31, 7. pro *Magna Græcia.*

GRAMEN, 1, 24. *voc. generale* verbenam *comprehendens et ſignificans. vid.* herba.

GRASSARI, 3, 44. ſe jure graſſari, non vi. *cf.* 10, 14. conſilio graſſandum *pro ſimpl. utendum. Proprie de eo, qui gradu magno contendit ac feſtinat, ut in hoc:*

nobiles homines in poſſeſſionem agri publici graſſari, 6, 5.

ut in te hac via graſſaremur, 2, 12.

etiam apud vos (*Romanos*) fuiſſe audivi, qui aſſentando multitudini graſſarentur: et feceſſiſſe aliquando a vobis plebem, nec in poteſtate veſtra rempublicam fuiſſe, 45, 23.

per omnia clandeſtina graſſari ſcelera latrociniorum ac veneficiorum, 42, 18.

GRATARI, 9, 43. invicem inter ſe gratantes.

tecum triumphantes urbem inire; tuum ſequentes currum Jovis O. M. templum gratantes ovanteſque adire, 7, 13. ult.

GRATIA, 30, 21. nec eſſe, qui diis grates agendas cenſeant: adeo ne advenientem quidem gratiam (*præſentia beneficia*) homines benigne accipere, nedum ut præteritæ ſatis memores ſint.

aurum—gratia rei accepta, non accepiſſe populum Romanum, 22, 37.

ut in tempore et bene cumulatam gratiam referant, 24, 48.

hominum, non cauſſarum, toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet, 3, 36. *i. e. partium ſtudium.*

ad gratiam ac libidinem, 9, 30.

jus gratiæ non dare, 42, 24.

familia per gratiam Romanorum potens, 23, 1.

quid aliud, quam, nuſquam gratia ſtabili—præda victoris erimus, 32, 21. *de concordi ſocietate.*

dicendi

dicendi gratia, quæ vellet, facta, 3, 41. *i. q. copia, facultate.*

Siculi—multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Rom. verba fecerunt, in gratiam publicam avertentes, Hieronymum ac poſtea Hippocratem—inviſos fuiſſe ſibi, 26, 30. *i. e. volebant ea re gratioſam nationem ſuam apud Romanos efficere, ut de iis bene meritam.*

ſuæ gratiæ reſervari eam (*rem*), 36, 35. *i. q. ſuo beneficio.*

ſuam gratiam—in obſidione liberanda facturus, 36, 25.

Patres—ædilitatem Cn. Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni, ſuarum gentium viris, gratia campeſtri ceperunt, 7, 1.

ſed meliori ac fideliori amico, in gratiam levium et inutilium ſoeiorum, injuriam eos facturos eſſe, 39, 26. *Sæpe ſic Livius.*—profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis, 28, 21.—quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal, *ibid. cap.* 39. *vid. Intt. ad h. l.*

nec cum gratia ab conſule profectum (*Eumenem*) in Aſiam, 44, 13.

omnium igitur tibi—quæ impie nefarieque per biennium alia ſuper alia ea ausus, gratiam facio, 3, 56. *i. q. ignoſco. cf.* 8, 34.

ſe quoque in gratia reconciliatæ pacis poſſe uti, 44, 14. *i. e. Romanos quoque ſe et opera ſua uti in tali re, et in concilianda pace, aut nunc, aut alio tempore, poſſe, quemadmodum nunc Perſeus utatur.*

GRATIFICARI, 21, 9. ne quid pars altera gratificari pro Romanis poſſet. *Niſi vero cum Drakenborchio emendatum velimus:* populo Romano.

GRATIOSUS, 43, 14. ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio. *i. e. quæ gratiæ captandæ cauſſa, per ambitionem, datur.*

GRATUITUS, 3, 35. haud gratuitam in tanta ſuperbia comitatem fore.

ſatis ſuperque gratuiti furoris in multitudine credentes eſſe, largitiones temeritatiſque invitamenta horrebant, 2, 42.

voluntaria et gratuita opera, 28, 21.—ſpes, 38, 24.

gratuita crudelitas, 3, 37.—pax, 38, 59.

gratuita parricidia, 1, 47.—beneficia, 45, 42.

GRATULARI, 45, 14. gratulatum quoque ſatis ſuo ac patris nomine eſſe. (*paſſive*)

gratulati deinde victoriam ſunt, 45, 13.

communis legatio de victoria gratulatum venit, *ibid.*

GRATULATIO, 4, 24. cum gratulatione ac favore ingenti populi domum eſt reductus. *i. q. gratiarum actione.*

tum patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa; ſupplicationeſque in triduum decretæ, 30, 40. *Arridet Drakenborchio emendatio Gronovii:* patuere faciendæ gratulationi.

GRATUS, 32, 8. quod rex Attalus—Romanos juviſſet, id gratum ſenatui eſſe. *i. q. pro eo gratias illi a ſenatu deberi; id voluptatem afferre ſenatui: nec aliter illud* gratum eſſe *vult explicari Drakenborchius, ſi vel maxime* ſore *legatur.*

nec in vulgus, quam optimo cuique gratiorem, (*actionem*) 9, 33.

GRAVARI, 21, 23. quos et ipſe gravari militia ſenſerat.

gravatis omnibus vino ſomnoque, 25, 24.

qui quum haud gravati veniſſent, 3, 4. *Gronovius cum Creverio legi vult* gravate.

Digitized by Google

GRAVATE, 21, 24. reguli Gallorum—haud gravate ad Pœnum venerunt. (χαλεπῶς)

GRAVATIM, 1, 2. haud gravatim ſocia arma Rutulis junxit.

GRAVIS, 21, 5. agmen grave præda.

gravem jam ſpoliis multarum urbium exercitum trahens, 30, 9.

gravis ſomno, 4, 37. *it.* 29, 34. vino et ſomno graves.

gravis auctor, 1, 16. *Oppoſ.* auctor levis nec ſatis fidus, 5, 15.

quum vir graviſſimus conſul M. Porcius, non auctoritate ſolum, quæ tacita ſatis momenti habuiſſet, ſed oratione etiam longa et accurata inſectatus ſit rogationem noſtram, 34, 5.

una (*ſententia*) dubia eſt, ut gravior ſit, 45, 24. *i. e. majorem auctoritatem habeat. Sic Drakenborchius. Creverius autem in hunc modum: etiamſi ſeverior, durior ſit.*

quamquam jam ætate et viribus erat gravior, 2, 19. *it.* 9, 3. gravis annis. *cf.* 5, 12. 10, 34.

gravem atque opulentam civitatem vineis et pluteis cepit, 34, 17. *i. q. validam. cf. cap.* 49. *ubi Gronovius,* ruina graviſſimæ civitatis, *probavit. Græcis: βαρεῖα πόλις. vid. Duker. ad Flor.* 1, 3.

bellum—grave per ſe, oneratum Latinorum—defectione, 6, 11.

gravis aut amicus aut inimicus populus Romanus, 45, 8.

gravis—popularibus eſſe cœpit, 44, 30. *i. q. infeſtus.*

ne graviores eos ſocios habeant, quam hoſtes Romanos, 44, 26.

gravis (*rex*) genti fuerat opibus ſuperbiaque, 5, 1.

cui (*Hannibali*) cedenti certamenque abnuenti gravis ipſe inſtaret, 27, 4. *niſi cum Gronovio legas* gravius.

ubi omnis multitudo ſe effudiſſet, graviorque jam in certamine eſſet, quam ut facile ſuſtineri poſſet, 29, 34.

ſibi quoque graviorem eſſe—filium, 39, 53. *i. q. periculoſiorem.*

anni tempus grave, *it.* locus gravis, 37, 23. *i. e. perniciosus valetudini. cf.* 3, 6.

tempore autumni, et locis natura gravibus, 25, 26.

annus peſtilentia gravis, 10, 31.

multitudo commeatibus gravis, 7, 37.

gravioris fortunæ conditio, 36, 11.

grave erat in Æquos—proficiſci, 3, 68.

cognomen Imperioſi grave liberæ civitati, 7, 4. *cf.* 43, 14.

GREX, 36, 40. et cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit.

Lucanos inſidiis quærere locum: quos ubi reſpexit nec procul grege facto venientes etc. 8, 24.

GRAVITAS loci, 25, 26. *de peſtilentia. cf.* 23, 34. *ubi eſt:* gravitas cœli aquarumque.

majeſtate, quam vultus gravitaſque oris præ ſe ferebat, 5, 41. *Notabile eſt, hic* gravitatem oris *dici in bonam partem, quum uſitatus dicatur de graveolentia oris. vid. Plin. H. N.* 28, 12. *ut* grave os *de fœdo ſpiritu oris.*

crudelitati

crudelitati quoque gravitatem addidit, 24, 45. *Si vera lectio*, ſeveritas *intelligenda eſt. Sed quoniam hic non eſt cumulus crudelitatis, merito habuerunt h. l. pro ſuſpecto Gronovius, ac nuper Cel. Strothius. Ille* rapacitati, *hic* aviditati *legi vult. Utrumque probarem, niſi* avaritia *præcederet. Quid? ſi* pravitatem *legamus. Senſus enim poſtulat vocabulum, quod præternaturale quid inſolentiamque denotet: quam ſignificationem illi verbo vindicavit ipſe Gronovius ad 4, 26.*

GUBERNARE, 44, 22. ſi quem id facere piget, et otium urbanum militiæ laboribus præoptat, e terra ne gubernaverit. *i. e. qui deſes Romæ manſurus eſt, is ne præſcripta det bellanti mihi, aut mea inſtituta dijudicet.*

GURGES, 22, 6. aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut nequidquam feſſi vada retro ægerrime repetebant. *de palude.*

H.

HABERE, 8, 6. bene habet *ſcil.* ſe. *cf. cap.* 9.—ita res habet, 22, 39. *Vid. Drakenborch. ad* 6, 35.

ut nunc res ſe habet, 5, 5. *cf.* 7, 13. *it.* 9, 7.

ægre habuit, filium id pro parente auſum, 7, 5. *i. q. tulit.*

diſſimulare et tacite habere id patique ſtatuerat, 42, 16.

neque bello eum invadere animo habuit, 44, 25. *Contra* 33, 10. in animum habebat.

magiſtrum equitum prope in cuſtodiam habitum, 22, 25.

habere ſocios in ea fortuna, ut ſocii eſſe, quam cives malint, 26, 24. *i. e. tam lene in eos imperium exercere.*

conquiſitionem militum habere, 23, 32. *i. q. facere. cf.* 25, 5.

nec ſe tribunatum, nec illos ea, quæ promulgata ſint, habituros, 6, 39.

ſub pellibus habendos milites eſſe, 37, 39.

ſuum ſororiſque filios in eadem habebat cura, 40, 4.

omni liberali cultu habuit, 45, 28.

id (*ingenium*) exſtinguere vita agreſti et ruſtico cultu, inter pecudes habendo, 7, 4.

quod ſi exemplum haberet bis eumdem ærarium relinquendi, 29, 37.

qua Pœni haberent, 30, 4. *ſcil. tecta, tentoria. Niſi forſitan* habitarent *legendum. Quamquam* habere *interdum pro* habitare *dicitur.*

pars prima (*Macedoniæ*) Biſaltas habet, 45, 30.

nec ipſos modo Romanos ſua diviſa habere, 4, 56. *niſi potius eum Gronovio legendum* diviſui.

conſularium comitiorum nulla mentio habita eſt, 4, 25.

familiam in poteſtate habere, 8, 15. *i. e. retinere, non manumittere.*

ubi—clauſum lacu ac montibus et circumfuſum ſuis copiis habuit hoſtem, 22, 4.

Digitized by Google

eodem anno familia ista consulatum, quo urbs hæc consulem, habuit, 7, 32.

habet pœnam noxium caput, 10, 40.

has dea pœnas a templi sui spoliatoribus habet, 29, 18.

ferias ac supplicationem habere, 41, 21.

comitia—habita, 6, 4. *cf.* 41, 28. *it.* 43, 8. *Sic et* 42, 38. concilio habito.

majorem habebat difficultatem in subigendis hostibus, 34, 18.

eamdem (*ferociam*) ad non parendum senatui habuit, 42, 9.

post publicam cauſſam privato dolore habito, 2, 56.

nullum misericordiæ locum habuerunt, 29, 22. *i. q. invenerunt.*

pro haud dubio habitum, 8, 36.

animum ipsi habent, 40, 5. *Vid.* obses.

magis et litteræ et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt, 42, 46.

Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur, 42, 45.

vias latrociniis pascuaque infesta habuerant, 39, 29. *i. q. effecerant.*

templa æqualem turbam habuere, 27, 51. *in gratulatione.*

extra prædam quatuor millia deditorum habita, 7, 27.

plurimum ad effectum spei in celando incepto habuit Hannibal, 21, 57. *i. e. posuit.*

pater eum expertem habebat omnium de rebus Romanis consiliorum, 40, 5. pro *esse volebat, vel faciebat.*

aliquem captum non extra vincula habere, 2, 40*. *i. e. non dimittere e vinculis.*

habent auxilii nihil sacratæ leges, 2, 54. *i. q. dant, afferunt.*

habet veniæ nihil lex, nihil laxamenti, 2, 3. *i. e. nihil dat veniæ etc.*

habet (*pars montis*) iter, 38, 22. *i. e. adiri potest.*

antiqua disciplina milites habuerat, 45, 35. *h. e. coërcuerat, continuerat.*

in armis eos adcolæ Galli habebant, 10, 2.

si viri arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris, 3, 67.

pauca verba habita, 10, 24.

legati—rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces, 9, 20.

ex vano habere, 27, 26. *Vid.* haurire.

pacem sibi habeat, 9, 11.

equites impedimentaque præ se habens, 44, 4.

utraque cauſſa tribunos plebis, utraque consules habebat, 39, 38. *h. e. fautores habebat, vel adjutores.*

omnia fortunam habituram (*scil. in potestate*) quæcumque temeritas collegæ habuisset, 22, 27.

HABILIS, 24, 48. rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem.

Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam, 7, 10.

brevitate habiles gladii, 22, 46.

nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius, 21, 4.

HABI-

Digitized by Google

HABITARE, 2, 62. vicis frequenter habitabatur. *cf.* 9, 28. *vide B. Patruum ad Tacit. Mor. Germ. cap.* 39.

arx procul iis, quæ habitabantur, 24, 3. *cf.* 36, 22.

HABITUS paſtorum, 9, 2. *de veſtimentis. it. cap.* 36. paſtoralis.

præter habitum veſtitumque et ſonum Latinæ linguæ, 29, 17.

habitus veſtis, 24, 5.—oris, 21, 4.—temporum, 10, 46.—animorum, 30, 28. *it.* 34, 49.—armorum, 9, 36. *it.* 22, 18.—pecuniarum, 1, 42.—Italiæ, 9, 17.

erat autem non admodum ſimplex habitus animorum inter Achæos, 32, 19. *i. e. incerti animis erant, neſciebant, quid optarent, facerent, ob rationes in utramque partem permultas.*

ex præſenti potius, quam præterito habitu æſtimat, 32, 14. *i. e. animi; de ſtudio obſequendi.*

habitus novæ fortunæ, novique ingenii, quod ſibi victor induerat, 9, 18.

habitus gentium harum, tum magnitudine corporum, tum ſpecie terribilis erat, 22, 46.

moderandis ad civilem habitum honoribus, 38, 57. *h. e. modum honoribus non efferri, ſed communem ſe tamen adverſus omnes gerere.*

HÆRERE, 29, 33. ipſe, qua intenderat, inter media tela hoſtium evaſit—duæ turmæ hæſere. *i. e. ſe non expediverunt e periculo.*

cæduntur in portis, ſuomet ipſi agmine in arcto hærentes, 34, 15.

ubi hærere jam aciem collato pede videris, 6, 12.

hærens in terga Romanus, 1, 14. pro *in tergis, inſtans.*

injectus ignis hæſit, 30, 5.

oſculo hærens, non ante precibus abſtitit etc. 23, 9.

tyrannum reliquiſſe, non ſuæ ſolum patriæ gravem, ſed omnibus circa civitatibus metuendum, hærentem viſceribus nobiliſſimæ civitatis, 34, 48. *Sunt, qui* in viſceribus *legi velint. Sed utraque forma Liviana eſt. cf.* 33, 44. *vid. Intt. ad illum locum.*

quum in hac difficultate rerum conſilium hæreret, ac prope torpor quidam occupaſſet hominum mentes, 26, 36.

ne in turba quidem (*octo tribb. mil. conſ. poteſtate*) hærere plebeium quemquam, 5, 2. *de locis ultimis intelligendum. vid. Drakenborch. ad h. l.*

HASTA ſanguinea præuſta, 1, 32. *in bello indicendo adhibita, ut terror injiceretur; ſive illa ſanguine cruentata fuerit; ſive e frutice ſanguineo. vid. Plin. H. N.* 26, 18. *Ammian. Marcellin.* 19, 1.

pontifices haſtas motas nunciavere, 40, 19. *inter prodigia numeratur: ceterum haſtæ Martis interpretibus videntur intelligendæ.*

HAUD, *vid.* dubie—hauddum, 10, 6. *it. cap.* 25. *cf.* 28, 2.—haudquaquam, 10, 28. *it. cap.* 30.—haud minus, 6, 42.—haud amplius, 28, 2.—haud ſcio an, 9, 15. *vid. Drakenb. ad* 37, 54.

HAURIRE, 31, 37. profundo limo hauſti ſunt.

graves loricis aliiſque tegminibus hauſere gurgites, 5, 38.

duobus in prærapidum gurgitem hauſtis, 29, 32.

haurit incendium, 5, 7. *i. e. abſumit. it.* 30, 5. flamma hauſit.

Digitized by Google

nihil hauſtum ex vano velim, 22, 7.

uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit, 7, 10.

placari nequeunt, niſi hauriendum ſanguinem, laniandaque viſcera noſtra præbuerimus, 9, 1.

hauriendus, aut dandus eſt ſanguis, 7, 24.

velut ex diutina ſiti nimis avide meram haurientes libertatem, 39, 26. *i. e. intemperanter utentes libertate.*

poculum impavide hauſit, 30, 15.

HEBETARE, 30, 35. ſi nihil aliud, vulneribus ſuis ferrum hoſtile hebetarent.

HEMERODROMOS vocant Græci, ingens die uno curſu emetientes ſpatium, 31, 24. *item* ſpeculatores. *vide Dukerum ad h. l.*

HEPTERIS, *vid.* HEXERIS.

HERBA pura, 1, 24. *it.* herba graminis *ibid.* *Similiter* ſaxo ſilice *ibid.* *Scilicet* herba *dicitur de virenti germine fruticis cujuſcumque. vide Virgil. Eclog.* 5, 24.

jam altæ in ſegetibus herbæ pabulum præbere poterant, 23, 48.

non ad frumenta modo, quæ jam in hibernis erant, 25, 15. *valde arridet emendatio Jac. Gronovii* in herbis *legentis.*

HERBIDUS, 23, 19. herbidum terrenum. *i. q. terra herbis conſita, obducta. cf.* 1, 7. 9, 2. *it.* 29, 31.

HEREDITARIUS, 3, 18. populi colendi velut hereditaria cura etc.

HEREDITAS, 24, 25. quum clauſis Andranodorus Inſulæ portis hereditatem regni creverit, quæque procurator tenuerat, pro domino poſſederit.

HEXERIS, 37, 23. tres hepteres et quatuor hexeres habebat. *Genera navium Græcis potiſſimum uſitata, et a numero ordinum, quibus remi ſtructi erant, cognominata. cf.* 29, 9.

HIBERNA agere, 9, 28.

id *(pabulum)* convexit in Claudiana caſtra—ibique hiberna ædificavit, 23, 48.

HIBERNACULA, 5, 2. quum ſpes major imperatoribus—in obſidione, quam in oppugnatione, eſſet; hibernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta. *cf.* 30, 3. *it.* 22, 32. hibernaculis communitis.

HIBERNARE, 10, 46. exercitum in agrum Veſcinum—hibernatum duxit.

HIC, 42, 18. hoc copiarum: *de ſupplemento,* 9000 *militum.*—hoc ſervitutis, 5, 2.—hoc ſolatii, 30, 13.

Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, 1, 5. *i. e. quod hodiernum in uſu eſt. Similiter,* 1, 42. tum claſſes centuriaſque et hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, *i. q. qui nunc quoque ſervatur.*

horum deinceps annorum vel ſecundas res, vel etc. 5, 51. *cf.* 4, 4.

neque eo minus aut hos, aut illos plus in delectum militum dare, 41, 8. *debebat eſſe* ſe.

hæc

Digitized by Google

hæc taliaque vociferantes, 5, 2 —hæc aliaque dicendo, 29, 1. *vid. Intt. ad illum locum.*

arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepiſtis, 3, 17.

hæc licentia, 25, 40. pro *hujus temporis licentia. Sic* 6, 4. opus vel in hac magnificentia urbis conſpiciendum. *Vide Gronovium ad illum locum.*

hoc illud eſſe dictitantes, quod etc. 5, 2. *Sic Virgil. Æn.* 4, 675. *Hoc illud, germana, fuit?*

hic is eſt, qui nihil memorabilius toto tempore hibernorum geſſerit, 36, 17.

nec cum his primum Etruſcorum, ſed multo ante cum iis, qui inter Apenninum Alpeſque incolebant, ſæpe exercitus Gallici pugnavere, 5, 33.

et mittentibus et miſſis ea læta expeditio fuit: nam et *illis*, quod jam diu cupiebant, novandi res occaſio data eſt; et *hi* ſentinam quamdam urbis rati exhauſtam, lætabantur, 24, 29. *manifeſte* hi *relatum ad remotius. cf.* 30, 30.

quandoque hice homines injuſſu populi Rom. etc. 9, 10. *vid. Drakenb. ad h. l.*

hoccine patiendum fuiſſe, 6, 17. *cf.* 8, 5.

hiccine fuerit Aſcanius, 1, 3. *it.* hiſcine, 7, 30.—huicne, 38, 49.

HIC Capitolium eſt, *ubi* quondam, capite humano invento, reſponſum eſt, *eo loco* caput rerum fore, 5, 54.

ubi hic curiam circumſederitis, 3, 68.

hic Poſtumius accenſus ira, 39, 13. pro *tum, tunc.*

hinc jam non, quod factum eſt, defenſurus ſum, 45, 23. *haud dubie cum Drakenborchio legendum* hic jam: pro *nunc, hoc tempore. vid.* hinc.

HIEMARE, 5, 2. conſiliumque erat, hiemando continuare bellum.

HIEMS, 5, 2. ne hiemi quidem aut tempori anni cedere. *cf. cap.* 10. *et* 13. hiems gelida et nivoſa. *Vide Cuperi Obſ.* 2, 10.

HINC jam non, quod factum eſt, defenſurus ſum, 45, 23. *Sed Drakenborchius legi vult:* hic jam, *quæ particula, de tempore præſenti dicatur, uti* hic tum *de præterito: vide eumd. ad* 3, 28.

HISCERE, 9, 4. nec conſules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam neceſſarium hiſcere poſſent. *cf. cap.* 6. non hiſcere quemquam præ metu potuiſſe.

nec adverſus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipſa plebs, attollere oculos aut hiſcere audebant, 6, 16.

hiſcere eum nequiſſe, 10, 19. *i. e. mutum et elinguem fuiſſe.*

HISPANIA terra, 38, 58. quum per aliquot annos in terra Hiſpania, adverſus multos Pœnorum Hiſpanorumque et duces et exercitus nominis Romani famam auxiſſent: *more poëtarum dictum: vid. infra in v.* terra.

HISTRIO, 7, 2. vernaculis artificibus, quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum.

HODIE QUOQUE, 1, 26. *niſi legendum* hodieque. *vid. Intt. ad* 5, 27.

HOMO, 1, 32. hominibuſque priſcis Latinis etc. *Non mere formularia*

Digitized by Google

mularia hæc ratio dicendi eſt. Nam 23, 31. *legitur:* quorum hominum eſſent: pro *cujus populi cives fuiſſent. cf.* 4, 4. *it.* 9, 26.

Capitolium tamen atque arcem diique et homines Romani tenuerint, 5, 51.

veniam erroris hominibus adoleſcentibus darent, 2, 18. *cf.* 28, 40.

nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat, 8, 34. *i. q. plane nullius rei v. h.*

de hominibus raptis pecoribuſque abactis, 39, 47. *Non ſervi modo, ut nonnulli volunt, ſed liberi etiam videntur intelligendi. Nam Philippus erat omnibus gravis accola.*

accolas ſibi quiſque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebant, 10, 10.

ut hi homines Romanis reſtituerentur, 9, 30. *Illud* hi *Drakenborchio delendum videtur, quum* homines *ſufficiant. Solet præterea* homo *interdum dici pro* hic, is *etc. quemadmodum* vir, *et i. g. a. vid. Burm. ad Phædr.* 2, 5, 19.

promiſcue acervatos cumulos hominum urebant, 5, 48.

ſupra duodecim millia hominum cæſa duobus prœliis, 24, 41. *cf. capp.* 42. 49. 23, 25. *it.* 39, 31.

non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum, 9, 19.

raptim eductis hominibus atque equis—nihil caloris inerat, 21, 54.

jura gentium hominumque, 4, 4.

HONESTARE, 26, 5. ingens corpus erat (*Nævius*) et arma honeſtabant.

HONESTUS, 36, 40. ſatis honeſtam honoratamque imaginem fore.

honeſtum ordinem ducere, 3, 44. *Vid.* ordo.

clari magis inter populares, quam honeſti, 8, 27.

HONORARE, 10, 7. quos corona triumphali laureaque honoraritis.

HONORATUS, 40, 54. honorati Philippi amici. *alias:* purpurati.

maximum (*ſibi onus*) tam honoratorum collegarum obſequio injungi, 6, 6. *Vid.* honeſtus.

honoratiſſimum decretum, 27, 10. *i. q. honorificentiſſimum.*

HONORIFICE, 44, 31. cum prætore eo die honorifice eſt epulatus.

HONORIFICUS, 33, 20. honorifica in ſe decreta reſponſaque.

HONOS, 39, 29. medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret, *i. e. ovatio:* prohibitus—ne ovans rediret, quum ab ſenatu impetraſſet, privatus urbem ingrediens, mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri in ærarium tulit, 32, 7. *hic igitur ultimus honos militaris fuit, imperatoribus reducibus e bello habitus. Sunt tamen, qui triumphum in monte Albano, inferiorem quippe ovatione, ſecundum a triumpho juſto locum occupaſſe dicant. cf.* 33, 27.

Fabium, ea ætate, atque eis honoribus, Valerio ſubjectum, 10, 3. *i. q. tam honoratum,* tot tantiſque *honoribus functum.*

non

Digitized by Google

non tam ad honorem ejus factum, quam ad consulum ignominiam, 2, 27.

Romanorum autem honoris caussa Peræam Rhodiis restitutam, 32, 34.

ad honores pervenire, 22, 26. *ubi vulgo legebatur* ad honorem: *quod minus usitatum est. Occurrit tamen etiam ap. Nostrum. v. c.* 22, 7*.

uti diis immortalibus honos haberetur, 42, 9.

aræ—honore, donis cumulentur, 8, 33.

est apud te virtuti honos, 2, 12. *i. e. præmium. cf.* 45, 22.

deque præda, manubiis, spoliisque honorem habetote, 23, 11.

ipso Hannibale omnium rerum verborumque honore exsequias celebrante, 25, 17.

HORA fatalis ignominiæ, 9, 5.

unaque hora quadringentorum annorum opus excidio ac ruinis dedit, 1, 29. pro *parvo temporis spatio.*

ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen, 30, 30. *mox:* unius horæ fortuna.

momento unius horæ cæsus, 9, 16. *cf.* 25, 28. *Vid.* momentum.

HORRENDUS, 9, 36. silva—invia atque horrenda.

HORRENS, 44, 41. cujus (*phalangis*) confertæ, et intentis horrentis hastis, intolerabiles vires sunt.

HORREUM populi Romani (*Campania*) 7, 31.

HORRIDUS, 9, 40. horridum militem esse debere; non cælatum auro et argento, sed ferro animisque fretum.

HORROR, 39, 8. nec is, qui aperta religione, propalam et quæstum et disciplinam profitendo, animos horrore imbueret. *i. q. metu religionis.* vid. *perfundere.*

HORTAMEN, 10, 29. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda.

HORTAMENTUM, 7, 11. pugnatum—in conspectu parentum conjugumque ac liberorum: quæ magna, etiam absentibus, hortamenta animi, tum subjecta oculis, simul verecundia miseri cordiaque militem accendebant.

HORTARI, 43, 19. hortarentur in amicitiam jungendam.

quum et caussa eos sua et fortuna hortaretur, ut—peterent, 37, 49. *Fortasse legendum:* hortaretur petere. *vid. Intt. ad h. l.*

HOSPES, 45, 31. qui se propalam per vanitatem jactassent, tamquam hospites et amicos Persei.

HOSPITALIS hostis, 25, 18.

ne hospitali cæde dextram violet, *ibid.*

deversorium hospitale, 21, 63. *i. e. apud hospitem.*

munera ex instituto data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata, 42, 24.

HOSPITIUM, 1, 45. cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat.

per quosdam privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos, 8, 3.

divisique in hospitia, 2, 14. *ipsæ ædes intelligendæ, ubi deversentur. Sic* 33, 1. hospitium imperatoris. *cf.* 28, 26.

Digitized by Google

HOSTICUM, 29, 2. hoſtico, tamquam pacato, clementer ductis militibus. *cf.* 6, 31. *it.* 8, 34. *Sic* bellicum, cavum, eventum, *alia, Livio dicuntur.*

HOSTICUS, 44, 13. ne ſegnis ſederet tantum in agro hoſtico.

HOSTILIS, 2, 12. hoſtilia audere. *it.* 3, 2. hoſtilia pati.

HOSTILITER depopulari, 37, 17. *it. cap.* 21. diripere hoſtiliter.

multa alia caſtella—deleta hoſtiliter, 9, 38.

HOSTIS alienigena, 29, 10. *Vid.* hoſpitalis.

campeſtrem hoſtem, grávem armis, ſtatariumque, 22, 18. *Vid.* movere.

hoſtis populo Romano, 21, 1.

adverſus latronum magis, quam hoſtium, excurſiones, 35, 7. *Similiter* bellum *et* latrocinium *ſibi opponuntur.*

HUC, 7, 34. dum huc illuc ſigna vertunt. *al.* huc illucque.

quum huc atque illuc ſigna transferrent, 5, 8.

adde huc populationem agrorum, 7, 30.

HUMANUS, 5, 33. ſi quidquam humanorum certi eſt.

multa—admirationis humanæ in eo juvene modum exceſſerant, 26, 19, *i. e. virtutum, quæ in homines cadunt.*

ſi quidquam in vobis, non dico civilis, ſed humani eſſet, 5, 3. *Vid.* divinus.

HUMILIS, 3, 53. ſatis ſuperque humilis eſt, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo.

I.

JACERE, 30, 10. quum maxime vallum Romani jacerent,

quum rudera milites religione inducti jacerent, 26, 11. *cf.* 3, 18. *vide Dukerum ad illum locum.*

ſigna ademta ſigniferis in hoſtes jecerunt, 34, 46.

inter quos, quum omiſſo diſcrimine, vera an vana jaceret, theſauros Gallici auri occultari a Patribus jecit, 6, 14. *i. q. diceret.* int. *verba. Sic* 5, 15. quiſnam is eſſet, qui per ambages de lacu Albano jaceret.

in novitatem generis originiſque qua falſa, qua vera jacere, 2, 45.

lapides pluere et fulmina jaci de cœlo, 28, 27.

jactæ ſunt pacis conditiones, 38, 25. *vid. in v. ſq.*

JACERE, 10, 35. ſe quidem omnia expertos, ſed militum jacere animos. *cf.* 9, 6. *ubi tamen vulg. habet* tacere.

ſpolia jacentis hoſtium exercitus peditibus conceſſit, 44, 45. *i. q. cæſi.*

JACTARE, 9, 12. arma jactari cœpta. *i. q. abjici.*

ramoſque oleæ ſupplices jactantes, 45, 25.

nec vexationem vulneris in via jactanti (*propter aſperitatem*) ultra patiens, 21, 48.

ibi jactantem ſeſe ſcorto inter cetera retuliſſe, 39, 43.

jactatur in conditionibus pacis, 2, 13. *i. q. commemoratur.*

hanc

Digitized by Google

hanc—jactari magis caufſam, quam veram eſſe etc. 5, 53.
multæ et parvæ diſceptationes jactabantur, 39, 48.
jactata res ad populum eſt, 10, 37. *i. q. rejecta.*

JACTATIO, 21, 26. necdum ſatis refectis ab jactatione maritima militibus.

JACTURA, 5, 39. facilem jacturam eſſe ſeniorum.
levem ex comparatione priorum ducere recentem equitum jacturam, 22, 8. *levem i. q. vilem.*

JACTUS, 30, 10. ex roſtratis Pœni vana pleraque (utpote ſupino jactu) tela in ſuperiorem locum mittebant.
ut vix teli jactu a ſtatione proxima abeſſet, 8, 7. *cf.* 26, 40. *ubi eſt* ictus teli. *vid. Intt. ad h. l.*

JACULARI, 42, 54. ſed probris quoque in ipſum Macedonaſque procacibus jaculati ſunt. *Si quidem lectio ſana. Fortaſſe cum Gronovio* joculati ſunt *legendum.*

JAM inde ab initio, 1, 2. *cf.* 2, 65. 4, 36. 36, 17. 44, 26. *it.* 6, 40. *ubi vid. Drakenb.*
ſuo jam inde vivere ingenio, 3, 36. *cf.* 36, 17.
gens jam inde nulla—inferior, 21, 31. *cf.* 9, 16.
quum in conſpectu jam caſtra, jam Aquiloniam habuiſſent, 10, 43.
jam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor, 2, 29. pro *ſtatim, ut ſæpius, junctum quidem futuro.*
jam plebs, præterquam quod conſulum nomen—ne tribunicium quidem auxilium quærebat, 3, 34. pro *præterea.*
jam tum, quum ipſe ibi cum collega etc. 10, 21.
jam primum omnium, 1, 1.—jam omnium primum, 5, 51.—jamjam primum, 4, 11*. *niſi legendum* tamquam. *Ceterum illud* jam primum *eleganter ſervit tranſeundi facilitati. vid. Drakenborch. ad* 9, 17.
qui jam nunc ſanguine meo ſibi indulgeri æquum cenſet, 40, 15.—nunc jam, 7, 32. *cf.* 2, 54. *it.* 3, 40.
Philippo jam pridem hoſti, 36, 14. *cf.* 9, 25.

JANUS, dexter, 2, 49. *Jani nominantur tranſitiones perviæ, ut explicat Cicero de nat. deor.* 2, 27.

IBI ira eſt ſuppreſſa, 2, 35. pro *ea re.*
ibi animum parem tantæ poteſtati eſſe, 4, 13. *i. e. in eo viro.*
regia ibi (*ea*) Pyrrhi fuerat, 38, 9.
ibi dum—nullo ſatis digno moræ pretio tempus terunt, emiſſus hoſtis de manibus eſt, 21, 48.
ibi plurimum profectum eſt, 3, 14. pro *tum quidem. Sic et* ibi vero, 3, 69. *it. cap. ſq.*
in ſenatum ubi ventum eſt, ibi vero in Quinctium omnes verſi, 3, 69. *cf. cap. ſq.*
excitis ad ſe principibus, ibi agere—cœpit, ut etc. 32, 30.

ICTUS, 5, 21. repentino icti furore. *it.* 26, 20. cladibus.
turres ictæ fulminibus, 25, 7. *i. q. tactæ.*
ictus Hannibal uno prœlio adverſo, 37, 24. *i. e. fractus.*
ſcuta galeæque ictæ, 9, 35.
nova re conſules icti, 27, 9.

Digitized by Google

conſcientia ictus, 33, 28. rebellione ictus, 34, 17. *i. q. permotus, admonitus.*

ICTUS, 30, 10. gravior ac pondere ipſo libratior ſuperne ex onerariis ictus erat.

non cæcis ictibus procul ex improviſo vulnerabantur, ſed, pede collato, tota in virtute ac viribus ſpes erat, 34, 14.

ut extra ictum teli eſſent, 34, 28.

ut ſub ictum venerunt, telorum etc. 27, 18.

gemitus vulnerum ictuſque corporum aut armorum, 22, 5.

ictus mœnium cum terribili ſonitu editi, 38, 5.

IDEM, 27, 9. idem ſocios conſenſiſſe omnes.

idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat, 2, 45.

unde quum eadem reverti poſſet ad ſuos, 3, 70. *i. q. per eamdem viam. Sæpius commutatum cum* eodem. *vid. Drakenb. ad* 4, 33.

idem certaminis, 10, 34.—damni, 35, 42.

iidem igitur omnes ſumus: et quum *eadem* omnia in hoc bellum afferamus, quæ in priora attulimus, *eumdem* eventum belli exſpectemus, 6, 7.

in eadem mecum Africa geniti, 30, 12.

IDEMTIDEM, ne quis violaret, Talaſſio ferri, clamitatum, 1, 9. *cf.* 10, 19. 4, 20. *it.* 5, 39.

JEJUNA feſſaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant, 21, 55.

IGITUR *a principio periodi*, 2, 48.

IGNARUS, 21, 22. quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis eam (*Hiſpaniam*) legatis ad ſollicitandos principum animos.

ignari veniſſe dictatorem, 8, 36.

IGNAVUS, 3, 67. quem tandem ignaviſſimi hoſtium contemſere?

quando nec foſſa valloque ab ignaviſſimo ad opera ac muniendum hoſte clauſi eſſent, 9, 4.

IGNIS, 3, 53. vivoſque igni concrematuros minabantur. *cf.* 6, 33.

arma ſubdito igne concremavit, 8, 30.

ignibus armata ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota collucens, 4, 33.

facibus ardentibus plurimum ſimul ignem conjecerunt, 23, 37.

Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant, ſed ſerius Platoris fraude e ſpecula elati, 28, 7.

quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviſo incendium daret, eum ſe exſtincturum, 10, 24. *de bello.*

et Syphacem et Karthaginienſes, niſi orientem illum ignem (*Maſiniſſam*) oppreſſiſſet, ingenti mox incendio—arſuros, 29, 31.

IGNOBILIS, 10, 20. infrequentia armatis ſigna egreſſa, prædam prædæque cuſtodes exire, ignobile agmen, et ſua quemque molientem etc.

ignobili atque inhoneſta morte—occubuit, 29, 18.

lævum

Digitized by Google

lævum cornu ignobiles tenebant Hiſpaniæ populi, 29, 2.
ignobilis urbs, 25, 1. *it. cap. eod.* ignobilia oppida.
IGNOMINIA, 26, 1. additum etiam utrorumque ignominiæ eſt, ne in oppidis hibernarent etc.
ſervate modo, quos ignominia irritaveritis, 9, 3. *Vid. infra in v.* injungere.
in contumeliam ignominiamque certare juvat, 4, 4.
IGNOTUS, 5, 39. ignotæ ſitus urbis. pro *ignotus ſ. v.*
ILLAC fuga et cædes vertit; ubi ſacram Dianæ feram jacentem videtis: hinc etc. 10, 27.
ILLACRIMARE, 45, 4. ipſe illacrimaſſe dicitur ſorti humanæ.
ILLE *relatum ad propiores*, 24, 29. nam et illis quod—et hi etc. *cf.* 30, 30. *it.* 39, 53. *vid.* hic.
ILLIBATUS, 3, 61. eo imperium illibatum referrent.
ILLICERE lucro mercatorem, 10, 17.
invexiſſe in Galliam vinum, illiciendæ gentis cauſſa, 5, 33.
ILLICO, 39, 15. quod ad multitudinem eorum attinet, ſi dixero, multa millia hominum eſſe, illico, neceſſe eſt, exterreamini, niſi adjunxero, qui qualeſque ſint.
ILLIGARE, 5, 27. illigatæ poſt tergum manus.
illigari gentem Romano bello, 31, 25. *cf.* 32, 21.
familiari amicitia illigatum alicui eſſe, 32, 22.
non iis conditionibus illigabitur pax, 33, 12.
invitum ſe gravioris fortunæ conditioni illigantem, 36, 11. *de filia collocanda regi Antiocho.*
ILLITUS, 5, 2. donum inimicorum veneno illitum fore.
faces tædamque et malleolos ſtuppæ illitos pice parari jubet, 42, 64.
ILLUSTRIS, 29, 34. Karthaginienſium equites—et divitiis quoſdam et genere illuſtres. *Vid.* eques.
viri illuſtres, 33, 36. *it.* homines, 41, 25.
IMAGINARIUS, 3, 41. neque enim ſibi privatos, aut in curia aut in concione poſſe obſtare; neque ſe imaginariis faſcibus eorum ceſſuros eſſe. *i. q. non legitimis.*
IMAGO, 1, 34. nobilis una imagine Numæ.
te—patris imago—creat vocatque regem, 1, 47.
clarum hac fore imagine Scaptium: populum Rom. quadruplatoris et interceptoris litis alienæ perſonam laturum, 3, 72. *Hic imago non tam pro nobilitate, quam pro ſplendore, ex meritis in rempublicam collecto, poſita videtur.*
his quoque imaginibus juris ſpretis, 41, 8. *i. e. quæ per ſpeciem juris jactantur.*
quidnam illi conſules dictatoreſve facturi eſſent, qui proconſularem imaginem tam ſævam ac trucem fecerint, 5, 2. *i. e. munus tribunorum militum conſulari poteſtate.*
IMBELLIS, 22, 39. imbellem pro perito belli vocent.
incondita inermiſque multitudo, mixta imbelli turba, 32, 13. *i. e. feminæ, infantes etc.*
nec rem Romanam tam deſidem umquam fuiſſe atque imbellem, 21, 16.
imbellem annum agere, 10, 1.

imbelle

imbelle triennium ferme peſtilentia—fuit, 4, 20.

IMBER ingentibus procellis fuſus, 6, 32. *cf. cap.* 8.

imbres continui campis omnibus inundantes, 8, 24.

imber continens per noctem totam uſque ad horam tertiam diei inſequentis tenuit, 23, 44.

inter alia prodigia et carnem pluit: quem imbrem etc. 3, 10.

imbri lapidavit, 43, 13. *i. e. pluit imbri lapideo. cf.* 30, 38.

tandem eam nubem cum procella imbrem dediſſe, 22, 30.

imbre conquieſcente, 24, 47.

IMBIBERE, 2, 58. nec ulla vi domari poterant; tantum certaminis animis imbiberant.

neque immemor ejus, quod initio conſulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis etc. 2, 47.

IMBUERE, 4, 31. colonorum cæde imbutis armis.

imbutus uterque quadam admiratione alterius, 21, 39.

imbutum jam a juventa certaminibus plebeiis, 5, 2.

malo tirocinio imbuendum Samnitem, 9, 43.

Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeſte genitos, liberaliter educatos, ſervilibus vitiis imbuiſſe, 26, 2.

qui hinc integri et ſinceri Romam eunt—imbuti illinc et infecti Romanis delenimentis redeunt, 40, 11.

inter novitatem ſucceſſoris, quæ noſcendis prius, quam agendis rebus imbuenda ſit, 41, 15.

IMITARI, 7, 2. ſine imitandorum carminum actu, *i. e. ſine hiſtrione, qui ſaltando et geſticulando ea, quæ pronunciabantur, exprimeret. vide Dukerum ad h. l.*

IMMATURUS, 1, 26. abi hinc cum immaturo amore.

IMMEMOR, 1, 34. qui quum, ignorans nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis, deceſſiſſet. *i. e. non cogitans de nepote.*

omnium immemor difficultatum, 9, 31. *ſcil. imminentium.*

immemor armorum, 2, 22. *i. q. pacis ſtudioſus.*

immemor ſuæ libertatis, 2, 20. *h. l. qui non curat libertatem adipiſci.*

qua cibi, qua quietis immemor nox traducta eſt, 9, 3.

IMMENSUS, 5, 37. equis viriſque longe ac late fuſo agmine immenſum obtinentes loci.

ad immenſum multitudinis ſpeciem auget, 29, 25.

quæ (*fuga*) ubi immenſa ac ſine ſpe erat, 22, 6.

IMMIGRARE, 39, 14. ut aliquam ædium partem vacuam faceret, quo Hiſpala immigraret.

IMMINERE *viciniam, tam ex plano, quam ex alto, item cupiditatem et exſpectationem exprimit.*

carcer imminens foro, 1, 33.—imminentia muris ædificia, 2, 33.

imminet arbor prætorio, 3, 25.—arx mari, 24, 3. *cf.* 4, 59.

imminens (*mons*) ſuper Demetriadem, 44, 13.

imminentes ſpei majoris honoris, 4, 25.

imminere in occaſionem, 25, 20.

imminere animo in propinquam victoriam, 30, 28.

peritus

Digitized by Google

peritus rerum popularium imminenſque ei poteſtati, 3, 51.
defectioni Campanorum imminentes admoturos caſtra, 8, 22.

IMMISCERE, 4, 4. ne propinquitatibus immiſceamur, cavent.
Karthaginienſes Romanique pariter variis caſibus immixti, *i. e. fortunæ converſiones experti. Vulg.* immixtis.
qui ſortem omnem fortunæ regnique ſui cum rebus Romanis immiſcuiſſet, 45, 14. *i. e. conjunxiſſet.*

IMMITIS diu cædes pariter fugientium ac reſiſtentium armatorum atque inermium fuit, 4, 59.

IMMITTERE, 40, 48. armaturam levem immittendo in ſtationes. *Etiam* mittere *hoc ſenſu*, permittere *item dicitur.*
et me vel devovere pro populo Romano legionibuſque, vel in medios me immittere hoſtes paratus ſum, 9, 4. *cf.* 8, 9.
concitatam remis navem, quanto maximo impetu poterant, in terram quum immiſiſſent, 30, 25.

IMMO, 26, 30. maneant immo,—ut coram his reſpondeam etc. *cf.* 35, 49. *it.* 38, 43.

IMMODERATUS, 3, 9. quippe duos pro uno dominò acceptos, immoderata, infinita poteſtate.

IMMODESTE, *vid. in v. ſq.*

IMMODICE, 22, 27. immodice immodeſteque non Hannibale magis victo ab ſe, quam Fabio gloriari.

IMMODICUS lingua, 22, 12.
immodicus magis in numero augendo, 38, 23.
decreta immodica ad honores ſociorum, 31, 45.

IMMOLARE *non de immolatione proprie dicta, quæ fit per molam ſalſam, ſed de actu cædendi*, 1, 45. interea Romanus immolat Dianæ bovem.

IMMOLITUS, 39, 44. et quæ in loca publica inædificata immolitave privati habebant: ὕςερον πρότερον *dici debebat:* immolita inædificatave. *nam moliri, ſ. fundamenta jacere, præcedit ædificationem, et dicitur alias ſubmoliri.*

IMMUNIS, 38, 44. portoriorum immunes.

IMPAR, 22, 15. omni parte virium impar.
par audacia Romanus, conſilio et viribus impar, 27, 1. *conſtructio Livio imprimis uſitata. cf.* 6, 23.
videbam, quam impar eſſet ſors, quum ille vobis bellum, vos ei ſecuram pacem præſtaretis, 42, 13.

IMPARTIRI, 4, 54. tandem aliquando impartiendos plebi honores.

IMPAVIDUS, 42, 59. ut uſu belli et ingenio impavida gens turbaretur.

IMPEDIMENTUM, 8, 32. quæ dictatori religio—impedimento ad rem gerendam fuerit.

IMPEDIRE, 9, 9. noſtrum exercitum eadem, quæ impedierat, fortuna expediret.

IMPEDITUS ſaltus, 9, 2. *i. e. ſaltus itineris impediti.*
conſul ſuperior viribus, locis impeditior erat: omnia itinera obſepſerant hoſtes, 9, 43.

IMPELLERE, 9, 27. ſubſidiarias cohortes—in primam aciem extemplo

Digitized by Google

templo emiſit: univerſiſque hoſtem primo impetu viribus impulit. *cf. cap.* 40.

IMPENDERE, 6, 15. ſed quid ego vos, de veſtro impendatis, hortor. *Sic Terent. Adelph.* 1, 2, 37. *de meo.*

IMPENDIO magis publico, quam jactura, 7, 21.

IMPENSA, 5, 4. cui *(rei familiari)* gravis impenſa non eſt.

quia impenſa pecuniæ facienda erat, 44, 23. *Similiter* 1, 20. unde in eos ſumtus pecunia erogaretur.

rebus ipſis meritiſque et impenſis officiorum ut ſuperare poſſem, fortuna, tempora, Antiochus, et bellum in Aſia geſtum præbuerunt materiam, 37, 53.

IMPENSE, 40, 35. in pernicioſam, ſi quis impenſe retineret, ſeditionem *(milites)* exarſuri. *Vid. Duker. ad* 34, 15.

IMPENSIUS, 4, 46. certamina—multo impenſius in caſtris accendi.

IMPENSUS, 2, 9. quia impenſo pretio venibat.

IMPERARE, 33, 13. quæ priore conloquio aut imperata a Romanis, aut poſtulata ab ſociis eſſent, omnia ſe concedere.

Hernicis—milites imperati, 4, 26. *Sic* imperare frumentum, 9, 43.—ſtipendium, 29, 15.—peditès, 38, 35.—decumas, 42, 31. pecuniam, 30, 16. etc.

tribunis militum imperavit, ut ſarcinas in unum conjici jubeant, 3, 28. *cf.* 1, 27.

nulla arma, niſi imperata a populo Rom. ſumere, 40, 34.

Antiocho ſi Smyrna et Lampſacus imperata faciant, 35, 17. *i. q. ab Ant. imperata.*

IMPERATOR, 6, 29. ſignum—Jovis Imperatoris in Capitolium tulit.

cujus rei vitium non in belli eventum—ſed in rabiem atque iras imperatorum vertit, 8, 30. *i. e. dictatoris et magiſtri equitum, cujus poſterioris ductu auſpicioque, inſcio atque invito dictatore, vicerat exercitus. cf. cap.* 33.

imperatoremque regem appellandum cenſuerunt, 35, 45.

IMPERATORIUS, 10, 38. qui juniorum non conveniſſet ad imperatorium edictum etc.

IMPERIOSUS, 7, 40. eodem *(tenore)* hæc imperioſa dictatura geretur.

cognomenque Imperioſi grave liberæ civitati, 7, 4.

IMPERITARE, 21, 1. quod ſuperbe avareque crederent imperitatum victis eſſe. *cf.* 4, 5. *it.* 22, 41.

IMPERIUM, 1, 7. ita ſolus imperio potitus Romulus. *paullo ante* regnum *vocabatur. Contra cap.* 13. *diſtinguuntur:* regnum confociant, imperium omne conferunt Romam.

ſummum imperium, 4, 1. *de conſulatu. alibi:* regium. *it.* 4, 2. regiæ majeſtatis imperium. *cf.* 8, 32.

imperio regere urbem, 1, 6. *cf.* 8, 23.

paratus imperio, 9, 36. *i. e. ut pareat.*

ut nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere, 26, 18.

quibus *(auxiliis)* traditum a patribus imperium Hiſpaniæ repeti poſſet, 28, 31.

imperium alicui jubere dari, 26, 41.

quod

Digitized by Google

quod imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, 5, 34.

quæ in meo imperio gesta sunt, 29, 27. *i. q. a me imperatore.*

pro imperio submovere, 2, 56. *Oppos. si vobis videtur, discedite Quirites.*

titulus honoris (quod imperio, non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato, *Proprætor senatui*, scripserat) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus etc. 26, 2. *Hæc est prima mentio imperii ab exercitu delati. Similiter cap. 9. Proconsuli par cum consulibus in urbe imperium commemoratur; et 27, 7. imperium, non in annum, sed, donec revocaretur a senatu, decretum, dicitur.*

ita provinciæ exercituumque in eum annum partita imperia, 27, 7.

imperium ablatum ab tribunis suffragio populi creatis, 28, 27.

imperia—tribuni militum—et duumviri navales, 9, 30.

imperium populi Romani, 28, 42. *vid. Drakenb. ad h. l.*

una et viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est, 27, 22.

conservare imperium majestatemque populi Rom. sine dolo malo, 38, 11. *eorum est, qui inferiores se Romanis fœderis formulæ declarari passi sunt. Vid.* conservare.

IMPETRABILIS pax, 37, 34. *cf.* 30, 16.

triumphum impetrabilem faciebat, 39, 29.

omnia et impetrabilia et tuta erant apud Romanos, 25, 29. *cf.* 42, 29.

IMPETRARE, 43, 23. nec tamen impetrare ab animo posset, ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.

impetrato, 9, 16. *absolute. Sic alibi sæpius.*

IMPETUS, 1, 5. crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri, *scil. diripiendi caussa.*

ad regem impetum facit, *ibid.*

multa secum volventi (*Hannibali*) subiit animum impetus, caput ipsum belli, Romam petendi, 26, 7.

impetu potius bella, quam perseverantia, gerat, 5, 6.

unius prælata impetu lateris alterius remos detersit, 28, 30.

capere impetum, *vid.* capere.

IMPIGRE, 21, 57. fama impigre—defensi præsidii.

IMPINGERE, 27, 18. in aciem altiori superstantem tumulo impegere.

IMPIUS, 9, 41. vocis impiæ pœnas expetere, qua se urbem Romanam oppugnaturos minati sunt.

IMPLERE mare fama nominis sui, 1, 2.

Punicum nomen maria terrasque fœda fuga impleturum, 26, 41.

implere urbem lamentis, 5, 39. *de mortuis. i. e. facere, ut impleatur, vel potius, caussam esse, cur ete.*

omnia delubra pacem deum exposcentium—turba implebantur, 3, 5.

quum—montem Albani implessent, 1, 33. *i. e. habitandum occupassent.*

impletæ

impletæ cibis vinoque venæ, 26, 14.
militemque præda implevit, 7, 16.
implevere aures legatorum, 45, 31.
alius ab alio impleti rumoribus, 22, 7.
adolescentem suæ temeritatis implet, 1, 46. *cf.* 3, 63. *it.* 10, 14. 36, 12.
implere fata, *vid.* fatum.
impletas modis saturas, descripto jam ad tibicinem cantu, 2.

IMPLICARE, 27, 43. incertis implicantes responsis.
non tam in periculosum, quam longum morbum, implicitum, 23, 34.
intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit, 3, 2.

IMPLORARE, 9, 4. a Veiis exercitum Camillumque ducem implorabunt, *i. q. arcessent.*

IMPONERE in caput, 1, 18. *Alii*, in capite.
præsidio Medione impositio, 36, 12. *cf.* 31, 18.
se in præsidio impositum esse, 24, 37.
coloniamque in Samnitium agro imposuerit, 8, 23. *nempe observandi, vigilandi caussa, ex instituto vetere prudentiæ Romanæ.*
præerat huic arci Philodemus—ab Epicyde impositus, 25, 25.
spei nostræ—finem imposuerimus—ipsa indignitas perseverantiam imponere debuit, 5, 4.
imponere fraudi speciem juris, 9, 11.
cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet, 21, 44.
ipse alias claves omnibus portis imposuit, 27, 24.
porta imposita; (*muro*) 34, 9.
argentum in stipendium impositum, 32, 2. *scil. unde stipendia dari possent.*
Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quod prædia habebat ibi, privatamque publicæ rei impensam imposuerat, 40, 51. *Aut sic, aut* injunxerat *legendum. Illud præfert Drakenborchius, et ita explicat: publica pecunia construxit opus, quod ipse aliique, qui itidem ibi prædia habebant, privata impensa facere debuerant.*
delecto milite ad naves imposito, 22, 19. *Scilicet* imponere *simpliciter pro* in naves imponere *dicitur. Etsi enim diserte additum est* ad naves, *id ipsum tamen ad* milites *referri vult Gronovius,* ut *intelligantur* milites ad naves *pro militibus classiariis.*
qui ob ereptum censuræ regnum labem secundæ suæ dicturæ imposuerint, 4, 32.
mulcta in civitates imposita, 10, 37.

IMPORTARE, 39, 14. ne quid eæ conjurationes cœtusque nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent.

IMPORTUNUS, 29, 17. quæ crudelissimi atque importunissimi tyranni scelera in oppressos cives edunt.

IMPORTUOSUS, 10, 2. importuosa Italiæ littora.

IMPOTENS, 6, 11. vitio ingenii vehemens et impotens. 25, 28. impotentes tyranni.

impo-

Digitized by Google

impotentia conſilia, 3, 36.

impotens injuria, 8, 28. *it.* 7, 41. poſtulatum, *i. e. quod proficiſcitur ab impotenti parumque moderato aut civili animo.*

impotens regnum, 8, 5. *cf.* 7, 39. 33, 46. *it.* 30, 16.

Pleminius impotens iræ, 29, 9. *i. q. impatiens. cf.* 5, 37. flagrantes ira, cujus impotens eſt gens.

ſuarum impotens rerum (*gens*) præ domeſticis ſeditionibus diſcordiiſque, 9, 14.

impotens lætitiæ animus, 27, 50.

IMPOTENTIUS, 27, 48. impotentius jam regi, et inter duas acies verſari velut incerti, quorum eſſent. *de elephantis.*

IMPRESSIO, 3, 62. quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent. *i. e. impetum ex propinquo.*

IMPROVISO oppreſſis nec animi ſatis ad reſiſtendum, nec virium fuit, 10, 32.

IMPROVISUS, 27, 43. audendum aliquid improviſum inopinatum. *Alterutrum videtur a gloſſa veniſſe.*

IMPRUDENS, 31, 14. Acarnanes duo juvenes, per Initiorum dies, non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingreſſi ſunt.

maris imprudentes, 34, 9. *i. q. expertes rei nauticæ.*

IMPRUDENTIA eventus, 4, 39. *i. e. quod non præviderant eventum.*

excuſata imprudentia de pace multis verbis differuit, 30, 37.

IMPUNITIOR, 3, 50. quo impunitior ſit (*Claudii libido*) eo effrenatiorem fore.

IN ſecundam aciem refugere, 30, 34.

redituri in Theſſalonicam, 40, 4.

in unum jam conſilium intentus, 37, 31.

id modo quæritur, ſi majori parti et in ſummam prodeſt, 34, 3.

in reliquum curæ ſenatui rem Syracuſanam fore, 26, 32. *i. e. in futurum.*

nec in præſens modo, ſed in venientem etiam annum, 2, 42.

in primum infeſtis haſtis provolant duo Fabii, 2, 46.

pugna jam in manus venerat, *ibid. Sic* εἰς *Græcorum* in *et* ad *ſignificat. vid. Gronov. ad h. l.*

mutabiles in diem cauſſæ, 31, 29.

comitia in ante diem—edixit, 41, 16. *cf.* 43, 16.

parcere victis in animum habebat, 33, 10.

numquam ambigua fide in amicitiam populi Romani fuerant, 6, 2.

viris in arma natis, 9, 9.

tertiæ claſſis in quinquaginta millium cenſum eſſe voluit, 1, 43. *h. e. uſque ad ſummam quinquaginta millium.*

in utrumque auctores ſunt, 10, 25.

in regiam terrorem facere, 1, 56. pro *in regia: dicit enim Livius, regem exterritum domeſtico viſu.*

in Æolidem coloniæ, 34, 58. *ſcil. miſſæ, deſtinatæ, etc.*

atque

Digitized by Google

atque in ira adverſus hoſtem fuerunt (*decreta*), 31, 45.

in navis adminiſtratione alia in ſecundam, alia in adverſam tempeſtatem uſui ſunt, 34, 6.

in primo, 2, 40. *i. q. ab initio: ſimiliter* a primo *dicitur: vid.* inprimis.

regia claſſis ſeptem—navium erat, in quibus tres hepteres, 37, 23. *i. q. et inter has. cf.* 1, 56.

eadem in militia (*militiæ*) ſævitia Appii, quæ domi, 2, 58.

primo in conſpectu, 42, 57. pro *ad primum conſpectum.*

ibi in quiete utrique conſuli eadem dicitur viſa ſpecies, 8, 6. *i. q. per quietem.*

regionis naturam ac nomina principum in populis (*populorum*) accepere, 9, 36.

ſi forte jam ſatias amoris in uxore ex multa copia cepiſſet, 30, 3.

quo tempore et in qua fortuna a populo Rom. defecerimus, 26, 13.

in variis voluntatibus, 1, 17. *i. e. quamvis eſſent variæ voluntatis.*

torpeſcentne in amentia illa? 23, 9. *h. e. quum te tam dementer facere videbunt.*

in eo, ubi præſidium eſſe oportebat, ibi exitium eſt, 40, 15. *ſi quidem ſanus locus.*

omnia quidem ut poſſes in nobis dii dederunt, 30, 12. pro *in nos. cf.* 5, 11. *it.* 26, 33.

qua ferocia animi uſus erat in Liguribus, 42, 9. pro *adverſus Ligures. cf.* 6, 22. *it.* 28, 43.

quum conſuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria (*in*) animo eſſet, 29, 36. *i. e. quum meminiſſent*, etc. *Sed vulgata etiam explicari poteſt, ut ſit* animum faceret.

in mulcta temperarunt tribuni, 2, 52. *i. e. per mulctam, ſ. in mulctam commutarunt pœnam capitalem.*

quæ (*arma*) in portis fuere noſtris, 3, 67. pro *ad portas.*

in Etruria prorogatum imperium eſt, 30, 41. pro *in Etruriam.*

ut ipſi in privato animadverterent in eas, 39, 18. pro *privatim.*

nihil eſt aliud in re, niſi ut omnia negata adipiſcamur, 10, 8. *i. e. nulla alia cauſſa eſt.*

INÆDIFICARE, 1, 55. ut libera a ceteris religionibus area eſſet, tota Jovis templique ejus, quod inædificaretur. *cf.* 43, 16.

INÆSTIMABILIS, 31, 34. nihil tam incertum nec inæſtimabile eſt, quam animi multitudinis. *h. e. quo confidere non licet.*

id vero inæſtimabile gaudium fore, 29, 32. *h. l. ſecundum litteram, quod aiunt, accipiendum.*

quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque novus competitor inæſtimabili perjurio inceſſeret, 37, 57. ult.

INAMBULARE, 9, 16. inambulans ante tabernaculum.

per muros inambulare ſenatores Nolanos juſſit, et omnia circa explorare, quæ apud hoſtes fierent, 23, 43.

INANI-

Digitized by Google

INANIMUS, 21, 32. animalia inanimaque omnia rigentia gelu.

fatiati cæde animantium, quæ inanima erant, etc. 41, 18.

INANIS, 33, 31. litteras inanes vana ſpecie libertatis adumbratas eſſe.

INAUGURARE, 1, 6. Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. *i. e. augurandum, augurium capiendum. cf. cap.* 36. *ubi* inaugura *i. q. augurando conſtitue, aſſequere, ſ. ut Drakenb. interpretatur:* per augurium divinare: *licet* divine *immediate antecedat.*

centurias—ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit, 1, 43.

qui ſecundo loco inauguratus erat, 40, 42. *Fortaſſe legendum:* creatus erat, *quod verbum de rege ſacrorum dicitur,* 2, 2. *Videtur male repetitum eſſe a librariis ex antecedentibus.*

INAUGURATO, 5, 52. urbem auſpicato inauguratoque conditam habemus.

INAURATUS, 40, 37. Apollini—dona vovere et dare ſigna inaurata; quæ vovit deditque.

INAUSPICATUS, 7, 6. num etiam in deos immortales inauſpicatam legem valuiſſe?

templum parietibus totis lamina inauratum, 41, 20.

INCALESCERE, 22, 6. ſole incaleſcente.

INCASSUM, 10, 29. vana incaſſum jactare tela.

INCAUTIUS, 21, 7. dum murum incautius ſubit.

INCAUTUS ad credendum pavor, 9, 12. *i. e. qui in eo ſibi parum caveret quod crederet.*

INCEDERE, 8, 8. unoque continenti agmine in hoſtem incedebant. *ubi tamen codicum pars maxima, Drakenborchio aſſentiente,* incidebant.

quacumque inceſſero in aciem hoſtium, 7, 33.

Sabini uſque ad portas urbis populantes inceſſere, 2, 63.

ſegnius Hiſpanorum ſigna incedebant, 28, 14.

per quam (*Indiam*) temulento agmine comiſſabundus inceſſit, 9, 17.

graviorque cura Patribus inceſſit, 4, 57.

juſſiſque—religio inceſſit, ab eis, quorum imminutum imperium eſſet, comitia haberi, 8, 3.

tantus gemitus omnium ſubito exortus eſt, tantaque mœſtitia inceſſit, ut non gravius accepturi viderentur etc. 9, 4.

INCENDERE, 6, 33. incenſos ea rabie impetus Tuſculum tulit. *it.* incenſus ira, 2, 13.

tacita cura animum incenſus, 22, 12.

INCENDIUM, 30, 6. ignibuſque in proxima tecta conjectis, effuſa flamma primo veluti ſparſa pluribus locis reluxit, dein per continua ſerpens, uno repente omnia incendio hauſit.

quum cædes et incendia circum Anienem feciſſent, 2, 64.

ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium eſſe, 7, 30.

ſe populare incendium priori conſulatu ſemiuſtum effugiſſe, 22, 40. *alias:* ambuſtus.

incendio

incendio alieni judicii—conflagrare, 39, 6. *i. e. propter invidiam alieni judicii condemnari et perire.*

INCENSUS *pro* eo, qui census non est, 1, 44.—in populo per multos annos incenso, 4, 8.

INCEPTUM, 5, 11. primo incepto.

non venit ad finem tam audax inceptum, 10, 32.—irrito incepto, 29, 35. *cf.* 9, 41. *it.* 25, 5.

inceptum non succedebat, 42, 58. *nisi legendum de conjectura Drakenborchii* inceptu pro *inceptui.*

neque satis inceptis succederit, 24, 19.

id fœdum consilium tum incepto, tum etiam exitu, fuit, 26, 38.

quum—perstaret in incepto, 8, 33. *cf.* 32, 23.

INCERTO *Adverb.* 28, 36. multique adnantes navibus, incerto præ tenebris, quid aut peterent, aut vitarent, fœde perierunt.

INCERTUS, 9, 24. quæ (*nox*) omnia ex incerto majora territis ostentat.

in incertum (*sc. tempus*) creatus, 4, 13.

incerti rerum omnium, suspensique de statu alterius uterque consul ageret, 9, 43.

incertus sententiæ, 4, 57.—incertus animi, 1, 7.—incertis animis fluctuans, 33, 1.—incertus veri, 4, 23.

incerti, manere eam an abire mallent, 2, 32.—incerti de fide sociorum, 9, 6.

incerti, socii, an hostes, essent, 30, 35.

incerta rerum multitudo, 24, 24.

incertus trepidavit, 33, 8.—incerta casuum, 30, 30.

incertus infans, 31, 12. *i. e. ambiguo sexu, uti paullo post dicitur.*

INCESSERE, 38, 29. funda mare apertum incessentes exercebantur. *Hic reciproce verbum est intelligendum ut sit aptum cū* incessentes: *nam passivum requirebat* incessendo.

vagosque—in viis lapidibus telisque incessebant, 26, 10.

tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes, 9, 8.

pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnosque, 28, 46.

quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque novus competitor inæstimabili perjurio incesseret, 37, 57. *semper, translate quidem, dicitur in malam partem.*

INCESSUS, 21, 36. tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est (*nix.*) *cf.* 10, 41.

inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum, sacibus ardentibus anguibusque prælatis, incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie, 7, 17.

INCESTE, 1, 45. quidnam tu, hospes, paras—inceste sacrificium Dianæ facere. *i. e. parum caste, pure.*

INCESTUM, 8, 15. ab incesto id ei loco nomen factum. *i. e. stupro Vestalium.*

INCESTUS, 45, 5. judicia—more majorum comparata de iis, qui inceptas manus intulisse intra terminos sacratos templi dicantur.

INCHOARE,

Digitized by Google

INCHOARE, 3, 54. ubi prima initia inchoaſtis libertatis veſtræ.
INCIDERE, 28, 3. incidentia tela.
metu, ne ambiguo ictu ſuis inciderent (*tela*), 30, 10.
cum tanto pavore incidentibus vobis in vallum portaſque, 27, 13.
priuſquam paventes portis inciderent, 5, 26.
ne—timor in exercitum incideret, 29, 24.
incidens portis exeſcitus, 5, 11.
incidens principum foribus, 9, 24.
quod ubi cui militi inciderat, 2, 27.
certamen conſulibus inciderat, *ibid.*
quonam fato incidiſſet, mirari ſe etc. 3, 40. pro *accidiſſet.*
incidunt aliorum peccata in unius ſuſpectum ingenium, 3, 11.
INCIDERE, 6, 39. ſi ſpem honoris latoribus earum (*rogationum*) incidant. *cf.* 3, 58. *it.* 35, 31.
ſpemque extemplo inciderunt, capi primo impetu poſſe, 44, 13.
quibus, longiorem exorſis orationem, brevis interrogatio—ſermonem incidit, 32, 37.
INCINCTUS cinctu Gabino, 8, 9. *it.* cultu, 10, 7.
INCIPERE, 9, 32. exſpectantes, ut ab adverſariis clamor et pugna inciperet: et prius ſol etc.
inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites, *Præf.*
INCITARE, 8, 33. his vocibus quum in ſe magis incitarent dictatorem.
incitatus hibernis pluviis (*fluvius*), 44, 8.
INCLAMARE, 1, 25. exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri.
Valerium magna voce inclamat, 8, 9.
paſtorum unus—inclamat alios, cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, 10, 4. *i. e. increpat.*
INCLEMENS, 9, 34. ne verbo quidem inclementiori.
INCLEMENTER, 32, 22. murmur ortum aliorum cum aſſenſu, aliorum inclementer aſſentientes increpantium.
INCLINARE, 29, 7. fretum æſtu inclinatum. *i. e. ubi rediit aqua ex alto verſus terram.*
prius ſol meridie ſe inclinavit, 9, 32.
niſi pars aliqua inclinaret ad reſpectum priſtinæ ſocietatis, 35, 39.
in liberis gentibus plebs—deterioribus erat ob regem Macedonaſque inclinata, 42, 30.
in dites a pauperibus inclinata onera, 1, 43.
Philippus—ad fortunam inclinavit, 23, 33. *ſcil. ſe.*
tribuni inclinatam rem in preces ſubſecuti, 8, 35.
inclinatis ſemel in Apulia rebus, 9, 20. *i. q. Romanis in Apulia victoribus.*
inclinavit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen demittere, 32, 13. *cf.* 28, 25.
in hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinavit animos, 8, 21.

dictator

dictator rem in cauſſam plebis inclinavit, 6, 39.

inclinatæ vires, 9, 12. *cf.* 3, 16. *it. cap.* 63. inclinatur Sabinis cornu.

INCLINATIO, 44, 31. adjuvante inclinationem animorum clementia in omnes et juſtitia prætoris. *cf.* 27, 17.

INCLUDERE, 24, 19. captivi—Romam miſſi, atque ibi in carcere incluſi ſunt.

Ætolorum utræque manus Heracleam ſeſe incluſerunt, 36, 16.

pars Heracleæ incluſerunt ſeſe, 36, 17.

nec ante vincere deſierint, quam Rubro mari incluſis, quod vincerent, defuerit, 42, 52.

conſuli primo tam novæ rei ac ſubitæ admiratio incluſerat vocem, 2, 2.

quum jam ſpiritum includeret, nec reciprocare animam fineret, 21, 58. pro *intercluderet: ſic ante Drakenborchium legebatur.*

includi vento in hoſtium ora, 37, 24.

incluſa (*oratio*) libro quinto Originum Catonis, 45, 25. *i. q. inſerta.*

poſtremo incluſum, (*ſcil. decreto*) 31, 44. *i. e. additum.*

INCLYTUS, 39, 36. inclytamque per gentes Lycurgi diſciplinam ſublatam.

INCOGNITUS, 42, 52. animum habendum eſſe, quem habuerint majores eorum; qui, Europa omni domita, tranſgreſſi in Aſiam, incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum.

biduum ad recognoſcendas res datum dominis: tertio incognita ſub haſta veniere, 5, 16.

INCOLA, 4, 3. Tarquinium non Romanæ modo, ſed ne Italicæ quidem gentis, Damarati Corinthii filium, incolam ab Tarquiniis—regem factum.

INCOLERE, 1, 1. qui inter mare Alpeſque incolebant. *cf.* 5, 33. *it.* 21, 31. incolunt prope Allobroges.

nos—ſi non eaſdem opes habere, eamdem tamen patriam incolere, 4, 3. *Vid.* colere.

piſcibus atque avibus feriſque, quæ incolunt terras, iis fuat eſca caro tua, 25, 12.

INCOLUMIS, 1, 3. imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit. *i. e. ſervatum eſt: refertur non tam ad imperium, quam ad heredem imperii.*

ſtante incolumi urbe, 5, 53.

INCOMMODITAS, 10, 11. Romæ, tum deſiderio viri, tum incommoditate temporis, triſtis nuncius fuit.

INCOMMODUS, 2, 34. incommodo bello in tam arctis commeatibus vexati forent etc.

bellum grave atque incommodum Græciæ omni, 45, 3.

naves—propugnatoribus incommodæ, 30, 10.

periculoſumque et viris et parentibus erat, moram incommoda ſeveritate libidini regiæ feciſſe, 27, 31.

legatuſque Romanus, ne alieno tempore incommodus obverſaretur, Pergamum conceſſit, 35, 15.

INCOMPERTUS, 4, 23. vetuſtate incomperta.

rem

Digitized by Google

rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit, 10, 40.

INCOMPOSITUS, 9, 36. tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes—adeo incompositæ etc.

qui non ficut ante, Fescennino versu simílem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant, 7, 2. *Fortasse* compositum temere *legendum*; *certe non improbat Drakenborchius.*

INCONDITUS, 29, 34. sparsi et inconditi fine ordine.

duo millia plaustrorum, inconditam inermemque aliam turbam adveniffe, 25, 13.

exercitus novus atque inconditus, 30, 11.

rex inconditæ barbariæ, 30, 28.

Syracusis nova pace inconditas componere res, 26, 40.

dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent, 24, 24.

carmen—abhorrens et inconditum, 27, 37.

in eum milites carmina incondita—canere, 4, 20. *cf.* 7, 10.

inter jocos militares, quos inconditos jaciunt, 5, 49.

INCONSULTE, 42, 16. aggressi facinus—ut inconsulte, ita audacter cœptum, nec consulte et timide reliquerunt. *cf.* 22, 43.

quod (*prælium*) ab Sempronio incaute inconsulteque commissum est, 4, 37.

INCONSULTIUS quam venerat, se gessit, 41, 10.

INCONSULTUS, 22, 44. inconsulta atque improvida pugna. *it.* largitio, 5, 20.

eam non inconsultam audaciam fecit, 44, 6.

inconsultum certamen, 23, 7.—inconsultus pavor, 22, 6.

INCORRUPTUS, 32, 33. pro incorruptis restituere. *i. e. ita, ut corruptionis vestigia nulla superfint.*

INCREBESCERE, 7, 12. Gallici quoque belli fama increbescebat: *i. q.* increbrescere, *quod tamen, quia ducitur a casu obliquo* crebri &c. *minus probandum videtur.*

INCREMENTUM, 40, 58. quarum (*injuriarum*) indies incremento bellum exarsit.

quum hostium res tantis augescere incrementis cerneret, 27, 17.

INCREPARE, 1, 25. increpant arma.—si quid increpet terroris, 4, 43.

si ab tergo aliquid tumultus increpuit, 44, 41.

hæc indigna, miserandaque auditu quum—increpuissent, 6, 37.

cunctantes arma capere increpabat, 10, 35.

hæc excurrentibus in publicum pavidis increpans, 9, 24.

in Fulvii similitudinem nominis increpans, 27, 1.

dictator ad concionem advocatam increpuit, 4, 32. *i. q. cum magna indignatione locutus est.*

INCREPITARE, 36, 32. quidam Achæorum—pertinaciam increpitabant prætoris.

INCRESCERE, 1, 33. ad terrorem increscentis audaciæ.

increscentemque fiducia sui vim, 10, 14.

concitatior accidens clamor ab increscente certamine, 10, 5.

Digitized by Google

æſtus increſcit, 44, 36.

INCRUENTUS, 8, 29. haudquaquam tamen incruento milite ſuo.
nec incruentam victoriam retulit, 4, 17. *cf.* 42, 66.
quem (*Darium*) prædam verius, quam hoſtem, incruentus devicit, 9, 17.

INCUBARE, 21, 27. cætris ſuppoſitis incubantes flumen tranavere.
incubans cortici ſecundo Tiberi ad urbem defertur, 5, 46.
incubare publicis theſauris, 6, 15. *i. q. premere, occultare, ut ad alios nihil inde perveniat.*

INCULTUS, 2, 34. ex incultis per ſeceſſionem plebis agris.
incultaque omnia diutino dominorum deſiderio domi invenerint, 5, 10.

INCULTUS, 42, 12. ſuos honores deſertos per incultum ac negligentiam.

INCUMBERE, 22, 2. cumulatis in aquas ſarcinis inſuper incumbebant.
et ſuo et armorum pondere incumbere in hoſtem, 30, 34.
ad id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit, 3, 16.
unum in locum totam periculi molem, omne onus, incubuiſſe, 27, 40.
quum ſuis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut ſe cum Fabio conſulem dicerent, 10, 15.

INCURIOSE, 29, 3. omnibus, pacis modo, incurioſe agentibus. *cf. cap.* 32.

INCURRERE, 26, 25. incurrere ea gens in Macedoniam ſolita erat.
peditum ſigna cornibus incucurrerunt, 28, 15.
levi armaturæ hoſtium incurrere, 22, 17.
invidiam, tamquam ignem, ſumma petere: in caput conſilii, in ducem incurrere, 8, 31.
trepidi rerum ſuarum in—tribunos militares incurrunt, 5, 11. *i. q. in eos invehuntur, accuſant eos.*

INCURSARE, 5, 31. agros Romanos incurſavere.
agmen Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium, 24, 41.
in latera utrimque ab tergoque incurſantes, 22, 28.

INCURSIO, 9, 44. in campum Stellatem—Samnitium incurſiones factæ.
per expeditiones parvas, plerumque nocturnis incurſionibus, tantam vaſtitatem in agro Sabino reddidit etc. 3, 26.

INCURSUS, 2, 25. primo ſtatim incurſu pulſi hoſtes. *cf.* 44, 4.

INCUSARE, 8, 23. ultro incuſabant injurias Romanorum.
incuſaverat, bella ex bellis ſeri, 31, 6.
alii ferocius incuſarunt exprobraruntque, 33, 35. *cf.* 40, 27.

INCUTERE, 9, 41. umbonibus incuſſaque ala ſternuntur hoſtes. *vid.* ala.
quia movendi inde theſauros incuſſa erat religio, 29, 18.
religionem animo incuſſit, 22, 42.

INDAGO, 7, 37. quum præmiſſus eques velut indagine diſſipatos Samnites ageret.

INDE

Digitized by Google

INDE *pro* deinde, 1, 2. 5, 39. 9, 10. 21, 11. 42, 55.

cauſſaſque criminum ad plebem, ſeditionum inde ac legum novarum, præbituram, 5, 20. *Copulandi vim habet, ut et* deinde.

quum alii urbem tuendam, inde alii cedendum fortunæ et tradendam urbem victoribus cenſerent, 25, 15. *i. e. nunc tandem, poſt talem caſum. Niſi pro* viciſſim *accipiendum.*

inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti, 5, 41. *i. e. ab ultimis tectorum, quæ petierant.*

ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpiſſet, inde ſe conſul devoveret, 8, 6. *i. q. in ea parte, in eo exercitu. Similiter,* 2, 32. inde oriundus pro *ex ordine plebeio.*

licet—vaſtas inde ſolitudines facere, unde ſociali egregio exercitu—uſi eſtis, 8, 13.

clauſtra inde portæque, 6, 9. *i. e. ab Etruria.*

jam inde ab initio, 1, 2. *cf.* 6, 40.

ſuo jam inde vivere ingenio, 3, 36.

gens jam inde nulla—inferior, 21, 31.

cedere inde, quantum poſſet: et inde una nocte etc. 25, 35. *ſi modo alterum* inde *genuinum eſt.*

inde equitum certamen—dein etc. 21, 46.

INDEFENSUS, 4, 28. hic præbituri—vos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti. *cf.* 23, 43. *it.* 33, 7.

INDEMNATUS, 3, 56. quem enim provocaturum, ſi hoc indemnato indicta cauſſa non liceat.

INDICARE, 4, 15. propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum a patre ſecuri eſſe percuſſos. *Cel. Baverus legendum putat* initam. *Sane ſpecioſe. vid. Excerpta Liviana ab illo edita p.* 234.

INDICERE cœtus in domum, 4, 25.

in agrum Pomptinum, quo a Volſcis exercitum indictum audierat, 6, 12. *cf.* 40, 21.

Aquileiam indicto exercitu, 43, 1. *cf.* 10, 38.

exercitum indicere ad portam, 6, 22.

ante delectum indictum, 3, 66. *vid.* edicere. *Eodem modo juſtitium it. comitia et* indici *et* edici *dicuntur.*

ſibimet ipſe exſilium indixit, 39, 52.

quæ tum cecinerit divino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec, ut indicta ſint, revocare poſſe, 5, 15. *cf.* 22, 39.

INDICIUM, 39, 8. falſi teſtes, falſa ſigna teſtimoniaque et indicia ex eadem officina exibant. *i. q. falſi indices.*

INDIDEM, 23, 46. civis indidem erat. *Particula Livio lubenter uſurpata.*

additi erant Bruttiorum indidem perfugæ, 27, 12. *cf.* 25, 15. *it.* 28, 1. 39, 12.

INDIGENA, 23, 5. Pœnus hoſtis, ne Africæ quidem indigena. (*ſcil. ſed alienigena Tyro oriundus*) *vid Duker. ad Flor.* 2, 18.

INDIGETES dii, 1, 2. *propter merita in cœlum vocati*; *quaſi inde i. e. e terra geniti, ſ. indigenæ.* χθόνιοι θεοί. *cf.* 8, 9.

INDIGNARI cœpit, 32, 34. pro *indignabundus dicere cœpit. vid.* increpare *ult.*

INDIGNATIO, 30, 11. quum pulſos indignatio accenderet.

Digitized by Google

INDIGNE, 4, 31. quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.

INDIGNITAS, 1, 40. impenſius ei creſcit indignitas. *i. e. res ei magis videtur indigna.*

ſi forte accenſum tot indignitatibus cladibuſque ſociorum detrahere ad æquum certamen poſſit, 22, 13.

coactus cum multa indignitate prenſabat ſingulos, 3, 12. *i. e. cum precibus et lacrimis.*

de indignitate ſatis dictum eſt: etenim dignitas ad homines pertinet: quid de religionibus etc. 6, 41.

inde primum miſeratio ſui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit, 5, 45. pro *indignatione. cf.* 9, 46.

pleni iræ atque indignitatis animi, 7, 7. *Scilicet non indignari poteſt, niſi qui indignum quid vel expertus ſit, vel viderit, e. i. g. a.*

indignitate rerum, 3, 38. *i. q. ob rerum indignitatem. Sic fere,* 6, 40. præ indignitate rerum.

INDIGNUS, 22, 59. indigni ut a vobis redimeremur.

miſera magis quam indigna pati, 31, 30. *i. e. quæ quis ex jure belli pati debet.*

INDIPISCI, 26, 39. quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu. *Eodem ſignificatu idem vocabulum occurrit,* 28, 30. *ult.*

INDOLES animi ingeniique, 9, 17.

tanta indoles in Lavinia, 1, 3. *i. q. virtus.*

tantam indolem tam maturæ virtutis umquam exſtitiſſe, 3, 12. cum hac indole virtutum atque vitiorum, 21, 4.

INDUBITATE, 33, 40. quæ indubitate Lyſimachi fuerint. *Si quidem ſanus locus. vid. Drakenborch. ad h. l. it. Cel. Ruhnken. ad Vellei* 2, 60. *Haud dubie aliud quid, quam* indubitate *illo in loco Livius ſcripſit.*

INDUCERE, 7, 16. exercitum in agrum Privernatem induxit. *cf.* 21, 5.

ſi reducendi ejus cauſſa exercitum (*in*) Ægyptum induxiſſet, 45, 11.

ad ſiniſtram portam infrequentes videt: eo—legionis principes—induxit, 34, 15.

in agrum injuria poſſeſſum a potentibus inducatur, 6, 39. pro *reducatur.*

Hannibal elephantos in primam aciem induci juſſit, 27, 14.

manipulos legionum principali via inducit, 10, 33.

ſubſidiariis cohortibus in pugnam inductis, 34, 15.

id, quibus virtutibus inducti ita judicarint, 29, 14.

nemo alteri concedere in animum inducebat, 1, 17. *et ita ſæpe Livius: nunquam* animum inducere, *quæ tamen locutionis formula Ciceroni Terentioque et aliis multis familiaris.*

INDUCIÆ, 44, 29. inducias religione loci præbente.

eſſe in induciis, 7, 38. *cf.* 9, 9.

inducias temporis ejus, quod petebant, a conſule impetraverunt, 37, 7.

qui inducias tantum temporis petant, 36, 35. *i. q. in tantum temporis; niſi malis cum Dukero* tanti temporis.

inducias

Digitized by Google

inducias in triginta annos impetraverunt, 9, 37. *cf. cap.* 41. —induciæ annuæ, *ibid.*

induciæ biennii, 9, 20.

bellum indictum—Tacitæ induciæ quietum annum tenuere, 2, 18. *cf. cap.* 64. *it.* 23, 46. *Sunt autem* tacitæ induciæ, *quæ quiescentibus utrimque hostibus fortuito, non ex pacto aguntur.*

INDUCTIO, 44, 9. horum inductio (*scil. in circum ab apparitoribus facta*) in parte simulacrum decurrentis exercitus erat.

INDUERE, 1, 56. juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem induerat.

si ex habitu novæ fortunæ, novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur, 9, 18.

non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit, 40, 12. *cf.* 21, 3. *ubi* induant *pro* videant *nonnulli reponunt.*

quod mihi cura mea et fides nomen (*patroni plebis*) induit, 6, 18. *i. q. imponit.*

longam indutæ vestem, 27, 37.

donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma—induerit, 30, 13.

induissent se hastis, nec confertam aciem sustinuissent, 44, 41. *i. q. implicuissent.*

INDULGENTIA, 23, 2. luxuriantem (*Capuam*) longa felicitate atque indulgentia fortunæ.

INDULGERE, 40, 5. cui (*odio Philippi in Romanos*) Perseus indulgeret. *h. e. quod ille irritabat, alebat.*

qui jam nunc sanguine meo sibi indulgeri æquum censet, 40, 15.

INDURATUS, 30, 18. lentior, ut vides, fit pugna: et induratus præter spem resistendo hostium timor: ac ne vertat in audaciam, periculum est.

INDUS, 38, 14. sic vocabatur magister et rector elephanti, licet Indus non esset.

INENARRABILIS labor, 44, 5. *cf.* 41, 15. inenarrabiliter jecur omne absumtum.

INERS, 24, 18. additumque inerti censoriæ notæ triste senatusconsultum. *Si* inerti *est a Livio, significat haud dubie: quæ nihil damni aut molestiæ afferebat, habebatque nihil aliud præter ignominiam levem, ut docet Cicero in Cluentiana. Comparentur, quæ ad voc. seq. dicta sunt. His pensitatis vix desiderabitur alia lectio: vide tamen Cel. Strothium ad h. l.*

INERTIA, 33, 45 et inertia operis; nec fine armorum sonitu excitari posse. *Sic Ciceroni dicitur* inertia laboris *Or. pro Q. Roscio cap.* 8.

INESCARI, 22, 41. velut inescatam temeritatem ferocioris consulis—esse.

et quum feræ bestiæ cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur et refugiant, nos, cæci, specie parvi beneficii, inescamur, 41, 23.

INESSE, 9, 16. præcipua pedum pernicitas inerat. *scil. Papirio Cursori.*

inerat cura insita mortalibus videndi congredientes nobilem regem etc. 42, 39.

Digitized by Google

inter quæ maxima inerat cura duci, 23, 35.

jacula—præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt, 26, 4.

INEXPERTUS, 6, 18. iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto.

novam inexpertamque eam poteſtatem (*tribunor. pleb.*) eripuere patribus noſtris, ne nunc, dulcedine ſemel capti, ferant deſiderium, 3, 52.

exercitum in tectis habuit adverſus omnia humana mala ſæpe ac diu duratum, bonis inexpertum atque inſuetum, 23, 18.

INEXPIABILIS, 4, 35. bellum inexpiabile: *i. e. culpa belli contracti inexpiabilis.*

cur quidem nos inexpiabile omnium ſoli bellum adverſus regnum Macedonum geramus, 41, 24. *cf.* 33, 12. 47.

inexpiabile odium, 2, 17. *al.* inexplicabile. *cf.* 39, 51. *et vide B. Patruum ad Tacit. Annal.* 3, 73.

INEXPLÆBILIS, 28, 17. unus, qui gefſerat, inexplebilis virtutis veræque laudis.

INEXPLICABILIS, 40, 33. inexplicabiles continuis imbribus viæ tenebant.

INEXPLORATO proficiſci, 21, 25. *cf.* 6, 30. 22, 4. *it.* 27, 26.

INEXPUGNABILIS via, 31, 39.

INEXSUPERABILIS vis fati, 8, 7. *i. q. ineluctabilis.*—ripa, 44, 35.

inexſuperabiles Alpes, 5, 34. *it.* paludes inexſuperabilis altitudinis, 44, 46. *cf.* 42, 54. *it.* 43, 18.

voluntati quidem et ſtudio in colendis vobis adjicere (etenim inexſuperabilia hæc erant) nihil potui, 37, 53.

INFABRE, 36, 40. vaſis non infabre ſuo more factis.

INFACUNDUS, 7, 4. infacundior et lingua impromtus.

INFAMIS auctor deferendæ Italiæ poſt Cannenſem cladem, 27, 11.

infames Karthaginienſes, 34, 62.

multis cædibus infamem, nec ullo commendabilem merito, 42, 5. *cf.* 10, 2.

transfugam, ſine magnæ rei proditione venientem ad hoſtes, nihil aliud, quam unum vile atque infame corpus eſſe ratus, 22, 22.

infames nuptias petiſſe, 36, 15. (*e Græcia*)

jam Romæ etiam ſua infamis clades erat, 9, 7.—infamis cunctatio, 22, 15.

ob infamem et invidioſam ſenatus lectionem, 9, 29.

quum rem inviſam infamemque cernerent, 25, 3.

quorum mors infamem annum peſtilentia fecerit, 8, 18. infames frigoribus Alpes, 21, 31.

INFANDUS, 23, 9. ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis.

INFECTUS, 37, 1. infecta pace dimiſſi. *cf.* 8, 37.—infecta re, 5, 4. *cf.* 42, 16.

bello infecto repente omiſſo, 8, 12.

in quæ (*caſtra*) infecta victoria, ficut priſtino die, vos recipiatis, 9, 23. *i. q. æquo Marte.*

omnia

Digitized by Google

omnia pro infecto ſint, 9, 11.
argentum infectum, 34, 10. *Oppoſ. ſignatum.*
INFELIX, *vid. ſupra in v.* arbor.
INFENSUS, 2, 35. adeo coorta erat infenſa plebs, *pro* infenſe. *Id ex more Græcorum Livius facit ſæpiſſime, ut adjectiva adverbiorum loco adhibeat. vid Drakenborch. ad h. l.*
huic infenſus crudelitati Junius, 9, 31.
tum et oppugnantibus animus crevit, et infenſius hoſtes pro vallo pugnabant, 34, 15. *niſi legendum cum Dukero* impenſius, *aut cum Perizonio* intentius.
INFERNI dii, 24, 38.
INFERRE, 1, 13. auſæ ſe inter tela volantia inferre. *cf.* 9, 27.
Patres circumire plebem, inferenteſque ſe in circulos, ſermones tempori aptos ferere, 3, 17.
inferre ſe hoſtibus, 2, 30. *i. q. aggredi. cf.* 6, 12.
dum ſe—in mediam dimicationem infert, 3, 5.
obſidio urbi infertur, 6, 29.
qui inceſtas manus intuliſſe intra terminos ſacratos templi dicantur, 45, 5.
moram ſuam heſternam velut deorum quadam providentia illatam etc. 1, 51.
duplex inde terror illatus Romanis, 9, 21. *cf.* 6, 12. *it.* 28, 22. —metus, *ibid. cap.* 44.
inferre pugnam, 10, 41.—vallum uſque ad ſtationem, 8, 38. —ſcalas ad mœnia, 32, 24.—mentionem, 38, 34. *cf.* 3, 43. *it.* 4, 1.—ſermonem, 39, 11.—fraudem, 27, 28.
quas (*naves*) trepidatio in vada intulerat, 10, 2.
infert pavidos fuga in mediam cædem, 4, 33.
victorem hoſtem ſigna in perculſos inferentem, 9, 27.
trepidantibus inferunt ſigna Romani, 3, 18.
tum illam tempeſtatem coortam, quæ ad Antiochum eos, ſicuti in ſcopulum, intuliſſet, 38, 10. *cf.* 28, 30.
donec impetu illati ab ſuis excludantur, 4, 39.
velut vecordes illati, 9, 23. *ſimpliciter dictum.*
INFESTIUS exarſurum, agitatum contentione ipſa, exacerbatumque, 8, 33. *paullo poſt:* et ipſe infenſus aderat. *Vid.* inimice.
INFESTUS, 1, 23. infeſto exercitu in agrum Albanum pergit. *proprie dictum; nam infeſtus i. q. aggreſſor.*
in Poſtumium—equum infeſtus admiſit, 2, 19.
infeſtis ſignis conſiſtere, 2, 30.
infeſtiſſimum bellum, 9, 12. *it.* ira infeſta, 7, 30.
infeſta civitas, 3, 24. *i. q. diſcors.*
infeſtam effecerat (*regionem*) 34, 62. *i. e. infeſtis armis occupaverat.*
regio infeſta ab Samnitibus, 10, 46. *i. e. infeſtata. Sic et* 6, 5. multo eum infeſtiorem agrum ab nobilitate eſſe, quam a Volſcis fuerit.
tum vero in dies infeſtior Tullii ſenectus, infeſtius cœpit regnum eſſe, 1, 47.
adeo infeſtum omnem Romanum agrum reddidit, 2, 11.

Digitized by Google

qua (*nocte*) fugam infeſtam Samnitibus—fecit, 10, 44.
conſul—nulli fugientium infeſtus agmini, 22, 49. *niſi legendum cum aliis aut* immiſtus *aut* ingeſtus.
ex familia infeſtiſſima Patribus, 4, 54.
infeſtam ſenatui plebem ratus etc. 23, 2.
ne cauſſam diceret adverſo ſenatu, infeſtiore populo, 42, 22.

INFICIAS ire, 6, 40. neque nego neque inficias eo.

INFIDUS, 1, 14. infida ſocietas regni. *i. e. parum tuta; nam ipſorum concors regnum fuit, quemadmodum ipſe Livius dixit.*
ſub ſpecie infidæ pacis, 9, 45.
ſuſpectaque ei gens erat, quum ob infida multa facinora, tum—ob recentem Boiorum perfidiam, 21, 52.

INFIMUS, 8, 2. precibus infimis petiere, ut etc. *cf.* 29, 30.

INFINITIVI *in eadem periodo ſtili relativi verbo finito junctis*, 2, 3. legati alii alia moliri—conſilia ſtruere—et nobilium adoleſcentium animos pertentant.

INFINITUS, 3, 9. infinita poteſtas. *de conſulatu. vid. Intt. ad h. l.*

INFIT, 1, 23. ibi infit Albanus.

INFIXUS, 29, 18. religio infixa animis.

INFLAMMARE, 10, 2. vicos expugnant, inflammant tecta.
ad hæc quum inflammarentur animi, 4, 56.
inflammati vano nuncio, 24, 32. *Olim legebatur* inflati.

INFLARE ſpem alicujus, 35, 42.
inflavit ad intolerabilem ſuperbiam animos, 45, 31.

INFLATUS amnis aquis, 23, 19. *cf.* 40, 33.
intempeſtiva jactatione ſeveritatis inflatus, 29, 37.
filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis, ac muliebri ſpiritu, 24, 22.
tanta ſua clade jam inflatos excidio coloniæ Romanæ augere hoſtium animos, 31, 10.
his opinionibus inflato animo, 6, 11. *it.* 24, 6. inflatus aſſentationibus.

INFORMIS, 21, 32. informia tecta impoſita rupibus.

INFORTUNIUM, 1, 50. nullam breviorem eſſe cognitionem, quam inter patrem et filium—ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe.

INFRA, 39, 43. tum illam infra eum accubantem negaſſe, umquam vidiſſe quemquam ſecuri ferientem etc.

INFRACTUS, 38, 14. oratio ſubmiſſa et infracta.
ſi ille præpotens opibus populus—adeo infractos gereret animos, 7, 31.
nihil infractus ferox Appii animus, 2, 59.

INFRENATUS, 37, 20. non ſtratos, non infrenatos magna pars habebant equos. *i. e. frenatos, quod* negligentia *addita et contextus docet, quum alibi* infrenatus *idem ſit quod* non frenatus, *ut vel ex locis ſubjectis patet.*
generoſiſſimarum gentium equites frenatos et infrenatos, 21, 44. *Intelliguntur haud dubie* Numidæ infreni, *qui Virgilio dicuntur.*
eos ipſos (*equos*) non ſternere, non infrenare aut aſcendere facile poterant, 37, 20.

INFRE-

Digitized by Google

INFREQUENS exercitus, 43, 11.
agmenque fugientium ab ſignis, quùm præter mœnia eorum infrequentia conſpecta ſigna eſſent etc. 7, 8. *i. e. quæ ſequerentur pauci milites. Ceterum vide, quæ notavimus ad v.* ſignum.
infrequentia armatis ſigna egreſſa, 10, 20.
qua infrequentiſſima urbis ſunt, 31, 23. *Opponuntur ibidem* frequentia ædificiis loca.

INFREQUENTIA, 7, 18. per infrequentiam comitia nihilo ſegnius perficiunt.

INFRINGERE, 8, 39. hoc demum prœlium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent etc.
cujus animum nec proſpera fortuna flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet, 45, 8.

INFULÆ, 25, 25. legati cum infulis et velamentis venerunt.
claris inſignibus, velut infulis velatos, ad mortem deſtinari, 2, 54.

INFUSUS, 37, 30. ſi qua (*navis*) concurrerat, obruebatur infuſo igni. *ſcil. a navibus ignes præ ſe portantibus.*

INGEMISCERE, 21, 53. quantum ingemiſcant patres noſtri, circa mœnia Karthaginis bellare ſoliti, ſi videant nos, progeniem ſuam etc. *vid. quæ notavimus nos in Gloſſario Ammianeo ad h. v.*

INGENERARE, 5, 27. quam (*ſocietatem*) ingeneravit natura.

INGENITUS, 8, 7. ingenita caritas liberûm.
ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti ſæviunt in prædam, 41, 18.

INGENIUM luxuriare gloria, 2, 48. *i. q. evaneſcere, corrumpi. cf.* 42, 30. *ubi eſt:* ingenium ventoſum.
leviſſima fidei mutandæ ingenia, 28, 44.
inter mitiora hominum tranſibat ingenia, 27, 39.
ingenium liberius, quam virginem decet, 4, 44.
vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, 6, 22.
præceps ingenio in iram erat, 23, 7.
ut uſu belli et ingenio impavida gens turbaretur, 42, 59.
habitu—novi—ingenii, quod ſibi victor induerat, 9, 18.
conſilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur—vino oneratos ſopiunt, 9, 30.
ingenio ſuo vehemens imperium, 2, 30.
ingenia artificum, 31, 26.—locorum, 28, 12.
provinciam ingenio ferocem rebellatricem confeciſſe, 40, 35.

INGENS, 4, 6. quum Canuleius victoria de Patribus et plebis favore ingens eſſet. *Sic* 42, 12. ingens auctoritate *dicitur.*
ingens inde haberi captivus vates cœptus, 5, 17.
inſignem dolorem ingenti comprimi animo, 9, 38.
ingens ad incrementa gloria, 29, 26.

INGENUUS, 10, 8. qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil ultra, quam ingenuos.

INGERERE, 2, 65. ſaxa objacentia pedibus ingerit in ſubeuntes. *cf.* 9, 35.
glandes et ſagittas, ſimul et jacula ingerebant, 36, 18.

Digitized by Google

vocis verborumque, quantum voletis, ingerent, et criminum in principes, et legum aliarum ſuper alias, et concionum, 3, 68.

INGRATUS, 1, 26. triſtis ingratique ad vulgus judicii auctor.

INGRAVESCERE, 10, 21. avertit ab eis curis ſenatum Etruriæ ingraveſcens bellum.

INGREDI, 21, 56. aliis timor hoſtium audaciam ingrediendi flumen fecit, tranſgreſſique in caſtra pervenerunt.

in Samnium jam ingreſſum revocari, 8, 23.

in urbem eſt ingreſſus, 4, 41.

ingreſſus in caſtra ab direptione abſtrahere non poterat, 38, 27.

vix in ea, quibus fidit, ingredientem, 45, 23.

INGRESSUS, 24, 34. eadem cauſſa ad ſubeundum arduum aditum, inſtabilemque ingreſſum præbebat.

INGRUERE, 41, 21. peſtilentia ingruerat in boves.

eadem, in illos ingruit fortuna, quæ nuper nos afflixit, 26, 41.

ceteræ belli clades, quæ in nos—ingruerunt, 28, 44.

ni eadem vis mali in hoſtes ingruiſſet, 29, 10.

neque deorum modo monita, ingruente fato, ſpreta, 5, 32.

INHABILIS, 44, 28. inhabile navium genus.

regia (*navis*) una inhabilis prope magnitudinis, quam ſexdecim verſus remorum agebant, 33, 30.

quorum telum inhabile ad remittendum imperitis eſt, 24, 34.

multitudinem—ad conſenſum inhabilem fore, 26, 16.

INHÆRERE, 27, 42. equites tergo inhærebant.

INHIBERE, 3, 38. neque animis ad imperium inhibendum imminutis. *i. q. adhibendum. cf. cap.* 59. *it.* 36, 28. 3, 50.

conſuli ſe, damnum aliamque coërcitionem—detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros eſſe, 4, 53.

inhibito ſalubriter modo nimiæ poteſtatis, 3, 59. *niſi fortaſſe legendum* poteſtati. *vid. Intt. ad h. l.*

quod permixtæ cum hoſtium navibus inhibere ſæpe tela cogebant, 30, 10.

neque retro navem inhiberent, 26, 39.

INHONESTUS, 29, 18. ignobili atque inhoneſta morte occubuit.

INHONORATUS, 10, 24. poſteaquam ipſa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata eſſet. *cf.* 37, 54.

INHORRERE, 8, 8. haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies.

INJICERE, 5, 27. tanta mutatio animis eſt injecta. *Etiam abſolute dicitur idem*, 26, 36. tanto certamine injecto. *it.* 32, 30. tumultus anceps injectus.

vultis hoc certamen uxoribus veſtris injicere? 34, 4. *vid. Drakenborch. ad* 3, 64.

vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum eſt, 10, 13.

INIMICE, 26, 13. quoties in obſidentes, quam inimice, eruperimus.

de nullis enim, quam de vobis, infeſtius aut inimicius conſuluerunt, 28, 29.

INIMI-

Digitized by Google

INIMICITIA, 27, 35. inimicitiæ autem nobiles inter eos erant. quum sint nobiliſſimæ ſibi cum conſule inimicitiæ, 39, 4. quam is eas inimicitias impotenti ac prope regia ira exerceret, *ibid.*

INIMICUS, 35, 12. tam inimici infeſtique erant Romanis. *Videtur potius, auctoribus codicibus, legendum:* tam inimice infeſti.

inimicæ regibus familiæ, 29, 29. *cf.* 39, 47.

INIQUE an jure occidiſſent, quos occiderant, 39, 48.

INIQUITAS, 9, 38. ſeptam (*gentem*) non hoſtium magis armis, quam locorum iniquitatibus eſſe.

INIQUUS aſcenſus, 44, 33.—iniqua via, 9, 27. *cf.* 5, 47. temporibuſque iniquis regum imminens, 40, 57. tributum iniquo ſuo tempore imperatum, 2, 23.

INIRE bellum cum aliquo, 31, 5. *cf.* 36, 1. triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt, 3, 24. *cf.* 7, 11. ne idem convivium ineat, 4, 4. occidendi ſui conſilium me iniſſe, 40, 12. aut victoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum, 44, 34. *leg. c. aliis* finituros, *aut* debellaturos, *quod ex* bellum inituros *fieri facile potuit.*

INITIARE, 39, 9. Bacchis eum ſe initiaturam. ritu quodam ſacramenti vetuſto velut initiatis militibus, 10, 38.

INITIUM ordiundæ rei, *Præf. pleonaſmo ſatis notabili. Sic et Ennius apud Cic. de Fato:* Neve inde navis inchoandæ exordium cepiſſet. *cf. ſupra in v.* inchoare, *et Gellium*, 12, 1. initium primum, 6, 12. *cf.* 7, 3. 25, 40. initia erant, quæ primo paucis tradita ſunt etc. 39, 8. *de ſacris nocturnis.* haud parvo initio minuere jus libertatis, 23, 10. quod tribuni militum initio anni fuerunt, 4, 7.

INJUNGERE munus, 3, 35.—injuriam, 3, 65.—onus, 26, 35.—pœnam, 38, 8. neu Fabiæ genti eam injungeret ignominiam, 8, 32. *niſi legend.* inureret. *vid. Intt. ad h. l. cf.* 9, 3. veniſſe tempus ratus, per ultimam neceſſitatem legis agrariæ Patribus injungendæ, 2, 43. opere ac vineis demum injunctis muro, 10, 34. *cf.* 4, 9.

INJURATUS, 10, 41. pariter jurati injuratique fugiunt. *cf.* 2, 46.

INJURIA raptarum, 1, 13. injuria muliebris, 26, 49. *i. e. quæ infertur formoſis mulieribus. Similiter*, 4, 1. injuria agri abjudicati—*ibid. cap.* 32. ſcelus legatorum interfectorum. pertinaces ad obtinendam injuriam, 29, 1. *i. q. ad retinendum id, quod injuria poſſederant.* injuria judicii, 4, 10. *i. e. per judicium facta.* omnis injuriæ infons, 41, 24. etſi minus injuriæ veſtræ, quam meæ calamitatis meminiſſe juvat, 5, 54.

Digitized by Google

pertinet ad me major injuriæ pars, 3, 44. *cf.* 1, 10.
cui ex injuria infanientis exercitus cauſſa recte committatur, 7, 39. *vide Cel. Strothium ad h. l.*

INJUSSUS, 3, 63. populus injuſſu et altero die frequens iit ſupplicatum. *cf.* 7, 12. *it.* 9, 46.
juſſu injuſſu imperatoris pugnent, 8, 34. *cf.* 10, 4.

INNAVIGABILIS Tiberis, 5, 13.

INNITI, 4, 19. haſta inniſus.
ſcuta inniſa humeris, 8, 8.

INNOCENTIA, 2, 3. innocentia vivere, *i. q. innocenter:* rigidæ innocentiæ (*Cato erat*), 39, 40.

INNOXIUS crimine, 4, 44. *Similiter*, 7, 20. in Faliſcos eodem noxios crimine vis belli converſa eſt.—inſons crimine, 4, 15.

INNUBERE, 1, 34. Tanaquil, ſummo loco nata, et quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora fineret ea, quæ innupſiſſet.

INNUERE, 8, 4. reſpondeamuſque Romanis, nos, ubi innuerint, poſituros arma.

INOPIA, 4, 12. diſpenſatio inopiæ: *i. e. frumenti, cujus copia vix modica erat.*
inopia omnium rerum attenuata, 45, 11.—cibi, 5, 47.
Janiculum quoque adjectum: non inopia loci, ſed etc. 1, 33. *i. e. non quod anguſtior eſſet.*

INOPS, 44, 4. neque manere in jugo inopi. *Supra:* via inops aquarum. *it.* 22, 39. caſtellum inops.—inops conſilii, 26, 18. *cf.* 33, 7. *it.* 44, 2.

INPRIMIS, 3, 65. *i. q. ab initio. Opponitur enim* deinde. *Similiter* in primo *dici ſupra notavimus.*

INPROMTUS, 7, 4. infacundior et lingua inpromtus.

INQUIETUS, 1, 46. uxore Tullia inquietum animum ſtimulante. *cf.* 3, 46.

INQUINARE, 29, 37. fœdum certamen inquinandi famam alterius.
ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinavit, 9, 46.

INQUIRERE, 40, 20. inquiſitum miſſi de iis, quorum etc.
quin Romam quoque et ad principum quoſdam inquirendos ventum eſt, 9, 25. *de conjurationibus.*

INQUIT, 9, 9. *pro* inquis, *quod Drakenborchius præter cauſſam recepit. Optimi enim ſcriptores ſic dicunt. cf.* 34, 5. *fortaſſe etiam,* 6, 40.—*pro* inquiunt, 34, 3. ut auro et purpura fulgeamus, inquit. *vid. Drakenb. ad h. l.—Sæpius etiam* inquit *omittitur. vide eund. ad* 9, 1.

INSANIA, 7, 2. quam ab ſano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem inſaniam venerit.

INSANIRE, 7, 39. cui ex injuria inſanientis exercitus cauſſa recte committatur.

INSANUS *ut improbus, pro permagno dicitur,* 32, 17. trepidationem inſanam præbere. *Sic* 30, 39. Inſani montes *dicuntur.*

INSCIENS, 7, 5. inſcientibus cunctis, cultro ſuccinctus, ad—tribunum pergit.

INSCIENTER a Græco inflata, (*tuba*) 25, 10.

INSCI-

Digitized by Google

INSCIENTIA, 26, 2. multos imperatorum temeritate atque inſcientia exercitum in locum præcipitem perduxiſſe. *cf.* 22, 25. *it.* 8, 33. *ubi tamen* inſcitia *eſt in pleriſque.*

INSCITIA, 6, 30. ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inſcitia res. *cf.* 7, 34. *it. cap.* 12.

INSCULPERE, 2, 33. fœdus—columna ænea inſculptum.

INSECTARI, 3, 65. inſectandis Patribus—tribunatum geſſit.
quo minus inſectanti me magiſtro equitum—imperium mecum æquaretur, 28, 40. *cf.* 2, 27.

INSECTATIO, 21, 47. ſine inſectatione hoſtis.
inſectatio principum, 22, 34.

INSECTATOR, 3, 33. pro truci ſævoque inſectatore plebis.

INSEPULTUS, 1, 49. Romulum quoque inſepultum periſſe.
nec ſatiatus vivorum pœna inſepultos projecit, 29, 9.

INSEQUENS, 9, 42. in inſequentem annum. *cf.* 9, 33.
inſequentes conſules, 9, 28.

INSEQUI effuſos, 10, 19.—promovent—ſigna, inſequitur acies ornata, 10, 40. *cf.* 24, 16.

INSERERE, 27, 23. minimis rebus prava religio inſerit deos.
factionibus inſerere publicam auctoritatem, 33, 47.

INSERVIRE, 45, 37. parum avaritiæ ſuæ inſervitum cenſent.

INSIDERE, 1, 21. deorum affidua infidens cura.
infidens animo tacita religio, 8, 6.
omen lætum infidebat animis, 45, 1.
ſilveſtribus locis inſidere, 9, 24.
inſeſſis omnibus viis, 9, 15. *cf.* 25, 13.
Porſena Janiculum inſedit, 6, 40. *cf.* 9, 25. *it. cap.* 31. *et* 34.

INSIDIÆ, 9, 31. furto inſidiarum.

INSIDIARI, 23, 35. huic Gracchus inſidiandum tempori ratus.

INSIGNE, 2, 7. ſubmiſſa inſignia imperii. *i. e. faſces.*
demto capitis inſigni, purpuraque, atque alio regio habitu, æverat ceteris ſe in ſpeciem, 27, 31. *cf.* 24, 21.
nec veſtis habitu, nec alio ullo inſigni differentes a ceteris civibus, 24, 5. *i. e. diademate, ſatellitibus e. i. g. a.*
magno natu quidam cum omnium malorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit, 2, 23.
ut acies ſua fulgeret novis armorum inſignibus, 9, 40.

INSIGNIS veſtis, 1, 20. *de prætexta.*
inſignia ſpolia, 10, 39.—inſigne nomen, 29, 14.—inſignis dolor, 9, 38.—inſignior contumelia, 4, 4. *niſi cum Drakenborchio leg.* inſignitior.
inſigne maxime fuit, 9, 38. (*quod conſul vulneratus erat*).
quorum fluitantia arma—inſignem victoriam fecere, 1, 37. *i. e. ſignificavere.*
diemque—duplici clade inſignem—Allienſem appellarunt, inſignemque rei nulli publice privatimque agendæ fecerunt, 6, 1. *cf.* 2, 40.
inſigne (*genus Fabium*) ſpectaculo erat, 2, 46. *poterat illud* inſigne *abeſſe, ut abeſt ſupra cap.* 5.
nihil in eo triumpho magis inſigne fuit, 40, 59. *de eo, quod non in oculos cadit, quum tamen ſermo ſit de pompa triumphali.*

an

an caſtigandum ac vexatione inſigne faciendum fuiſſe, 7, 4.
inſignis ad invidiam locupletiorum fortuna, 1, 47.
id—ad memoriam inſigne eſt, 24, 49.

INSIGNIRE, 4, 29. Poſtumius nulla triſti nota eſt inſignitus. *Nempe non Poſtumiana ſed Manliana imperia dicta ſunt.*

INSIGNITIOR ignominia, 7, 15.—contumelia, 4, 4.—inſignitius nomen, 7, 6.
quo inſignitius omiſſa res Æmilio exprobraretur, 8, 13.

INSILIRE, 8, 9, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit.

INSIMULARE, 3, 40. quod—ante idus Maias decemviros abiiſſe magiſtratu inſimulent.
facinus inſimulati falſo crimine ſenatus, 6, 16. *cf.* 4, 56. *it.* 28, 43.

INSINUARE, 9, 2. eadem, qua te inſinuaveris, retro via repetenda. *i. e. intraveris.*

INSISTERE, 22, 51. ad ſpolia legenda—inſiſtunt.
ſenſitque acies, æquo ſe jam inſtitiſſe loco, 9, 31.
bellum ipſis inſtitit mœnibus, 2, 51.
quibus dies noctesque fugientibus inſtitiſtis, 27, 13.
cui rei inſiſtefet, 37, 60.
dicitur Servilius—inſtitiſſe filio, ut etc. 4, 46. *i. q. ſuaſiſſe.*
orare inſiſtunt, 8, 35. *cf.* 24, 26.
inſtitit deinde reputare ſecum ipſe, 30, 12. *cf.* 35, 11.
veſtigiis inſtitit ſequi, 27, 2. *cf. cap.* 12. *it.* 25, 19.
prope veſtigiis abeuntium inſiſtebat, 25, 33. *cf.* 5, 30. *it.* 24, 4.
iter, quod inſiſtis, 37, 7.

INSITUS, 42, 39. inerat cura inſita mortalibus videndi congredientes etc.
inſita hominum libidine alendi de induſtria rumores, 28, 24.
nec virtus modo inſita, ſed ira etiam exulceratos ignominia ſtimularet animos, 9, 14.

INSOCIABILIS et indomita gens, 37, 1.
omni generi humano inſociabiles erant, 27, 39.

INSOLENTER, 23, 36. ab re bene geſta inſolenter lætum exercitum tironum etc.

INSOLENTIA, 23, 18. avidius (*Pœni*) ex inſolentia in voluptates ſe merſerant. *i. e. quia inſolitæ ipſis fuerant.*

INSOLITUS, 10, 28. inſolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. *i. e. inſuetos.*
quibus inſolita atque inſueta ſunt, 38, 17.

INSONS, 34, 32. inſontes publici conſilii. *i. e. non participes mali conſilii publici. cf.* 22, 49.

INSPECTATA ſpolia Samnitium, et decore ac pulchritudine paternis ſpoliis—comparabantur, 10, 46.

INSPERATUM, 9, 7. tamquam in patriam revertentes ex inſperato incolumes. *cf.* 1, 25. *it.* 2, 35.

INSPICERE res ſociorum (*per legatos*) 21, 6. *Formula ſollemnis. vid.* aſpicere.

inſpecto

Digitized by Google

inſpecto ære alieno, 6, 27. *i. e. tabulas, ad cognoſcendum æs alienum.*

duûm menſium ſpatium conſulibus datum eſt, ad inſpiciendam legem, 3, 25.

eſt aliquis, qui ſe inſpici, æſtimari faſtidiat, 6, 41. *de patriciis honorum candidatis.*

qui (*triumviri*) omnem copiam ingenuorum inſpicerent, 25, 5.

INSTABILIS pedes, ac vix vado fidens, 21, 5.—ingreſſus 24, 34. —acies, 9, 35.

inſtabilem per ſe ac male hærentem (*arborem ſucciſam*) 23, 24.

INSTAR parvum, 28, 17. *inſtar eſt modus rei quilibet, unde etiam de parvo dicitur. Sic Cicero Off.* 3, 3. minimi momenti inſtar *dixit.*

INSTARE, 2, 43. aut, ſi nihil aliud, inſtare inſtructos. pro *ſtare.*

eo intentius Romanus undique inſtat capi ſtationes, 32, 11.

ni cedenti inſtaturum alterum timuiſſent, 10, 36.

bellum, quod inſtaret, 31, 43. *i. e. præſens ſ. urgens. it.* 28, 38. *Sic et* hiems inſtare *dicitur*, 36, 10. *Quidquid enim initium cepit et adhuc durat, id* inſtare *dicitur*, 5, 6. *niſi malis cum Dukero* obſtare.

INSTAURARE, 10, 29. novam de integro velle inſtaurare pugnam.

inſtauremus novum de integro bellum, 37, 19.

quoties ſacra inſtaurentur, 5, 52.

ædiles—ludos Romanos diem unum inſtaurarunt, 27, 6. *Sic* 31, 4. inſtauratum biduum *dicitur. cf.* 23, 30.

ludi in ſingulos dies inſtaurati, 27, 21.

ludi forte ex inſtauratione magni Romæ parabantur: inſtaurandi hæc cauſſa fuerat, 2, 36.

INSTAURATIO ſacrorum auſpiciorumque renovatio, 5, 52.

INSTERNERE, 34, 7. equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam uxor veſtita. *Vid.* Inſtratus.

INSTINCTUS, 5, 15. quæ tum cecinerit divino ſpiritu inſtinctus. *cf.* 1, 47.

INSTITOR, 22, 25. ipſum inſtitorem mercis, filioque hoc ipſo in ſervilia ejus artis miniſteria uſum.

INSTITUERE, 4, 4. inſtitutum eſt ut (*quæſtores*) fierent.

ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, 7, 31.

montanos inſtituit oppugnare, 28, 46.

INSTITUTUM, 6, 10. cur per eos annos militem ex inſtituto non dediſſent? *cf.* 42, 24. *it.* 26.

INSTRATUS, 21, 54. armatos deinde (*pedites*) inſtratiſque equis (*paratoſque equites*) ſignum exſpectare.

INSTRUCTUS, 1, 54. dictis factiſque ad fallendum inſtructus.

equis armiſque inſtructi atque ornati, 29, 1.

inſtructus dimicationi, 1, 15. *fortaſſe per* σύλληψιν, *quia ſequitur* intentuſque, *quod tamen ipſum jungi ſolet τῷ* ad.

porta balliſtis ſcorpionibuſque inſtructa, 26, 6.

is

is (*Sempronius*) bello quoque bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior civis habebatur, congeſtis omnibus humanis a natura fortunaque bonis, 30, 1.

INSTRUERE, 39, 31. priuſquam ſe jungere atque inſtruere poſſent.

inſidiis inſtruendis locus, 6, 23.

ni — ſuo quamque (*navem*) ordine in frontem inſtruxiſſet, 37, 29.

relicto hoſtibus ad inſtruendum contra ſpatio, 9, 37. *i. e. ad aciem inſtruendam. Etiam Gronovius et Creverius legunt* ad inſtruendam. *Sic* inſtructus, 3, 8. *dicitur pro militibus ejus in acie collocatis.*

Hannibal ad terrorem primum elephantos—inſtruxit, 30, 33.

inſtruere agrum, 6, 5. *Sic apud Ciceronem eſt:* emit hortum inſtructum. *i. e. cum inſtrumento. vide Plin. Epp.* 8, 17.

INSTRUMENTUM, 30, 10. agilis et nautico inſtrumento apta et armata claſſis.

INSUESCERE, 5, 6. ad diſciplinam certe militiæ plurimum intererat, inſueſcere militem noſtrum, non ſolum parata victoria frui.

INSUETUS, 6, 34. quum ad id, moris ejus inſueta, expaviſſet minor Fabia.

inſueti fœtus, 28, 27. *i. q. præternaturales.*

inſuetorum ad tale ſpectaculum, 41, 20. *cf.* 10, 35.

inſueta vinci — civitas, 4, 31.

inſueta liberæ civitati ſpecies, 30, 37. *it.* 3, 52. ſolitudo.

inſuetus ad ſtabilem pugnam, 31, 35.

ita ſe a pueris inſuetos, 24, 48.

INSULTARE, 1, 48. ſatis illum diu per licentiam eludentem inſultaſſe dominis.

ſibi ultro per contumelias hoſtem inſultare, 3, 62.

tribb. plebis velut ab ſe victæ reipublicæ inſultarent, 5, 7.

amicæ ac fideles potius ea, quæ peritura eſſent, abſumerent manus, quam inſultarent ſuperbo ludibrio hoſtes, 28, 22.

INSUMERE, 10, 18. malle fruſtra operam inſumtam, quam quidquam incidiſſe, cur etc.

INSUPER, 21, 1. ſtipendio etiam inſuper impoſito.

hæc pacta: illa inſuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt, 23, 7.

cumulatis in aquas ſarcinis inſuper incumbebant, 22, 2.

tutandique pontis cauſſa caſtellum inſuper imponunt, 21, 45.

INSUPERABILIS, *vid.* inexſuperabilis.

INTACTUS, 21, 36. intacta nix. *i. q. nondum trita, calcata.*

intactis affidere muris, 21, 25. *i. e. ita ut eos non tangas.*

ne ab exercitu integro intactoque opprimerentur, 10, 14.

lupus, integer et intactus, 10, 27.

nullum erat genus hominum in caſtris intactum cupiditate pugnæ, 10, 40.

vir haud intacti religione animi, 5, 15.

intacta invidia media ſunt, 45, 35.

INTE-

Digitized by Google

INTECTUS, 27, 3. tecta militariter coègerat ædificare—ſtramento intecta omnia etc.

INTEGER, 2, 5. integra res refertur. *i. e. tamquam integra, ut jam ſit integra, de integro.*

in integro res eſt, 3, 10.

ut uni ſors (*prætura*) integra eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet, 42, 28. *i. e. nondum aſſignata provincia.*

priuſquam alio de integro fœdere obligarentur, 38, 33.

rurſus novus de integro labor, 5, 5. *cf. cap.* 17.

ad integra omnia Veios migrare, 5, 53.

ut omnia integra et libera Fabio ſervarentur, 10, 25.

aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat, 9, 46.

integri, recentes, inſtructi, (*milites*) 35, 29. *Oppoſ.* vulnerati.

integerrimi diutina pacę populi, 6, 7.

INTEGERE, 7, 23. quum loci altitudine, tum vallo etiam integi Romanos. *i. q. tegi.*

denſa nebula ſaltum omnem campoſque circa intexit, 26, 17.

INTEGRARE lacrimas, 1, 29.—pugnam, 3, 70.—ſeditionem, 5, 25.—cædem, 9, 43.—fugam, 28, 15.

INTEGUMENTUM, 10, 38. ea legio linteata ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt.

INTEMPERANTIA, 35, 48. provectus deinde eſt intemperantia linguæ in maledicta.

INTEMPERANTIOR, 36, 38. quia in augendo eo non alius intemperantior eſt.

INTEMPERANTIUS cedentes ſequutus, 23, 1.

INTEMPERIES cœli, 8, 18.

ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, 22, 2.

annona propter aquarum intemperiem laboratum eſt, 3, 31.

INTEMPESTIVE, 45, 21. tum inter prætorem tribunoſque omnia intempeſtive agendi certamen erat.

INTEMPESTUS, 37, 14. nox intempeſta. *cf.* 38, 5. *it.* 40, 9.

INTENDERE, 7, 28. nox interdiu viſa intendi.

primis ſe intendentibus tenebris, 1, 57.

an longiorem intenderent fugam, 7, 37.

totum in Hiſpaniam—intendebant bellum, 21, 6. *cf.* 28, 41.

intenderant eum ad cavendi omnia curam tot auditæ proditiones, 24, 37.

omnium eo curæ ſunt intentæ, 9, 31.

in cetera adeo nihil ob id intenta cura eſt, 25, 9.

in quos crimen intendebatur, 9, 26.

manu obtinendum, quod intenderes, 3, 11.

intendere aliquem ad cuſtodiæ curam, 21, 49. *i. q. hortari ad intentiorem cuſtodiam.*

pugnam in omnes partes parem intendere, 2, 50.

in minime gratum ſpectaculum animo intenduntur, 1, 25.

INTENTARE manus, 3, 47.—arma, 6, 27.

virgas et ſecures victoribus intentari, 8, 33.

dictatorium fulmen in ſe intentatum, 6, 39.

gladii pleriſque intentati, 9, 6.

niſi

Digitized by Google

nisi discussa res per paucos, *Romanum* imperium intentantes, esset, 42, 12. *i. e. ad terrorem ostentantes.*

INTENTIUS, 25, 30. quo intentius custodiæ serventur.

INTENTUS, 7, 5. super lectum stans ferro intento. *Fortasse legendum* intentato.

in cetera adeo nihil ob id intenta cura est, ut contra etc. 25, 9.

intentissima cura, 25, 22.

intentus adversus omnes motus Philippi, 24, 10.

equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas, 6, 12.

ad famam intentus hostium, 9, 41.

intentiores ad respectum castrorum—quam ad prœlium, starent, 9, 27.

intentiorque—in Aquiloniam quam ad Cominium, 10, 39.

intentus recipiendo exercitui esse, 10, 42.

ita parati atque intenti, 30, 10. *cf.* 24, 39.

intentiore delectu habito, 8, 38.—custodia, 32, 26.

intentissima conquisitio, 29, 35.

INTER prœlium, 4, 19. pro *dum prœliantur. Sic* 21, 1. inter Africæ motum—dimicationem, 4, 18.—certamen commissum, 6, 24. inter colloquium, 24, 31.—noctem, 32, 29.—fluctuantem aciem, 6, 24.—ipsum pugnæ tempus, 36, 20.—magnorum intervalla bellorum, 39, 1.

inter manus auferri, 3, 13. *i. q. per manus, plurium manibus.*

inter cetera etiam vigiliis confecti, 36, 38. *i. e. præter.*

ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et imbelles inter hostes essent, 26, 2.

quum exerceretur inter equites, 10, 11. *i. e. exercitia equestria faceret.*

inter purpuram atque aurum, 9, 17. *i. e. insignem purpura atque auro scil. Darium.*

inter quos, 6, 14. *omisso* erat. *vid. Intt. ad h. l.*

inter lignarios, 35, 41. *vid. infra in v.* lignarii.

INTERAMENTA navium, 28, 45. *vulg.* armamenta. *vid. Intt. ad h. l.*

INTERCALARE, 9, 9. hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. *i. q. in diem differre. Sic ipse Livius paullo post.*

INTERCALARES Kalendæ, 43, 11. *vid. Clav. Ciceron. in. h. v.*

INTERCEDERE, 34, 1. interceſſit res parva dictu, quæ studiis in magnum certamen excesserit.

INTERCEPTOR, 3, 72. interceptoris litis personam ferre. *i. e. qui id, de quo lis est inter alios, ad se trahit, inque suam rem avertit.*

INTERCESSIO, *vid.* provocatio.

INTERCESSOR, 2, 41. popularis jam esse dissuasor et interceſſor legis agrariæ cœperat.

INTERCIDERE, 26, 9. propter interciſos pontes. *Vid.* interrumpere.

INTERCIDERE, 2, 8. credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse.

litterarum inprimis habita cura, ne interciderent, 2, 4.

nullo

Digitized by Google

nullo inter arma corporaque vano intercidente telo, 21, 8. *cf.* 3, 10. *it.* 38, 22.

inter traditionem imperii, novitatemque ſucceſſoris—ſæpe bene gerendæ rei occaſiones intercidere, 41, 15.

INTERCIPERE, 9, 43. opportuna loca hoſtes inter conſulum caſtra interceperunt.

Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum—interceptam, 21, 1. *cf.* 26, 51.

medio itinere intercepto, 25, 39. *niſi malis cum Oudendorpio* interſepto, *qua voce Livius hoc ſenſu utitur*, 6, 9. *cf.* 8, 25. *it.* 24, 23. *vide Dukerum ad illum locum.*

ager—interceptus judicio infami, 4, 11. *i. q. ereptus, occupatus.*

INTERCLUDERE, 1, 27. intercludi ab oppido. *cf.* 34, 39. circumventos intercluſoſque ab ſuis vociferans, 3, 70.

ne intercluſus exercitus tam infeſto ſaltu, coortis undique Tuſcis – opprimeretur, 9, 37.

quum intercluſiſſent trifariam exercitum a mutuo inter ſe auxilio, 8, 24.

locum occupaſſe, ut tribunos a plebe intercluderet, 25, 4.

injectis tapetibus in caput fauceſque ſpiritum intercluſerunt, 40, 24. *vid ſupra in v.* anima.

dicenti hæc lacrimæ ſimul ſpiritum et vocem intercluſerunt, 40, 16.

INTERCURRERE, 5, 19. ipſe (*Camillus*) interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit.

littore nunc Heracleum, nunc Philam percurrebat, 44, 2. *Gronovius malebat*, intercurrebat.

INTERCURSARE, 21, 35. jam ſegnius intercurſantibus barbaris. *i. q. incurſantibus.*

INTERCURSUS, 2, 29. conſulum intercurſu rixa ſedata eſt.

periculumque intercurſu filii—propulſatum, 21, 46.

ut pedes Romanus repentino per turmas ſuas viam dantes intercurſu ſtabilem aciem fecit, 30, 11.

INTERDICERE, 5, 3. ſic vos interdicitis Patribus commercio plebis.

feminis dumtaxat purpuræ uſum interdicemus, 34, 7. Anagninis—et magiſtratibus, præterquam ſacrorum curatione, interdictum, 9, 43. *i. e. ne magiſtratus haberent.*

INTERDIU *Gronovio explicante eſt quaſi* interim dum diuſt, *vel*, dies eſt. *Eum vide ad* 29, 14.

nocte *et* interdiu, 8, 34. *it.* 30, 4. pro *noctu: quæ quidem oppoſitio foret accuratior. Atque ſic etiam Livius dixit*, 27, 45. interdiu an noctu.

INTEREQUITARE, 6, 7. in equum inſilit, et, ante ſigna obverſus in aciem, ordines interequitans etc. *cf.* 34, 15.

INTERESSE, 10, 39. abſentis collegæ conſilia omnibus gerendis intererant rebus.

id modo in decreto interfuit, 28, 9. *ſcil. alter cum exercitu, alter ſine exercitu accitus per decretum.*

quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium, 26, 2.

INTER

Digitized by Google

INTERFARI, 3, 47. Appius interfatur. *Eleganter; jus enim dicebat. Reſpici videtur ad antiquam dicendi rationem* jus fari.
interfante ipſo Decio, 7, 36.

INTERFULGERE, 28, 23. aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens.

INTERJECTUS, 9, 13. interjecta inter Romam et Arpos. *ſcil. loca. cf.* 21, 54. *it.* 34, 28.

INTERIOR cuſtodia, 23, 19. *i. q. arctior, diligentior.*
quo interiores (*naves*) ictibus tormentorum eſſent, 24, 34. *Eodem pertinet:*
interior periculo vulneris, 7, 10. *i. e. tutus, quia nimis propinquus eſt infeſtanti ſe.*

INTERJUNGERE, 22, 30. dextræ interjunctæ.

INTERLITUS, 21, 11. cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto.

INTERLUCERE, 1, 42. interlucet ordinibus aliquid inter dignitatis fortunæque gradus.
duos ſoles viſos, et nocte interluxiſſe, 29, 14.

INTERLUERE, 41, 23. quantum interluit fretum?

INTERMISCERE, 4, 56. turbam indignorum candidatorum intermiſcendo dignis.
tumultumque prœlio ipſo terribiliorem intermixti agmini præbebant, 10, 20.

INTERMISSIO, 5, 5. per intermiſſiones intervallaque.

INTERMITTERE, 24, 35. intermiſſa cuſtodiis loca. *cf.* 7, 36. per intermiſſa, ut tunc erant, mœnia, urbem intrarint, 34, 37. *vid. cap. ſq. it.* 23, 37.

INTERMORTUUS, 37, 53. in ipſa concione intermortuus haud multo poſt expiravit.

INTERMURALIS, 44, 46. diviſa eſt (*urbs*) intermurali amni, et eadem ponte juncta.

INTERNATUS, 28, 2. anguſtiæ et internata virgulta ordines dirimebant, et finguli binique, velut cum paribus conferere pugnam cogebantur.

INTERNECIO, 36, 34. ad internecionem venire. *it.* 9, 26. ad internecionem cæſi.
mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem, 41, 25.
nomen Æquorum prope ad internecionem deletum, 9, 45.
ad internecionem omnes perierunt, 25, 26. *de peſtilentia.*

INTERNECIVUS, 9, 25. perinde ac ſi internecivo bello certaſſet.
non internecivum ſibi eſſe cum Romanis bellum, 22, 58.

INTERNUNCIARE, 42, 39. pauſliſper internunciando cunctatio fuit.

INTERPELLARE, 9, 41. ut clamor ſua ſponte ortus loquentem interpellaverit ducem.
ſtupro interpellato, 3, 57.

INTERPONERE, 35, 35. qui ſuum conſilium meo interponet. *i. q. opponet. cf. cap.* 48.
meas opiniones conjectando rem vetuſtate obrutam, non interponam, 29, 14.

ni

Digitized by Google

ni tribuni plebis se interposuissent, 27, 6.
jus eo die se non dicturum neque decretum interpositurum, 3, 46.

INTERPRES arbiterque concordiæ, 2, 33.—pacis, 21, 12. *Gr.* μεσίτης.
interpres exsolvendi jurisjurandi, 24, 18.

INTERPRETARI, 1, 23. neque recte an perperam interpretor.
pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse, 1, 44.
medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, 39, 39.
hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitavit, 23, 11. *cf.* 45, 29.

INTERQUERI, 33, 35. Ætolorum principes alii interqueſti sunt etc. *nisi cum Creverio legere malis* leniter questi sunt. *Nam apud Polybium hæc leguntur:* πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρεῖν. *Atque etiam, quæ statim sequuntur:* alii ferocius incusarunt exprobraruntque, *egregie illam emendationem confirmant. Sic et infra cap.* 38. Antiochus leniter alloquitur castigatque.

INTERREGNUM initum, 10, 11.

INTERREX, 3, 40. patricios coire ad interregem prodendum. *cf.* 6, 41.
patricii interregem creavere, 4, 7. *cf.* 5, 31.

INTERROGARE, 8, 32. ad hæc, quæ interrogatus es, responde: extra ea, cave, vocem mittas.
Hannibal nominatim interrogatus sententiam, 36, 7. *cf.* 37, 14.
neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non posset, 38, 50. *i. e. accusari, in judicium vocari.*

INTERROGATIO, 8, 21. ut ipse (*consul*) benigna interrogatione mitius responsum eliceret.

INTERRUMPERE, 2, 10. ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. *Vid.* intercidere.
aciem hostium interrupit, 44, 41.

INTERSCINDERE, 28, 7. Chalcis, quamquam ejusdem insulæ urbs est, tamen adeo arcto interscinditur freto, ut ponte continenti jungatur etc.

INTERSEPIRE, 1, 27. id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus interseptit.
interseptentibus cuniculum—nunc ciliciis prætentis etc. 38, 7.
incendio interspti ab hoste, 42, 63.
interseptis itineribus, 6, 9.
vallo urbem ab arce interseptre statuit, 25, 11.
nunc prœliis lacessendo, nunc operibus interseptendo quædam, 34, 40. *cf.* 24, 23. *it.* 31, 46. *vid. Drakenborch. ad* 6, 9.

INTERTRIMENTUM argenti supplere, 32, 2. *scil. quod decoquendo argento perierat. cf.* 34, 7.

INTERTURBATIO, 23, 8. patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbationem caussante.

INTER-

Digitized by Google

INTERVALLUM, 23, 29. quinque millium intervallo caſtra diſtantia habuere.
juſſis legionis haſtatis—ſequi ſe mille paſſuum intervallo diſtantes, 33, 1.
INTERVENIRE, 1, 6. intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido. *cf.* 3, 45. *it.* 9, 14.
mihi quiritanti interveniſſes, 40, 9. *i. q. ſuccurriſſes.*
INTERVENTUS, 23, 41. ne cujus interventus cœpta impediret. *cf.* 3, 45.
INTERVOLITARE, 3, 10. quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur.
INTESTINUS, 34, 25. ad externum terrorem inteſtina etiam ſeditio acceſſit.
INTIMUS, 34, 47. in intima finium.
emporium—in intimo ſinu Corinthiaco retractum, 36, 21.
INTOLERABILIS, 27, 19. regium nomen, alibi magnum, Romæ intolerabile eſſe. *cf.* 30, 35.
INTOLERANDUS, 10, 16. dimicare pro ſalute ſua, non, de intolerando Italiæ regno, cogant.
INTOLERANTIOR, 9, 18. de Alexandro, nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.
INTOLERANTISSIMUS, 10, 28. Gallorum—corpora intolerantiſſima laboris atque æſtus fluere. *cf.* 27, 48.
quorum intolerantiſſima gens, humorique ac frigori aſſueta, 5, 48.
INTONARE, 3, 48. quum hæc intonuiſſet (*Appius*) plenus iræ.
INTORQUERE, 25, 16. paludamento circum lævum brachium intorto.
aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, 21, 58.
ut fugientem navem videres retro vortice intortam victoribus illatam, 28, 30.
INTRA decimum diem quam Pheras venerat, 36, 10.
intra dies ſexaginta quam in provinciam venit, 43, 9.
ſimul cum his intra portas compelluntur, 7, 11.
qui intra præſidia Romana fuerant, 25, 24.
INTRABILIS, 22, 19. os (*amnis*) intrabile.
INTRARE, 3, 51. porta Collina urbem intravere.
ubi rurſus ſilvæ intratæ etc. 21, 25.
intrantibus fines Romanis, 6, 25.
priuſquam hoſtium intraret agrum, 34, 26.
intrare domum, 6, 34.
intranti veſtibulum in ipſo limine etc. 30, 12.
INTREPIDE, 23, 33. ibi intrepide Xenophanes, legationis princeps—ait etc.
INTRO vocatæ tribus, 40, 42.
ut quæque intro vocata erat centuria, 10, 13. *cf. cap.* 24.
INTRODUCERE, 40, 25. in Ligures exercitum introduxit. *i. q. in fines Ligurum. cf.* 41, 10. *forma dicendi Livio, quod ſciam, alibi non uſurpata*; *ſed* inducere, traducere exercitum *dici ab eo ſolet, ſine mentione finium.*
INTROFERRE, 43, 7. quorum legatio ipſo introitu, ob id, quod Miſtio

Digitized by Google

Mictio princeps eorum pedibus captus lectica eſt introlatus, ultimæ neceſſitatis extemplo viſa res.

INTROIRE, 30, 43. ut ſibi in urbem introire—liceret. *cf.* 42, 22.

INTROMITTERE, 24, 13. ſex millia peditum—qui præſidio ſenatui eſſent, Nolam intromiſit.

ne quod præſidium intromitti poſſet, 44, 12. *de oppugnatione.*

INTRORSUM in media caſtra (*hoſtem*) accipiunt, 10, 33.

INTUERI, 6, 14. non enim jam orationes modo M. Manlii, ſed facta, popularia in ſpeciem, tumultuoſa eadem, qua mente fierent, intuenda erant. *Niſi cum Gronovio* tumultuoſa eadem, qua mente fierent, intuenti erant, *legendum videatur.*

intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum, 36, 45.

in hoſtiam itineri noſtro circumdatam intuens, 40, 13.

INTUS, 24, 10. Lanuvii in æde intus Soſpitæ Junonis. *Illud* in *ſuſpectum eſt interpretibus: merito: nam* intus ædibus *dicitur in inſcriptionibus.* Intus *pro cubiculo cepit Oudendorpius.*

quæ ſinu exiguo intus incluſæ eſſent, 25, 11.

intus cellam ædis Fortis Fortunæ, 27, 11.

INTUTUS, 5, 45. caſtra Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte nacti, clamore invadunt.

et ipſæ minæ metum fecerant expertis a Gallica clade, quam intutam urbem *(Romam)* incolerent, 9, 41.

INVADERE habenis quam effuſiſſimis, 37, 20.

ſtantes et ad ictus expoſitos—haſtati—invadunt, 9, 35.

non diffidebant, vaſtam disjectamque ſpatio urbem parte aliqua ſe invaſuros, 24, 33.

ingens terror Patres invaſit, 9, 38.

nec major in corpus meum vis morbi, quam in veſtras mentes, invaſit, 28, 29.

dulcedo invaſit *(quos?)* proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi, 5, 13. *cf.* 28, 20. *ad quem locum vide Gronovium.*

INVALIDUS, 5, 38. multoſque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis aliiſque tegminibus hauſere gurgites.

INVEHERE, 22, 5. terræ motus mare fluminibus invexit.

nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditiſſima omnium gens invexit, 39, 8. *aut* nobis *delendum videtur, aut* invenit *legendum.*

abſterruitque effuſe invehentem ſeſe hoſtem, 30, 11. *locutio ab equitibus tranſlata ad omnem exercitum et pedites. cf.* 6, 32. *it.* 31, 35.—hoſtem invehi nunciatur, 5, 8.

invecta corpori patris nefando vehiculo filia, 1, 59.

triumphans urbem invehitur, 2, 31.

Claudius equo ſine militibus inveheretur, 28, 9. *de ovatione.*

eo (*in ſtationem*) invectam claſſem ſubire adverſo flumine juſſit, 10, 2.—commeatus navibus invehere, 25, 11.

INVENIRE, 1, 53. ſe—ſua præſentia ardoris aliquid ad bellum—inventurum. *i. q. excitaturum.*

quod quibuſdam in annalibus invenio, 9, 15. *Sic ſæpiſſime. vid. Intt. ad h. l.*

INVENTOR,

Digitized by Google

INVENTOR, 2, 56. ut inventor legis Volero, ſic Lætorius—auctor, quum recentior, tum acrior erat.

INVENTUM, 7, 3. eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum ſit. *i. e. excogitatus ſit a Minerva.*

INVESPERASCERE, 39, 50. jam inveſperaſcebat, et non modo cetera, ſed ne in proximam quidem noctem ubi ſatis tuto cuſtodiretur, expediebant.

INVETERATUS animus diutina arte atque uſu belli, 42, 11.

INVICEM, 2, 12. non prædo, nec populationum invicem ultor. *Vid. infra in v.* vicis.

cohortes invicem ſub ſignis, 32, 17. *Forſitan idem cum paullo ante præcedentibus:* conferti pluribus introrſus ordinibus acie firmata.

INVICTUS, 9, 16. invicti ad laborem corporis eſſe.

invicti a cupiditatibus animi, et rigidæ innocentiæ, 39, 40.

nutum numenque veſtrum invictum Campanis, 7, 30.

ſed invicta ſibi quædam patientiſſima juſti imperii civitas fecerat, 6, 16.

INVIDERE, 10, 24. invidiſſe Decium concordibus collegiis tribus. *it.* 38, 47. honori.

non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani, 2, 40.

victoria, cui nec deus nec homo quiſquam invideat, 5, 27.

inviſum imperium, 3, 38. *de decemviratu.*

INVIDIA, 8, 31. invidiam, tamquam ignem, ſumma petere.

invidia conflagrare, 24, 26.—anxius invidia, 9, 46.—invidia divitiarum, 10, 3.—in invidia eſſe, 29, 37.

aggravantibus ſummam etiam invidiæ ejus tribunis plebis, 6, 27. *pro re invidioſa.*

flammam invidiæ adjecere edicto, 43, 16.

ſub aliena invidia (*male*) regnare, 24, 25. *i. e. ita, ut alter invidiam mali regni ſuſtineat.*

INVIDIOSUS, 9, 29. ob infamem et invidioſam ſenatus lectionem verecundia victus. *Invidioſa lectio eſt, quæ cenſoribus multum invidiæ ſ. odii conflaverat.*

INVIOLATUS, 8, 34. neu poteſtas tribunicia, inviolata ipſa, violet interceſſione ſua Rom. imperium.

INVISERE, 1, 57. quin—inviſimus præſentes noſtrarum ingenia. domos ac res inviſere ſuas, 5, 2.

INVISITATUS, 4, 33. inaudita ante id tempus invifitataque. *Pluribus locis hoc vocabulum confuſum eſt cum* inuſitatus. *vid. Drakenb. ad* 5, 35.

gens invifitata, 5, 37. *i. e. antea non viſa.*—invifitati alienigenis, 27, 39.

INVITAMENTUM, 2, 42. largitiones temeritatiſque invitamenta horrebant.

INVITARE, 1, 9. invitati hoſpitaliter per domos.

utrumque in hoſpitium invitat, 28, 18.

INVITATIO, 33, 39. deinceps invitatio benigna et hoſpitalis fuit. *cf.* 40, 7.

INVIUS, 23, 17. per vias inviaque in urbes Campaniæ perfugerunt.

ruunt cæci per vias, per invia, 38, 23.

per

Digitized by Google

per invias atque ignotas rupes iter fugæ non expedientes, 38, 2.

INULTUS, 3, 38. quum hominum atque pecudum inulti prædas egiſſent. *cf. cap.* 51.

haud inultum interfecere, 3, 43.

INUNDARE, 24, 38. Hennenſium ſanguine Henna inundabitur.

qua fluvius Arnus per eos dies ſolito magis inundaverat, 22, 2.

INVOCARE, 9, 12. nequidquam deos fidemque invocantes.

INURERE, 9, 3. vivet ſemper in pectoribus illorum quidquid iſtuc præſens neceſſitas inſſerit.

INUTILIS, 29, 1. ſegnes atque inutiles milites. *it.* 30, 20. inutilis militum turba.

rogationes—ſeu utiles ſeu inutiles ſunt, 6, 40.

ne inutili pudore ſuam ipſe cauſſam damnaret, 3, 71.

quot res, quam inutiles ſequantur illam viam conſilii, 5, 5.

qui conſenſus interdum privatis inutilis eſſet, 3, 33.

documento fuere, quam plurium imperium bello inutile eſſet, 4, 31. *i. q. damnoſum. Gr.* ἀλυσιτελής. *Vide Clarkium ad Iliad. β.* 296.

dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret, 21, 53.

inutilia impedimenta, 38, 15.

INUTILITER, 3, 51. reſponſumque, quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis conſenſu, quam communi conſilio eſſe.

JOCARI, 32, 34. jocatus in valetudinem oculorum Phæneæ.

IPSE, 1, 10. per ſe ipſum. *i. e. pro ſe ipſo, ſolus.*—ipſa per ſe, 37, 26.

ipſe ſponte ſua, 10, 25. (*idem per idem dictum*)

ipſe pro *is ipſe*, 5, 43. *ubi vide Gronovium. it.* pro *ego ipſe*, 1, 17. 6, 33. 29, 10. 31, 17. 34, 52. 40, 4.—ipſe (*Quinctius ſenatui oppoſitus*) 32, 37.—ipſe (*Syphax oppoſ. gregi nobilium Numidarum*) 30, 13.

navis tantum jactura facta eſt, incolumes ipſi evaſerunt, 30, 25. *i. e. nautæ, vectores.*

Agaſſam urbem, tradentibus ſeſe ipſis (*incolis*) recepit, 44, 7.

IRA prædæ amiſſæ, 1, 5.—vulnerum, 8, 29.—dictatoris creati, 4, 57.—corruptæ uxoris, 5, 33.—diremtæ pacis, 9, 8.—finitæ poteſtatis, 9, 34.—domini interfecti, 21, 2.—fugæ, 27, 7.—provinciæ ereptæ, 37, 51.—metu quæſtionum iraque, 4, 50.

ob interpellatam dulcedinem iræ, 9, 14.—ira tumere, 31, 8.

ab ira inter conditiones pacis interfectæ ſtationis, 24, 30.

metu, ne, ſoli crimini ſubjecti, piacula iræ Romanorum derentur, 6, 21.

ira infeſta, 7, 30.—præfervida, 9, 18.—memor, 9, 29.

tanto irarum certamine, 9, 39. *cf.* 1, 7. *it.* 9, 1.

irarum ſpeique pleni, 2, 45.

ultra humanarum irarum fidem, 8, 24.

feneſcente invidia molliebantur iræ, 29, 22.

cujus rei vitium non in belli eventum,—ſed in rabiem atque iras imperatorum vertit, 8, 30.

iras differre, 4, 30. *i. e. vindictam*—*Sic* iram abſtinere ab aliquo *Livius dixit.*

iras dirimere, 1, 13. *i. e. iratos.*

Digitized by Google

IRATUS, 2, 45. iratos invocat deos. *cf.* 5, 11.
hoſtium ſe telis potius, quam ſuffragiis iratorum civium, caput obiecturum, 22, 40.
IRE, 1, 14. quique cum eo equis ierant.
iret—ſublimis curru multijugis equis, 28, 9.
quo pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat, 28, 17. *i. e. per terram continentem. Opponitur: navibus ire.*
cum claſſe Piſas ire, 41, 17.
in ſententiam ejus pedibus irent, 9, 8.
munus vulgatum a civibus iſſe in ſocios, 2, 41.
ire in Capitolium, 3, 17. *i. e. aggredi, oppugnare, ad Herdonium depellendum.*
ut iret ad oppugnandam patriam, 28, 29.
ad arma ire, 9, 32.
ad pedes pugna ierat, 21, 46.
Scipionem per Boiorum—agros populantem iſſe, 34, 48.
ne eodem itinere eat, 4, 4.
convocatos milites monuit, via omnes irent, 25, 9. *i. e. ea, qua omnes commeare ſolent, via regia, ut alibi dicitur.*
adeo in alteram cauſſam—collega—præceps ierat, 2, 27.
neque nego, neque inficias eo, 6, 40.
abi hinc cum immaturo amore ad ſponſum—Sic eat, quæcumque Romana lugebit hoſtem, 1, 26.
IRRELIGIOSUS, 5, 40. irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos ſacraque populi Rom. pedibus ire ferrique.
IRREVOCABILIS, 42, 62. quam—ſpe vana evectus, in caſum irrevocabilem ſe daret.
IRRIGUUS, 10, 2. quod tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint, irrigua æſtibus maritimis.
IRRITAMENTUM, 40, 27. quibuſcumque irritamentis poterat, iras militum acuebat. *cf.* 30, 11.
IRRITARE magis, quam decernere pugnam, 28, 33. *i. e. laceſſere magis ad pugnam, quam pugnam vere conſerere.*
irritatis in poſterum diem animis, 44, 4.
quibus miſericordia opus erat, iram et odium irritarent, 37, 49. *cf.* 29, 16.
irritare feritatem barbarorum, 28, 33.
IRRITUS, 28, 29. aufert omnia irrita oblivio. *i. e. ut irrita et quaſi infecta eſſe videantur.*
in ſpem irritam fruſtra tempus terere, 22, 20.
capitumque irrita quaſſatio, 22, 17.
IS, 1, 19, urbem novam conditam vi et armis, jure eam—parat.
florem ætatis—quem ipſe patri Hannibalis fruendum præbuit, juſto jure eum a filio repeti cenſet, 21, 3.
eum poſtulare, ut ſibi dedatur, 23, 10.
eorum, quæ objecta ſunt mihi, partim ea ſunt, 42, 41.
quæ publica vectigalia locaſſent, ea rata locatio ne eſſet, 43, 16. pro *eorum.*
id multo, quam de navali victoria, lætius fuit, 37, 33.
quandoquidem, ut omnia unus Gabiis poſſet, ei dii dediſſent, 1, 54.

Digitized by Google

2, 54. pro *sibi. cf.* 31, 11. si quid ei ad firmandum augendumque regnum opus esse judicasset, enise id populum Rom. merito ejus præstaturum.

ea postulavit, ut etc. 3, 53. *i. e. talia.*

Latio is status rerum erat, 8, 13. *i. q. tam tristis.*

iis auspiciis, 3, 61. pro *tam lætis, tam bonis.*

ea ætate consulatum adeptus eram, 7, 40. *h. e. tam provecta ætate.*

non ea regum æmulatio, 44, 25. pro *non tam parva.*

non eis animis audiebantur, qui aut doceri aut flecti possent, 42, 48.

moverunt eo maxime senatum, demonstrando maris terrarumque regionis ejus situm, 32, 37.

ceteros accolas fluminis Hannibal et eorum ipsorum quos sedes tenuerant, simul perlicit donis ad naves, 21, 26. pro *et quos eorum ipsorum sedes etc.*

quorum eorum ope ac consilio Veliterni—populo Rom. bellum fecissent, 8, 37. *i. e. quorum ex Tusculanis (antea nominatis).*

extra quam qui eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent, 26, 34.

aliorum, qui non comparebunt, quando quisque eorum inventus fuerit, 38, 11.

qui eorum circa Macram fluvium incolebant, 40, 41. *cf.* 5, 41. *it.* 34, 35.

apud eorum quem manumitteretur, 41, 9. pro *apud quemcumque eorum.*

quod ego fui ad Trasimenum—id tu hodie es, 30, 30. pro *qualis—talis.*

quod nondum factum est—ea fieri oportet, 4, 4.

quod ejus (*agri*) publicum populi Rom. esset, 31, 4.—quod ejus (*pecuniæ*) in publicum relatum non est, 38, 54. pro *quantum ejus, quoad etc. Sic sæpissime.*

pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse viderent, 22, 1.

quid esse (*id esse*) aliud, quam minari, 4, 2. *cf. cap.* 4.

dubiæ ad id (*adhuc*) voluntatis, 9, 15.

ut ad id (*tempus*) venerit exercitus subsidio missus, 4, 58.

quid se id ætatis sollicitassent, 10, 24. pro *tam senem.*

id consilii animique habiturus sum, quod vos mihi effeceritis, 3, 62.

quum remisso, id quod erepturi erant, ex SCto Manlius vinculis liberatur, 6, 17. pro *eo quod, quemadmodum ante Drakenborchium legebatur. Sed vide Cel. Strothium ad h. l.*

ISTIC, 7, 40. quocumque istic loco, seu volens, seu invitus, constitisti etc.

ISTINC, 7, 40. istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet—si dimicandum est.

ISTUC, 28, 28. ne istuc Jupiter O. M. sirit. pro *istud.*

quidquid istuc præsens necessitas inusserit, 9, 3.

ITA regem obtruncant, 1, 5. pro *tum vero.*

Digitized by Google

ita per se ipsum nomen Cæninum etc. 1, 10. *i. q. itaque, propterea. cf.* 2, 54.

pax ita convenit, 1, 3. *i. e.* his *legibus. it.* 4, 6. 36, 4.

non ita ægram esse civitatem, 3, 20. pro *non tam parum ægram.*

ita gratiam inire, ut etc. 1, 17. *h. e. ea moderatione, tam caute ac prudenter. cf.* 4, 7.

ita elatus, ut nullum ferox verbum excidat, 26, 19.

ita fama variat, ut—tamen— omnes tradant, 27, 27.

ita indulgere iræ, ut potior sit salus, 23, 3. *cf.* 5, 12.

ita pacem negare, ut non statim bellum geratur, 24, 28.

ita admissi (*milites a Pœnis capti*) ne senatus tamen iis daretur, 22, 61. *i. e. admissi illi quidem, sed senatus iis non datus. Et talia fere præcedentia sunt omnia.*

ita in Africam transmissurus *fuit Sempronius*, si ad arcendum Italia Pœnum consul alter satis esset, 21, 17. pro *tum demum— & etc. cf.* 1, 8. 4, 5. 21, 13. 24, 37. 26, 24. 29, 3. 30, 37. 36, 4.

ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est, 4, 12. pro *haud valde multum.*—nec ita multo post, 10, 12.

Romanam amicitiam, sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide, 34, 9. pro *ita pari colebat* fide; *quoniam* sicut *præcedit. cf.* 9, 17. ea et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque facile præstant. *in quo loco illud* ita *auctoribus codicibus delendum est.*

ITAQUE cautum est, 3, 30, pro *atque ita.*—et vestram itaque etc. 8, 13.

itaque ergo, 1, 25. *cf.* 9, 31. *it.* 28, 12. 39, 25. *gratus utique Livio pleonasmus.*

ITER, 32, 24. per apertum recenti strage iter invadere.

progressus modicum iter, 33, 6.

iter fugæ non expedientes, 38, 2.

ut iter præparatum fugæ haberet, 39, 51. — pronunciatum iter, 30, 10.

ut iter populo esset, 39, 44.

turba conferta iter reliquum clauserat, 39, 49.

hoc flumine Perseus septum iter hostis credens, 44, 8. pro *hosti, quemadmodum Creverius malebat. Sed illud quoque bene et ex more Livii dictum.*

novo periculoso itinere, 43, 1. *vid. Drakenb. ad* 1, 14.

ne eodem itinere eat, 4, 4.

incerti, quam in partem intenderent iter, 10, 43.

septem millia itineris erant, 30, 5. *i. q. iter septem millium.*

qui summovendo iter ad prætorium facerent, 45, 7. pro *aditum.*

quantum pati viæ per vulnus poterat itineribus extentis, 30, 19.

ingens iter agminis erat, sed metus urgebat, 32, 13.

itinera, 26, 10. *de plateis urbis Romæ. Sic* 30, 6. itinera portarum.

eorum ambitione artibusque fieri, ut obseptum plebi sit ad honorem iter, 4, 25.

ITERUM,

Digitized by Google

ITERUM, 33, 32. revocatus præco—iterum renunciaret eadem.
JUBERE, 27, 16. interroganti ſcribæ—juſſit.
haſtatis juſſit, 30, 34. *cf.* 42, 28. cui—magiſtratus creare—juſſum erat; *niſi cum Creverio legas* creari.
imperium alicui (*eſſe*) jubere, 26, 41. *ubi vid. Intt.*
juſſit, ut, 32, 16. *cf.* 9, 2. *it.* 42, 6.
quum, exponerent in conſilio, juſſiſſet, 44, 2.
duci ſe extemplo ad conſules jubet, 9, 24. *de transfuga.*
Campani jubentes, quæ opus eſſent ad bellum, imperare (*Romanos*), 23, 5.
populus juſſit de bello, 38, 45.
quod bellum ſenatus Perſeo juſſiſſet, 42, 33. *id explicat Dukerus de ſenatuſconſultis, poſt juſſum illum populi* (38, 45) *factis.*
jubere regem, 1, 22.—dictatorem, 10, 11.—duumviros, 9, 30. *i. q. creare, ſ. ſancire ut creentur.*
tranſire in Epirum eſt juſſus, et circa Apolloniam copias continere, 35, 24. *i. e. ex Epiro progreſſus, prouti juſſus fuerat, circa etc.*
JUCUNDUS, 3, 51. nec mihi filia inulta honorem ullum jucundum eſſe patitur.
quod nobis non fructu jucundius eſt, quam ultione, 28, 39.
JUDEX, 3, 44. notam judici (*Appio*) fabulam peragit.
quod his temporibus nondum conſulem judicem, ſed prætorem appellari, mos fuerit, 3, 55.
accuſatorem eumdem capitis ſui ac judicem eſſe, 8, 32.
ferre alicui judicem, 3, 24. *alibi, v. c.* 3, 56. dicere.
JUDICARE, 38, 59. tantum auri argentique judicatum eſſe.—pecuniæ, 6, 14. *i. q. multatum. cf.* 23, 14.
quoad vel capitis vel pecuniæ judicaſſet, 26, 3.
perduellionem alicui judicare, 1, 26. *i. e. perduellionis reum judicare.*
quem extra culpam belli eſſe, ipſum Vitruvium judicaſſe, 8, 19. *Nempe* judicare *dicitur eleganter de his, qui facto aliquo præjudicium de re faciunt, et ex eo dant aliis æſtimandi copiam. vid. Intt. ad h. l.*
JUDICIUM, 35, 41. judicia in fœneratores ſevere facta. *cf.* 2, 52.
Menenio diem dicunt—eum oppreſſerunt—quum capitis anquiſiſſent etc.
ſub jus judiciumque ſuum totam coëgit gentem, 41, 22.
JUGUM, 10, 36. quod captivos ſine pactione ſub jugum miſiſſet. *cf.* 3, 28. *unde intelligatur, quomodo jugum factum ſit.*
ſub jugum abituros (*victos*), 3, 28.
ſub hoc jugo dictator Æquos miſit, *ibid.*
ſub jugo montis, 22, 18.—collis, 31, 39.—Alpium, 21, 35.
jugis ducebat, 22, 18. *i. q. per juga ducebat exercitum.*
per iſthmi jugum navibus traductis Æginam trajiciunt, 42, 16.
JUMENTA, 42, 1. legati—ſingula jumenta per oppida—imperabant. *Hinc originem curſus publici ducit Spanhemius de U. et P. N. diſſ.* 9. *p.* 801. *ed. Amſt.*
JUNGERE affinitatem cum aliquo, 1, 1.
fœdus cum eo amicitiamque junxit, 23, 33.

Digitized by Google

cum impari jungi, 1, 46. *de matrimonio.*

haud dubius, quin Eumenes civitatem quoque ſuam Perſeï criminibus junxiſſet, 42, 14.

non dubia ſpe, quum juncti eſſent, debellari poſſe, 25, 35. *de conjunctione exercituum.*

ſi ſe rurſus tres exercitus ac tres duces junxiſſent, 25, 37.

ut non petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie, finitimis domitis gentibus, jungendoque, tractus ad id bellum videri poſſet, 21, 5.

jungere ratibus flumen, 21, 47.

Romani ponte Ticinum jungunt, 21, 45.

junctum vehiculum, 34, 1. *ſcil. equis.*

naves junctæ aliæ binæ ad quinqueremes, 24, 34.

vallo ac foſſa ita jungere parat (*ea omnia*), 38, 4.

ſervati tamen regni, quæ juncta pletati ſit, potiorem laudem fuiſſe, 45, 19.

JUNIORES *dicti ſunt tempore cenſus primi a ſeptimo decimo ætatis anno ad ſextum et quadrageſimum*, 1, 43. *cf.* 4, 5.

JUPITER Feretrius, 1, 10. *a feriendo. vide Plutarch. Romul. pag.* 27.—Stator, 1, 12. *a ſiſtendo. vide Gronov. Obſſ.* 4, 14.—Imperator, 6, 29. triumphanſque ſignum Præneſte devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit.

JURARE, 2, 45. idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat.

per milites juratos in conſulis verba, 7, 16.

jurati cenſores coloniarum, 29, 15.

ex animi mei ſententia—ut ego rempublicam—non deſeram, 22, 53. pro *ut ego juro, me etc. Solet autem hoc verbum in tali formula omitti. Vid. Gronov. ubi ſup.*

JUREJURARE, 41, 15. prætores ambo in eadem verba jurejurarunt. *Verbum analogiæ certe non contrarium.*

JURGARE, 8, 33. hæc ſimul jurgans, querens—plurimis cum lacrimis agebat.

JURISDICTIO, 41, 9. hæc—cauſſa juriſque dictio—conſuli decreta eſt.

inter cives et peregrinos juriſdictio, 42, 18. *cf.* 28, 10.

JUS patrium, 1, 26. *jus vitæ ac necis in liberos ex lege Romuli.*

quodcumque—populus juſſiſſet, id jus ratumque eſſet, 7, 17. *cf.* 31, 32.

quodcumque ſibi cum patria, penatibus publicis et privatis juris fuerit, id cum uno homine eſſe, 6, 14. *i. q. patriæ debuerit etc. id nunc uni debere.*

quodſi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, at ego etc. 9, 1. *i. e. nihil præſidii in jure humano adverſus potentiorem. Eſt autem jus humanum idem quod jus ſocietatis humanæ, ut loquitur Cicero de Off.* 1, 8.

quidquid ſancti amœnive circa urbem erat, incenſum eſt, diruta que non tecta ſolum, ſed etiam ſepulchra: nec divini humanive juris quidquam præ impotenti ira eſt ſervatum, 31, 24.

auctores fuere contra jus gentium cædis impiæ legatorum noſtrorum, 5, 4.

periti

Digitized by Google

periti religionum juriſque publici—ſuffectum conſulem negabant recte comitia habere poſſe, 41, 18.
manente memoria, etiam in diſcidio publicorum fœderum, privati juris, 25, 18.
jure belli liberum te, intactum, inviolatumque hinc dimitto, 2, 12. *Sic* 1, 1. duobus omne jus belli Achivos abſtinuiſſe.
jus publicum vanum, 45, 18. *i. e. jus, ex quo ærarium reditus metallorum et agrorum capit. vid. Creverium ad h. l.*
jus de tergo ac vita, 2, 29.
ager juris ſui, 29, 31.
jura dedit (*populo*), 1, 8.—jura ſtatuenda, 9, 20.
aliud Antiocho juris ſtatuiſtis, alio ipſi utimini, 35, 16.
commercium juris præbendi repetendique, 41, 25.
bello ſuperatas (*civitates*)—in antiquum jus repetit, 35, 16. *cf.* 32, 33. *it.* 34, 57.
jus conſulere, 39, 40. pro *de jure conſulere.*
jus gratiæ non dare, 42, 24.
duæ (*præturæ*) jure Romæ dicendo, 42, 28. *cf.* 3, 46.
novum jus tentatum, 34, 42. *de jure civitatis petito per fraudem.*
vendere jure prædæ, 38, 34.
extra jus fœderis eſſe, 38, 9. *i. e. non eſſe participem fœderis.*
niſi illi cogantur in jus judiciumque populi Rom. 36, 39. *cf.* 41, 22.
ſub jus judiciumque regis veniſſe, 39, 24.
ad jus Antiocho inferendi belli aliquantum adjeciſſe, 35, 51.
quod populus in ſe jus dederit, eo conſulem uſurum, 3, 9.
decedere jure ſuo, 3, 46.
in jus ditionemque recipere, 21, 61. *Contra*, 32, 33. *hæc duo, ſemper a Livio conjuncta, dirimuntur* juris aut ditionis. *Itaque Drakenborchius recte* ac *recepit, præſertim codicibus adjutus.*
JUSJURANDUM patrare, 1, 24.
jurisjurandi adverſus fœdera ſuſcepti exſecrationes horrens, 10, 39.
ſe jusjurandum dare paratos eſſe, non videri e republica etc. 8, 32. *i. e. jurejurando affirmaturos eſſe.*
milites tunc—jurejurando ab tribb. militum adacti—nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat, 22, 38. *hoc ergo voluntarium fuiſſe, illud neceſſarium, dicitur. vid. Intt. ad h. l.*
JUSTITIUM in tumultu, 3, 5.—omnium rerum, 26, 26.—remittitur, 10, 21.
exercitu deleto juſtitium indictum, 10, 4. *vid.* edicere.—juſtitium in foro ſua ſponte cœptum prius, quam indictum, 9, 7.
JUSTUS, 21, 3. juſto jure aliquid repetere.
precarium non juſtum auxilium ferenti, 8, 35.
juſtum tempus comitiorum, 5, 9.
ſi juſta aut ſi vera pugna eſſet, 22, 28.
juſtiore altero deinde prœlio vincuntur, 5, 49.
juſtum bellum, 29, 31. *opponitur furtivis excurſionibus et latrocinio aperto.*
juſtum piumque bellum, 9, 8.

Digitized by Google

justa arma, 38, 22. *i. e. legionum arma, quæ opponuntur velitum armis.*

ut—ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus, 9, 43. *i. q. consulares. Atque etiam*, 10, 25. exercitus justus consularis *dicitur. Nisi vero* consularis *e glossa illatum sit.*

ab justo exercitu justa ira facta, 6, 31. *de populationibus gravioribus.*

justi ducis speciem nactus, 25, 1. *i. q. legitimi.*

omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt, 9, 8.

operi aliisque justis militaribus ita assuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti, collatisque æquo campo signis justo prœlio Karthaginiensem hostem superaret, 24, 48.

justis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis, 9, 6.

propter mundiorem justo cultum, 8, 15. *cf.* 22, 59.

JUVARE, 25, 38. diis bene juvantibus. *it.* 21, 21. *Sic* 1, 37. vento juvante.

quum commoditas juvaret, 4, 60. *i. e. fructus, utilitas delectaret. vid. Gronov. ad h. l.*

occasionem juvandarum ratione virium trahendo bello quærebat, 6, 23.

JUVENALIS, 40, 14. *i. q. juvenilis.*

JUVENIS, 1, 56. *dicitur cui sunt duo adolescentes filii. cf.* 2, 4. *it.* 10, 14. *ubi tribuni militum juvenes dicuntur.*

juvenes senioribus oppositi, 1, 43. *pro* juniores; *atque ita legendum Drakenborchius conjiciebat. Sed est Græcis Latinisque hic mos, ut comparativos et positivos jungant, quum quidem illi horum vim habent.*

JUVENTA, 40, 6. medium robur juventæ. *i. e. ipso Livio explicante, ætas triginta annorum.*

JUVENTUS lecta, 28, 46.—principes juventutis, 6, 13. *de Latinis.*

equites enim illis principes juventutis, equites seminarium senatus, 42, 61. *Contra* 2, 12. *pedites videntur intelligendi esse. vid. Drakenborch. ad h. l.*

peregrina juventus, Latini Hernicique, 5, 19.

juventus—fundentes—cœpere, 7, 2.

ex multa juventute regi pedites conscripsit, 24, 48.

suos—juventute, armis Samnites juvisse, 9, 25.

quod roboris in juventute erat, 35, 38. *i. e. milites, exercitus.*

JUXTA se conjuges liberosque vexari, 41, 6.

juxta obsidentes obsessosque inopia vexavit, 9, 13.

juxta hieme atque æstate, 5, 6.

per dubios infestosque populos juxta intentus ad Hasdrubalem pervenit, 23, 28.

omittendam rem parvam ac juxta magnis difficilem, 24, 19.

apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur, 9, 9. *i. q. proxime d. r.*

juxta eam rem ægre passi—quam quum consulatum vulgari viderent, 10, 6.

navalesque socii juxta effusi ac si insulis etc. 22, 31.

Digitized by Google

L.

LABARE, 2, 39. poſtquam apparuit, labare plebis animos. *i. e. inconſtantes fieri.*

ſuberat tamen quædam ſuſpicio animis, labare fidem ſociorum, 32, 30.

quod labare iis adverſus Pœnum fidem ſenſerat, 27, 7.

qui ſociorum ad eam diem firmi ſteterant, tum labare cœperunt, 22, 61.

ſicubi populo Romano ſua fortuna labet, 42, 50.

labans diſciplina, 36, 6. *i. e. laxior, deficiens paullatim.*

memoria labat, 5, 18. *i. e. vis memoriæ deficere incipit.*

LABES, 42, 15. labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat.

eam labem civitatibus opulentis repertam (*ſeditionem*), 2, 44. *i. e. ruinam, perniciem.*

hujus mali labes ex Etruria Romam, velut contagione morbi, penetravit, 39, 9.

qūi ob ereptum cenſuræ regnum labem ſecundæ dictaturæ ſuæ impoſuerint, 4, 32.

in ſe receptam labem, quæ Evandri fuiſſet, 45, 5. *i. e. ſacrilegium.*

LABI, 41, 21. faces per cœlum lapſæ ſunt in Lanuvino.

labitur diſciplina, *Præfat. i. e. ſenſim in deterius abit.*

inde labi cœpit (*quæſtio*) ad viliora capita, 9, 26.

labi inter media conſilia, 9, 12. *h. e. inter duo extrema, ſuſpenſum eſſe.*

miſericordia ſe in ſpeciem crudelitatis lapſum, 3, 50.

in rem emendabilem vitus lapſus eſſe, 44, 10.

LABOR, 33, 39. Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhauſiſſe. *cf.* 4, 35. 25, 6. 26, 13. 29, 1.

militiam in opere ac labore—ſub pellibus durare, 5, 2.

quum primum pati laborem viæ potuit, 37, 45. *cf.* 27, 29.

ubi ſuorum plurimum laborem vident, 4, 38. *i. q. ubi ſuos præcipue laborare h. e. infeliciter pugnare vident.*

LABORARE, 22, 39. veritatem laborare nimis ſæpe, aiunt, exſtingui numquam. *i. e. obſcurari, opprimi.*

utique numquam noſtris locis laboravimus, 9, 19.

quod civitas fœnore laborabat, 35, 7.

Romæ ſimul delectu, ſimul tributo conferendo, laboratum eſt, 5, 10.

adeo in quæ laboramus ſola crevimus, 7, 25.

LACERARE, 26, 35. plebem Rom. perdendam lacerandamque ſibi conſules ſumſiſſe.

claſſis lacerata tempeſtate, 29, 18.

idem furor et Cretenſes lacerabat, 41, 25.

dum ad ſe quiſque opes rapiunt lacerantes viribus, 45, 9. *de iis, qui diſtraxerunt regnum Alexandri M. poſt ejus mortem. Gronovius*

Digitized by Google

vius legi volebat laceratis viribus. *Burmannus autem ad Ovid. Metam.* 1, 626. vicibus *i. e. per vices.*

principum orationibus lacerari, 29, 19.

ii non in senatu modo eum lacerarunt, 43, 8.

in concionibus lacerarent, rogationemque promulgarent, 41, 6.

LACESSERE, 33, 28. numquam, si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemve cædis, nullo lacessente, facturum fuisse.

lacessere mentionem rei temere actæ, 40, 54.

LACRIMARI gaudio, 27, 17. *Similiter cap.* 19. effusæ gaudio lacrimæ.

LACTENS, 37, 3. nocte lactentibus rem divinam fecerunt. Lactens *ex auctoritate Servii est, cui lac præbetur*; lactans *contra, quæ lac præbet. Sed tamen agnus cum ubere* lactenti *natus memoratur*, 27, 4. *Ceterum lactentes hostiæ majoribus, quæ non amplius crescunt, opponuntur*, 22, 1. *cf.* 25, 12.

LACUS, 5, 16. cave in mare manare suo flumine finas. (*lacum Albanum*)

lacus sternendos lapide—locaverunt, 39, 44.

LÆTE id ingenium tutores atque amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt, 24, 4. *Alii* ea ætate, id ingenium etc. *legi volunt*; *alii aliter. vid. Intt. ad h. l. non neglecto Cel. Strothio, qui* ea ætate *in textum recepit, neque tamen constituit* ea ætate *sitne de tempore, historice quidem, accipiendum, an pro* ea ætate puerum, id etc. *Quid? si legatur:* eam ætatem, id ingenium. *vide quæ supra in v.* ætas *notavimus.*

LÆTITIA victoriæ, 45, 13.—luxuriosa, 2, 21. *i. e. abusum potestatis efficiens.*

LÆTUS, 1, 13. læta repente pax: pro *læta et repentina pax. Nam paullo ante erat:* repentina quies.

haudquaquam tam victoria lætum, quam quod etc. 9, 23.

læta alieno crimine oratio, 4, 41.

læto conditionem accipienti, 29, 1. *it.* 31, 13.

ingenia incolarum latrocinio læta, 28, 22.

LÆVUS, 32, 29. Minucius in læva Italiæ ad inferum mare flexit iter.

LANA, 1, 57. lanæ dedita. pro *lanificio.*

lana alba velatis capitibus, 24, 16.

LAMENTABILIS, 3, 47. quum—lamentabilis eum mulierum comploratio excepisset.

LAMINA, 41, 20. parietibus totis lamina inauratum (*templum*).

LAMNA, tria signa cum titulo lamnæ æreæ inscripto, 23, 19.

LANGUIDUS, 1, 4. posse quamvis languida mergi aqua, spem ferentibus dabat.

LANIENÆ, 44, 16. lanienasque et tabernas conjunctas in publicum emit.

LANISTA, 35, 33. quam populum Rom. cum Antiocho, laniatis Ætolis, non sine motu magno generis humani et pernicie Græciæ dimicare. *i. e. auctoribus, incitantibus. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

LAPIDARE, 27, 37. de cœlo lapidaverat.

imbri

Digitized by Google

imbri lapidavit, 43, 13. *i. e. pluit imbre lapideo. cf.* 30, 38.

LAPIDATUM, 29, 10. propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum. *i. q. lapidatio, lapidum veluti grando. cf.* 42, 2.

LAPIS, 22, 1. ardentes lapides cœlo decidiſſe. *Drakenborchius legi malebat* lampades.

lapis ſacer, 41, 13. *ſunt, qui ſtatuas deorum intelligant; alii de ceteris lapidibus religioſe cultis capiunt; Drakenborchius denique de lapide cœlitus lapſo et cap.* 9. *memorato. Media ſententia tutior videtur.*

ſacrumque iis lapidem, quam matrem deûm eſſe incolæ dicebant, tradidit, ac deportare Romam juſſit, 29, 11.

ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia eſt, perveniunt, 7, 39.

LAQUEATUS, 41, 20. templum laqueatum auro.

LAR, 26, 25. eum ne quis urbe, tecto, menſa, lare reciperet.

idem dedicavit ædem Larium Permarinûm in Campo, 40, 52.

LARGE partiendo prædam, 21, 5.—gratiam referre, 38, 8.

LARGIOR, 24, 46. imber—ſonituque primo largioris procellæ ſtrepitum molientium portam exaudiri prohibuit.

LARGIRI, 1, 54. apud milites vero obeundo pericula ac labores, pariter prædam munifice largiendo. *cf.* 6, 2.

LARGITIO, 1, 54. largitionis inde prædæque et dulcedine privati commodi ſenſus malorum publicorum adimi.

largitio cedit in gratiam tribunorum, 4, 44.

largitio ædilitia, 25, 2. *de ludis ab ædilibus edi ſolitis munerum nomine.*

LARGITOR prædæ, 9, 42. *de duce liberali.*

a minime largitore duce, 6, 2. *Sermo eſt de conceſſa præda. cf. cap.* 16.

LASCIVIA, 23, 11. laſciviam a vobis prohibetote. *i. e. irreligioſam lætitiam. Niſi vero hæc oraculi potius dictio eſt, ut aliæ ejuſdem loci formæ, et carminis Græci potius quam Livii.*

militum laſcivia in conſulem (*ovantem*), 4, 53.

LASCIVIRE, 27, 4. laſcivientium piſcium modo exſultaſſe (*angues*).

LATE depopulato agro, 9, 36.

per arma, per viros late ſtragem dedere, 8, 30.

terrorem late agreſtibus injicere, 25, 9.

nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ, 2, 60.

hac expeditione motum latius erat, quam profligatum, bellum, 9, 37.

latius patefacta (*acies*), 9, 27. *i. q. rari ordines.*

occupari latius imperii fines volebat, 1, 56.

LATEBROSUS locus, 21, 54. erat in medio rivus, prærultis utrimque clauſus ripis, et circa obſitus paluſtribus herbis, et, quibus inculta ferme veſtiuntur, virgultis vepribuſque: quem ubi ad equites quoque tegendos ſatis latebroſum locum circumvectus ipſe oculis perluſtravit.

LATEX, 44, 33. quorum (*laticum*) venæ in mare permanantes undæ immiſcerentur.

LATINE, 40, 42. Cumanis eo anno petentibus permiſſum,

Digitized by Google

publice Latine loquerentur. *Oſce antehac locuti videntur, quippe qui regione Oſcorum continebantur. Aliter Lipſius de pronunciatione Linguæ Lat. p.* 12. *qui putat Græce locutos, et h. l. ad publica negotia refert. Sed Dukero verbum* loqui *obſtare videtur.*

ut præconi Latine vendendi jus eſſet, *ibid.*

LATIO auxilii, 2, 33.—ſuffragii, 9, 43. *cf.* 45, 15.

LATIUM Capuaque agro mulctati, 8, 11.

LATOR plebiſciti, 9, 30.—ſi inter accipiendas de ſuis commodis rogationes, ſpem honoris latoribus earum incidant, 6, 39.

LATRO, 35, 7. latrones *et* hoſtes *ſibi invicem oppoſiti. cf.* 40, 27.—latrones et prædones *iidem*, 34, 21.

LATROCINIUM, 8, 34. latrocinii modo cæca et fortuita pro ſollemni et ſacrata militia ſit.

latrocinii magis, quam belli more, 21, 35. *cf.* 29, 6. *it.* 33, 29.

latrocinium maritimum, 40, 42. *de populatione oræ maritimæ. cf.* 19, 2.

LATUS, 23, 46. ager—virtutis cauſſa latus datus eſt.

acerbitas in delectu non damno modo civium, ſed etiam laceratione corporum lata—inviſa erat, 7, 4.

latius regnum opulentiuſque, quam accepiſſet, facturum, 24, 49.

latior et re et perſonis quæſtio, 9, 26.

LATUS, 24, 5. avertit ab conſciis in inſontes indicium—ab latere tyranni, quorum etc. *i. e. in inſontes quoſdam eorum, qui eſſent ab latere tyranni, ſ. familiares ejus.*

LAUDATOR, 2, 47. idem in utroque laudator. *i. e. utriuſque.*

LAUREA, 23, 11. coronatus laurea corona. *Videntur eſſe repetita verba antiſtitis ſacrorum.*

lauream inſignem deferre, 7, 13. *ſc. milites imperatori cupiunt.*

LAUREATUS, 45, 1. laureatæ litteræ. *vid.* litteræ—tabellæ laureatæ, *ibid. i. e. litteræ rerum lætarum nunciæ. vide Salmaſ. ad Lamprid. Alex. Sev. cap.* 58. (*vel p.* 134. *Scriptt. Auguſt. ed. Par.*)

LAUS certaminis, 1, 57. *i. e. quam quis habet ex aliorum de ſe certamine.*

vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, 8, 40. *i. q. laudationibus.*

Mænii celebre nomen laudibus fuit, 4, 53.

diis immortalibus laudeſque et grates egit, 26, 48.

LAUTIA, *vid.* locus.

LAUTUMIÆ, 32, 26. triumviri carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam habere juſſi.

LAUTUS pure, 39, 9. *i. e. pura lotus aqua, auctore Feſto.*

LAXAMENTUM, 7, 38. laxamento cogitationibus dato.

leges—nihil laxamenti nec veniæ habere, ſi modum exceſſeris, 2, 3.

ſi laxamentum dederis, 5, 5. *ſcil. obſeſſis. cf.* 43, 18.

ſi quid laxamenti a bello Samnitium eſſet, 9, 41.

ne quid laxamenti ſit Samnitibus ad ſubſidia—mittenda, 10, 39. *cf.* 2, 24.

LAXARE, 32, 5. Philippum, quantum ab affiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum etc.

annona

Digitized by Google

annona haud multum laxaverat, 26, 20. *ſcil. ſe, ſ. laxata erat. cf.* 23, 20. *Contra active*, 2, 34. conditiones laxandi annonam.

laxare elatum pedem ab ſtricto nodo, 24, 7.

laxatæ cuſtodiæ, 21, 32. *i. q. intermiſſæ, ſublatæ.*

LAXIUS, 28, 24. quod in hoſtico laxius rapto ſuetis vivere arctiores in pace res erant.

LAXUS, 10, 5. qua ſatis laxo ſpatio equi permitti poſſent.

in quo negligentiæ laxior locus eſſet, 24, 8.

urbi cum pace etiam laxior annona rediit, 2, 52.

laxiorem diem dare, 39, 17. *i. e. terminum, quem nos dicimus longinquiorem.*

LECTIO, 9, 29. ob infamem et invidioſam ſenatus lectionem.

deformatum ordinem prava lectione ſenatus, *ibid. cap.* 30. *cf.* 27, 11. *vid.* inquinare.

LECTISTERNIUM, 5, 13. lectiſternio tunc primum in urbe facto.

eorumque monitu lectiſternium fuit, 7, 27. *cf. cap.* 2.

lectiſternium—iiſdem, quibus ante, placandis habitum eſt diis, 8, 25. *cf.* 22, 10.

in quibus (*fanis*) lectiſternium majorem partem anni eſſe ſolet, 42, 30. *cf.* 36, 1. *etenim non in omnibus templis habebatur.*

LECTUS, 39, 6. luxuriæ—peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt: ii primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam etc.

LEGARE, 1, 3. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Silviæ gentis legat.

ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati, 9, 20.

conſulem legari ad id bellum, 36, 1.

ſuſpecti et miniſtri facinoris—qui Romam legati fuerant, 40, 54.

LEGATIO decreta, necdum miſſa, 21, 6.

neque colloquium poſtea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quæ omni Græcia decedi nunciaret, admiſſurum dixit, 32, 37.

legationes deinde ceteræ in ſenatum introductæ auditæque, 28, 39.

legatio erat minime in partem ullam liberi aut ſimplicis animi, 36, 5.

a multis legationibus protinus in via aditus, 26, 51. *cf.* 1, 9. *it.* 4, 58. 5, 37.

legationem renunciare, 23, 6. *h. e. quid geſtum ſit in legatione.*

ut legatio renunciari ab Roma poſſet, 36, 35. *cf.* 9, 4. *it.* 31, 17.

ut duo legationem referrent, 24, 48. *cf.* 7, 32.

Theodotum—in eam legationem miſerunt, 45, 25.—in eam legationem profecti, 21, 63.

huic tam perplexæ legationi, quia non ſatis in promptu erat quid reſponderet, legatos ſe miſſurum ad eos dixit, qui de iis, quæ—loquerentur, 36, 5.

LEGATUS. Scipionem—a fratre—cui—legatus in Africam iret, 38, 58.

et

Digitized by Google

et tu L. Minuci, donec conſularem animum incipias habere, legatus his legionibus præeris, 3, 29. *i. e. tamquam legatus. vid. Drakenborch. ad h. l.*

LEGERE *de virgine Veſtali*, 1, 3. *cf. cap.* 20.—*de Pontifice, ibid. cf.* 42, 28. *it.* 43, 11.

quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, 9, 45. *i. q. optandi, eligendi.*

legere equites, 39, 49.—milites, 37, 51.—ſenatum, 40, 51. *cf.* 43, 15.

qui ſenatum primus (Appius) libertinorum filiis lectis, inquinaverat, 9, 46.

Decium, qui ſacra faceret, legi rite non potuiſſe, 10, 7.

lectus a Sempronio princeps in ſenatu, 27, 11.

conſcriptos videlicet in novum ſenatum appellabant lectos, 2, 1.

dictator magiſtrum equitum ſibi legit M. Æmilium Paullum, 10, 3.

ſupplemento in alias (*legiones*) lecto, 24, 44.

loca pacata me ad hibernacula lecturum, 40, 35.

LEGIO Romana, 40, 36.—Tuſculana, 3, 18.

legiones quaternum millium, 6, 22. *cf.* 28, 28.—*Karthaginienſium*, 22, 39.—Samnitium, 7, 32.—Gallorum, 38, 17.—Latinæ, 6, 32.—Etruſcæ, 2, 45.—Caudinæ, 9, 12. *i. e. Samnitium ad Caudium caſtra habentes.*—Macedonicæ, 44, 1. *i. e. Romanæ in Macedonia.*

legiones *decretæ commemorantur ſine imperii mentione*, 26, 1.

legiones—compulſos, 4, 19. *cf.* 28, 28.

legiones laureatæ, 45, 39.

legione claſſis—præmiſſa, 22, 57.

legio linteata, ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt, 10, 38.

LEGIONARII equites, 35, 6. *cf.* 27, 11. *vid.* eques.

LEGITIMUS, 9, 9. verba legitima dedentium urbes.

legitimus honor, 32, 25. *i. e. legibus conceſſus.*

LEMBUS, 24, 40. lembi biremes.

lembum armatum ad pertrahendam eam navim miſerunt, 40, 4.

LEMNISCI, 33, 33. *i. e. vittæ, quæ ſunt in honoribus deorum uſitatæ. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

LENIRE, 2, 45. diem tempuſque forſitan ipſum leniturum iras. *cf.* 40, 7. *it. de ſeditione*, 5, 24. *cf.* 38, 24.

LENIS clivus, 6, 24. *cf.* 29, 33.

omnia faſtigio leni ſubvexa, 25, 36.

decurritur ad leniorem verbis ſententiam, vim tamen eamdem habentem, 6, 19.

LENITER demiſſa aquila, 1, 34.

leniter editus collis, 2, 50.

caſtigando increpandoque plus, quam leniter agendo, 27, 9.—acerbius leniuſve egerunt, 39, 25. *cf.* 2, 61.

nimis leniter latam ſuam injuriam ratus, 29, 9. *Drakenborch. edidit*

Digitized by Google

edidit leviter. *Utrumque bene Latine dicitur.*—leniter queri, 26, 21.

LENTE, 10, 5. quamquam lente procedunt, jam tamen ad impetum capiendum, equiti utique, modicum erat ſpatium.

LENTUS, 6, 8. ut in eo tam lentæ ſpei victoriam exſpectaret. *cf.* 5, 5. nec ipſi lentiorem ſpem facimus. *i. e. nec ipſi in cauſſa ſumus, ut lentius eveniat id, quod ſperamus.*

Hannibalem lenti ſpectamus, 22, 14. *Proprie* lenti ſpectare *dicuntur, qui ſpectaculo non concitantur in iram, ejuſque indignitate non commoventur ad vindictæ cupiditatem. Nam omnino* lentus *eſt tardus in ſentiendo eo, quod iram, odium commovere poteſt; unde etiam* lentitudo *ita dicitur. Exempla Ciceroniana vide in Clave Cic.*

LETUM oppetere, 45, 26.

per omnes vias leti interficere, 31, 18.—novo genere leti, 1, 51.—tum me Jupiter O. M. domum, familiam, remque meam peſſimo leto afficiat, 22, 53.

LEVARE, 24, 29. levaverunt modo in præſentia velut corpus ægrum, quod mox in graviorem morbum recideret.

vis morbi levata, 4, 25.

atqui non indignitas rerum ſponſionis vinculum levat, 9, 9. *i. q. laxat.*

levarique quamprimum regionem ſuam tanta urgente hominum turba cupiebant, 21, 26.

quum injuſto fœnore gravatum æs alienum—levaſſet, 42, 5.

levare fœnus, 6, 27. *it. cap.* 39.—fœnebrem rem, 7, 21

levare religione animos, 21, 62.—publica cura annonam, 4, 13.

levata ignominia, 4, 43. *cf.* 45, 15. *de cenſore.*

levatur dedecus judicii, 3, 72. *i. e. minuitur, tollitur.*

LEVIS, 5, 15. auctor levis, nec ſatis fidus.

leviſſima mutandæ fidei ingenia, 28, 44.

levis auctoritas, 21, 10. *cf.* 26, 22.

LEVITAS, 31, 33. quos (*transfugas*) levitas ingeniorum, ad cognoſcendas hoſtium res, in omnibus bellis præbet.

LEVITER, 29, 9, neglectam ab Scipione et nimis leviter latam ſuam injuriam ratus.

LEX, 2, 1. imperia legum potentiora, quam hominum.

leges rem ſurdam, inexorabilem eſſe, 2, 3.

id vos ſub legis ſuperbiſſimæ vincula conjicitis, 4, 4.

lex regia, 34, 6. pro *una de legibus ab aliquo regum Romanorum latis. cf.* 6, 1. duodecim tabulæ et quædam regiæ leges.

ſanciendo novam legem, ne quis—crearet, 3, 55. *i. e. quæ vetaret, ne quis etc. cf.* 4, 24.

legibus dictis ſtare, 9, 5.

quando lege agi poſſet, 9, 46.

ſollemne auſpicatorum comitiorum in caſtra et provincias, procul ab legibus magiſtratibuſque ad militarem temeritatem transferri, 26, 2. *vid.* ſacratus.

LIBARE diis dapes, 39, 43.

libato-

Digitized by Google

libatoque jocinore intactos angues abiiſſe, 25, 16.

nuſquam ante libatis viribus Italiam aggrediendam, 21, 29.

LIBELLUS, 29, 19. libellis palæſtræque operam dare. *Libelli per contemtum dicuntur de libris Græcorum et doctrinæ Græcæ, quæ etiam ab Scipione in caſtris tractabatur.*

LIBER, 3, 10. libri per duumviros ſacrorum aditi. *i. e. Sibyllini, nuſpiam ante memorati.*

libri aditi, quinam finis—a diis daretur, 10, 47. *ſcil. unde intelligeretur etc.*

ibi ex libro vetere linteo lecto ſacrificatum, 10, 38.

LIBER, 42, 6. ædes liberæ hoſpitio datæ.

libera fide, 30, 4. *i. e. liberatus.*

totam hiemem liberam habere in apparatu, 37, 8. *cf.* 22, 44. *it.* 33, 3*.

libero mendacio abutebatur, 35, 12.

liberum fœnus, 35, 7. *i. e. legibus non circumſcriptum.*

libero conclavi ad quæſtionem ſervarent, 39, 14.

Karthago libera cum ſuis legibus, 37, 54. *Gr.* ἐλευθέρα, αὐτόνομος. *cf.* 25, 16.

liberi ac ſuis legibus viventes, 25, 23. *it.* 30, 37. *copula tamen omiſſa.*

liber jure belli, 2, 12. *i. q. a jure: ſequitur enim* intactus inviolatuſque.

prædaque omnis, præter libera corpora, militi conceſſa eſt, 6, 13.

libera cuſtodia, *vid.* cuſtodia.

eques corpore armiſque liber, 21, 5. *i. e. exſtans ex aqua.*

nec deductis præſidiis ſpei liberam vel obnoxiam timori ſociorum relinquere fidem, 26, 38.

liberum fingenti (*ad fingendum*) colloquium, 30, 32.

quod (*crimen*) quia teſtem habere non poſſet, liberius fingenti ſit, 26, 38. *Similiter*, 9, 19. facilis jungenti Rom. acies, facilis partienti *dicitur.*

animus religione liber, 2, 36. *h. e. qui non movetur oſtentis, et ſimilibus, ut propterea aliquid timeat.*

liberum arbitrium, 4, 43. *pro ſuffragio. Et eſt in eodem capite* liberum ſuffragium.

Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum, 32, 37.

LIBERALIS, 23, 46. ob—ſpem liberalioris militiæ. *i. e. quia ſperabant meliori ſe imperio apud Romanos uſuros eſſe.*

LIBERARE, 27, 37. mentes religione liberatæ.

ſenatus nec liberavit ejus culpæ regem, 41, 19.

niſi oculos quoque liberaſſent ab tanti memoria decoris, 6, 20. *i. e. removiſſent ab oculis, quod in memoriam revocare decus illud, et impedire poſſet, quo minus ex vero judicaretur. Sic alibi* lingua et animi liberari *dicuntur. vid.* lingua.

quum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminuſque etc. 5, 54.

LIBERATOR, 1, 56. ut ſub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Rom. animus opperiretur tempora ſua.

LIBERI,

Digitized by Google

LIBERI, 1, 13. ne se sanguine nefando soceri generique respergerent: ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, liberum hi progeniem. *pro liberis ipsis.*

LIBERTAS patrum, 6, 27. *i. q. fortitudo.*

libertas animusque, 2, 56. *h. e. animi libertas.*

in libertate esse, 42, 42.—in libertatem afferere, 3, 45.—vindicare, *ibid. vid. in his vv. it. in* æquus.

conditor Romanæ libertatis, 8, 34. *vid. Clav. Ciceron. in h. v. ult.*

LIBERTINUS, 43, 12. mille socii navales, cives Romani libertini ordinis. *Locus clarus ad intelligendum discrimen libertinorum et libertorum.*

LIBITINA, 40, 19. ut Libitina tunc vix sufficeret. *i. e. ii, qui funera facienda redimere solebant: sicut Horatius dixit* Libitinæ quæstum. *cf.* 41, 21.

LIBRA, 3, 29. coronam auream libram pondo *scil. habentem. cf.* 4, 20.

libraque et ære liberatus, 6, 14. *i. e. per manumissionem justam libertatem accepit.*

LIBRAMENTUM, 24, 34. gravi libramento plumbi recellente ad solum.

LIBRATUS, 30, 10. gravior ac pondere ipso libratior—superne—ictus. *i. e. validior. cf.* 42, 65.

librata quum sederit (*glans*), 38, 29. *librare eleganter dicitur, præsertim apud poëtas,* pro *ei, quo ferire velis, aliquo motu vim majorem addere, ut alte attollendo, torquendo, circumagendo. Hinc in l. c.* glans *dicitur,* librari, *quum circumactu fundæ nisum majorem accipit. vid.* sedere.

librata ponderibus pila, 7, 23. (*e loco superiori emissa*)

LICENTIA, 3, 37. malle licentiam suam quam aliorum libertatem.

tantum licentiæ sumsisse, 6, 40. *vid.* exauctorare.

cum hac, quæ nunc sollemnis est, licentia, 9, 30.

si qua licentia populando effusus exercitus, 9, 31.

muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri, 34, 3.

LICERE, 3, 50. si liberæ ac pudicæ vivere licitum fuisset.

neminem eorum per Italiam ire liciturum, 42, 36. *vid. infra in v.* nemo *ult.*

LICTOR, 26, 15. præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet.

lictor proximus, 24, 44. *qui antecedit proxime magistratum. Sic etiam Cicero dixit Verr.* 5, 54. *vid.* paludatus.

LIGNATOR, 10, 25. lignatores ei cum præsidio occurrunt—lignatum se ire—habetis affatim lignorum: redite et vellite vallum. *cf.* 25, 34.

LIGNARII, 35, 41. et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt. *Recte cepit Creverius* inter lignarios *de loco sic dicto ab ejusmodi opificibus. Melius tamen adhuc, opinor, B. Patruus illa verba intelligi volebat de negotiatoribus ex eo genere. vide Clav. Cicer. in v.* falcarius.

LIMES,

Digitized by Google

LIMES, 22, 12. inde Prænefte ac tranſverſis limitibus in viam Latinam eſt egreſſus. *cf.* 31, 24. *it.* 32, 13.

LINEAMENTUM, 21, 4. habitum oris lineamentaque intueri. ſimilitudo oris vultuſque et lineamenta corporis, 26, 41.

LINGUA, 6, 16. et linguam et animos liberaverat hominum, pro *linguas*. *cf.* 22, 44. *it.* 32, 21.

lingua promptus hoſtis, 2, 45. *h. e. male dicax, qui acerbe provocaverat.*

in altum lingua excurrens, 37, 31. *cf.* 44, 11. *vide nos in Gloſſario Ammianeo, ad h. v.*

LINTEATUS, *vid.* legio.

LINTEUM, 10, 38. ibi—locus eſt, conſeptus cratibus pluteiſque, et linteis contectus etc.

LINTEUS, 9, 40. linteæ candidæ tunicæ.

ibi ex libro vetere linteo lecto ſacrificatum, 10, 38.

LIQUESCERE, 21, 36. per fluentem tabem liqueſcentis nivis ingredi.

LIQUIDO, 39, 47. nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec ſe ſatis liquido diſcere ab eo ſenatus quum cerneret poſſe.

LIS, 23, 4. ſecundum eam (*partem*) litem judices dare, quæ magis popularis aptiorque in vulgus favori conciliando eſſet. *vid. Gronov. ad h. l.*

voluntatis noſtræ tacitæ velut litem æſtimari veſtris inter vos ſermonibus, 45, 24. *vid. ſupra in v.* æſtimare.

LITARE, 27, 23. conſules religio tenebat, quod, prodigiis aliquot nunciatis, non facile litabant. *i. e. bona exta reperiebant.*

nec auſpicato nec litato inſtruunt aciem, 5, 38.

LITATIO, 41, 15. uſque ad litationem ſacrificari juſſit. *i. e. plurimas deinceps victimas cædere, donec bona exta reperiantur; quod quum tamen non fit*, non litaſſe *dicitur.*

ſine litatione cæſæ hoſtiæ, 27, 23. *i. e. extis lætis non inventis.*

LITTERÆ, 1, 7. Evander—venerabilis vir miraculo litterarum, rei novæ inter rudes artium homines.

quod parvæ et raræ per eadem tempora litteræ fuere, una cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum, 6, 1. *i. e. breviora et minus obvia quævis monumenta litterarum. cf.* 7, 3.

Etruſcis litteris eruditus erat, linguamque Etruſcorum probe noverat, 9, 36.

litteræ a procos. ex Macedonia allatæ, 32, 1. *cf. in* ab *ult.*

litteræ auditæ, 10, 45. *i. e. recitatæ.*

LIXA, 21, 63. lixæ modo, ſine inſignibus, ſine lictoribus, profectum etc. *pro homine cujuſcumque ſortis vilioris.*

LOCARE, 2, 50. quum improvidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſuperaſſent. *cf.* 29, 2.

locatus in urbe (*dux*), 22, 38. *in partem deteriorem dictum.*

ut agrum Campanum cenſores fruendum locarent, 42, 19. *cf.* 27, 11.

ut bene locatus, manſit in ea familia aliquamdiu honos, 2, 42.

locare agrum frumento, 27, 3. *i. e. pro vectigali frumentario.*

Digitized by Google

ædes Salutis a cenſore locata eſt, 9, 43.
Junoni templum locavit, 5, 23. *i. e. extruendum curavit.*
LOCATIO, 45, 18. locationes prædiorum ruſticorum. *Creverius putat intelligendam eam eſſe de prædiis, quæ proprium fuiſſent regum Macedonicorum patrimonium, eaque, olim locata a regibus, Romanos vel vendidiſſe poſtea, vel donaſſe.*
LOCUS, 1, 1. urbi locum quærere.
urbi condendæ locum elegerunt, 5, 54.
propinquitas loci—ſtimulabat, 1, 15. *int. de ipſa urbe Romana.*
ita natus eſt locus, 9, 2.
Boii locum inſidiis quærentes, 35, 4.
utique numquam noſtris locis laboravimus, 9, 19.
avia commeatibus loca gravis armis miles timere poteſt, *ibid.*
nullo verius, quam ubi ea cogitentur, hoſtium caſtra eſſe, 22, 53. pro *nullo loco verius etc.*
primo impetu locos omnes, præter arcem, cepere, 24, 2. (*loca*)
in loca tuta evaſere, 28, 11. *i. e. munita. vid.* mediterraneus.
dum vix locis, quibus vicerant, credunt, 9, 9.
loca deteſtabilia eſſe, neque in iis quidquam poſtea poni dedicarique placere eorum, quæ in loco puro poni dedicarique fas eſſet, 31, 44.
ſarta tecta exigere ſacris publicis et loca tuenda more majorum traditum eſſet, 42, 3. *loca ſimpliciter dicta eſſe pro publicis ſeu communibus, ut Cicero vocat Epp. Div.* 13, 11. *non videtur Dukero. cf.* 26, 32*. *it.* 27, 5*. 29, 37.
locum publice pararet, ubi diverteretur, 42, 1.
locus inde lautiaque legatis præberi juſſa, 28, 39. *i. e. hoſpitium ſine impenſa aſſignandum, cum inſtrumento domeſtico ceterorumque vel donorum vel honorum generibus legato haberi ſolitis. cf.* 30, 17. ad hoc ædes liberæ, loca, lautia legatis decreta.
loco pelli *dicuntur patricii*, 10, 8. *Hic locus intelligendus in univerſum de ſacerdotio. Verba ipſa hæc ſunt:* et nunc tribunus—quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit, in quæ plebeii nominentur; non ut vos, Appi, veſtro loco pellant, ſed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, ſicut in ceteris humanis pro parte virili adjuvant. *vide B. Patruum in Actis Eruditorum ad a.* 1741. *pag.* 195.
paucis ſuffragio populi relictis locis, 9, 30.
honeſta loca ducere, 42, 34. *de centurionibus. al. ordines.*
quid jam integri eſſe in corpore loci ad nova vulnera accipienda, 4, 58.
communis res per hæc loco eſt pejore, 3, 68. *vid.* ſtatus.
miſſis ad conſules nunciis, quo loco res eſſent, 2, 47. *i. e. quales.*
in quo negligentiæ laxior locus eſſet, 24, 8.
aperuerunt ad occaſionem locum hoſti, 4, 31.
quando verba vana ad id locorum fuerint, 9, 45. *i. q. ad hoc uſque tempus. cf.* 25, 19. *it.* 43, 5.
LONGE alia omnia inquirenti comperta ſunt, 23, 43.
genere, fama, divitiis longe primus, 29, 28.

Digitized by Google

LONGINQUITAS, 10, 31. quinam ſit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum ſcribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?

qui quinquennalem ante cenſuram et longinquitate poteſtatem dominantem, intra ſex menſium et anni coëgiſſet ſpatium, 9, 33.

LONGINQUUS, 2, 34. adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis.

longinqua cura, 22, 33. *i. e. cura rei procul remotæ.*

ne longinquam militiam non paterentur Faliſci, 4, 18. *i. e. longam. Sic* 6, 42. fuga longinqua *dicitur.*

et aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria eſſet, 9, 24.

LONGUS, 6, 32. longa ſocietas. *it.* 28, 44.—oratio.

nec in longum dilata res, 5, 16.

ferrum autem tres longum habebat pedes, 21, 8. *i. q. in longum, uti vulgo legitur, h. e. in longitudinem, quemadmodum alibi in latum, in altum etc.*

LOQUI, 36, 5. legatos ſe miſſurum ad eos dixit, qui de iis, quæ ad illos ſeque communiter pertinerent, loquerentur. *i. e. cum iis agerent, conſultarent.*

quum aliquamdiu ſecreto locuti eſſent, 32, 35.

ne ſingulas loquar urbes, 5, 54. *cf.* 5, 5.

Cumanis permiſſum, ut publice Latine loquerentur, 40, 42.

LUCRUM, 40, 8. de lucro tibi me vivere ſcito. *Vid.* meritus. *it. Clav. Ciceron. in h. v. cf. Terent. Phorm.* 2, 1, 16.

LUCTARI in peſtilenti atque arido circa urbem ſolo, 7, 38. *de agricolis.*

LUCTATIO tetra, 21, 36. *de iter facientibus per Alpes.*

LUCUS ibi, frequenti ſilva et proceris abietis arboribus ſeptus, læta in medio paſcua habuit, 24, 3. *illud interius ſpatium videtur* lucus *dictum fuiſſe.*

ſub lucum pabulatum—quidam dilapſi fuerant, 25, 39. *niſi vero cum Gronovio et Creverio* lucem *legas.*

LUDERE, 44, 18. ludis circenſibus—urſos et elephantos luſiſſe.

LUDI Romani ſcenici, 31, 4.—ludi Romani in circo ſcenaque, 33, 25. *Quia ludi Romani tantum ſunt Circenſes, non ſcenici*; ſcenici *item* ſcenaque *tantum ad* ludi *referri debet.*

ludi Taurii, *vel,* Taurilia, 39, 22. *Sic Latinis dicitur v. c.* ludi Conſualia, 1, 9. ludi Cerealia, 30, 39.—ampliſſimi ludi, 2, 37.

ſe ab ludis, feſtis diebus, cœtu quodam modo hominum deorumque, abactos eſſe, *ibid.*

ludis *abſolute pro tempore ludorum,* 2, 36. *cf.* 27, 36. *it.* 32, 26.

LUDIBRIUM caſus ediderit fortuna, 30, 30.

ad ludibrium caſuum humanorum, 45, 41.

ludibrium verius, quam comes (*Brutus*), 1, 56. *i. e. qui ludibrio habetur. Sic* 9, 11. ludibria religionum.

ludibrium oculorum ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtem commentus, 22, 16.

ludibria oculorum auriumque credita pro veris, 24, 44.

LUDI-

Digitized by Google

LUDIFICARI, 27, 46. ludificatus hoſtem omnibus artibus belli. *cf.* 1, 50. *it.* 44, 36.
munificentia inæquali ſeſe alioſque ludificari, 41, 20. *cf.* 22, 39. *it.* 23, 47.
LUDIFICATIO hoſtis, 22, 18.—plebis, 6, 27.
ea ludificatio veri et ipſa in verum vertit, 26, 6. *cf.* 7, 39.
LUDIO, 7, 2. quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur.
convivalia ludionum oblectamenta addita epulis, 39, 6.
LUDUS, 26, 50. ſi frui liceret ludo ætatis. (*de voluptate Venerea*)
in ludo—militari—comiter facilis vincere ac vinci vultu eodem, 7, 33.
alios conceſſum ludum et laſciviam eſſe credere, 39, 15. *vid. Drakenborch. ad* 1, 5.
næ tibi—ludus et jocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ videbuntur, 28, 42.
LUERE, 1, 26. ut cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur.
luere ſponſionem, 9, 9.—temeritatem temeritate alia, 30, 15. —pecunia, 30, 37.
LUGUBRIS domus, 3, 32. *i. e. quæ in luctu eſt. Sic et* funeſta domus *dicitur.*
LUMEN rebus dubiis, 1, 39. *h e. auxilium, præſidium. Sic Homerus* φάος δ' ἑταίροισιν ἔθηκεν.
Appium—luminibus captum, 9, 29.
LUPERCAL hoc ludicrum, 1, 5. *de ipſo ludicro. Itaque legendum videbatur Creverio* Lupercale.
LUPUS, 3, 66. occæcatos lupos inteſtina rabie opprimendi occaſionem eſſe. *i. e. raptores.*
in alios lupi ſuperne ferrei injecti, 28, 3. (*machinæ genus.*)
LUSTRALE ſacrificium, 1, 28. *procul dubio idem fuit cum ſuovetaurilibus.*
LUSTRARE, 35, 9. novemdiale ſacrum factum, et ſupplicatio indicta eſt, atque urbs luſtrata. *Vid.* perluſtrare.
LUSTRUM, 24, 43. ne luſtrum perficerent (*cenſores*) mors prohibuit P. Furii. *alibi* luſtrum facere et condere. *vid. Drakenborch. ad* 1, 44.
Delphis Apollini pro me, exercitibuſque et claſſibus luſtra ſacrificavi, 45, 41.
Campana luxuria, vino et ſcortis, omnibuſque luſtris per totam hiemem confectos, 23, 45.
LUSUS, 40, 14. qua lætitia, quo luſu apud me celebratum heſternum convivium ſit.
pars in juvenales luſus laſciviamque verſi, 37, 20.
LUX, 38, 36. quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebræ obortæ fuerant. *cf.* 25, 35.
ſi luce palam iretur, 22, 24.
luce orta poſtero die, 9, 36.—poſtero die luce prima, *ibid.*—vixdum luce certa, 9, 42. *cf.* 9, 30.—turbida lux, 10, 33. *it. cap.* 41.
pugnatum ad lucem, 3, 28. *i. e. ſub initium diei.*
in noctem imminentem aciem inſtruitis: longiore luce ad id certamen, quod inſtat, nobis opus eſt, 3, 2.
lucis vobis hujus partem—adimant, 4, 3.

alterum

Digitized by Google

alterum reſponſum ſalutem, victoriam, lucem ac libertatem, (*feret*) 7, 30.

lux quædam affulſiſſe civitati viſa eſt, 9, 10.

LUXURIA, *Præf.* nec in quam civitatem tam feræ avaritia luxuriaque immigraverint.

LUXURIARE, 3, 33. principia luxuriant. *i. e. adeo ſunt læta, ut bonum eventum ſperare non liceat.*

vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis ac vana evadat, 23, 12.

nimia gloria luxuriare et evaneſcere vividum — ingenium, 2, 48.

luxuriantem (*Capuam*) longa felicitate atque indulgentia fortunæ, 23, 2.

LUXURIARI, 1, 19. poſitis externorum periculorum curis, ne luxurientur otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaque militaris continuerat.

LUXURIOSUS, 2, 21. Patribus nimis luxurioſa ea lætitia fuit: plebi, cui ad eam diem ſumma ope inſervitum fuerat, injuriæ a primoribus fieri cœpere.

convivium—ut in civitate atque etiam domo luxurioſa, omnibus voluptatum illecebris inſtructum, 23, 8.

LUXUS, 7, 29. Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires, quum attuliſſent, fluentes luxu ab duratis uſu armorum in Sidicino pulſi agro etc.

LYMPHATICUS, 10, 28. ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor diſſipat.

LYMPHATUS, 7, 17. et tunc quidem velut lymphati et attoniti munimentis ſuis trepido agmine inciderunt.

M.

MACERARE, 5, 54. quæ vos, quum reliqueritis, macerent deſiderio. *i. e. angant.*

MACHINAMENTUM, 24, 34. turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant.

MACHINATIO, 37, 5. et quum quaterentur muri, nihil adverſus tale machinationis genus parare, aut comminiſci oppidani conabantur. *cf.* 24, 19. *it.* 25, 11.

MACTARE, 10, 28. jam ego (*Decius*) mecum hoſtium legiones Telluri ac diis Manibus mactandas dabo.

MACTI virtute—milites Romani eſte, 7, 36. *quaſi magis auctі. Olim, ſecundum Priſcianum, etiam* mactus *dicebatur, ſed apud Livium et alios, ex illo numero, nonniſi* macte *in uſu eſt. v. c.* 2, 12. 4, 14. 7, 10. *diciturque in laude rei bene actæ.*

MACULARE, 1, 13. ne parricidio maculaſent partus ſuos. *i. e. cædibus efficerent, ut parricidarum progenies poſteri dici poſſent.*

MAGIS malle, 22, 34. *vid. Drakenborch. ad* 9, 7. *ubi eſt:* magis triſtior. *cf. ea quæ ad v.* potius *notavimus. it. ad* ſimilis.

magis

Digitized by Google

magis *ex more Græcorum eleganter omittitur, ſequente quidem* quam, 23, 43.—malæ rei ſe, quam nullius, turbarum ac ſeditionum duces eſſe volunt, 3, 68. *vid. Duker. ad h. l.*—multiplex quam pro numero damnum, 7, 8. *niſi vero* multiplex *pro comparativo poſitum dicamus. Sæpius ita Tacitus.—Contra illud* quam *poſt* magis *etiam omitti ſolet. v. c.* 6, 28. quanto magis Allienſi die Alliam ipſam, monumentum tantæ cladis reformidaturos. pro *quanto magis, quam Allienſem diem etc.*

MAGISTER regii pecoris, 1, 4.—militiæ, 22, 23.—rei militaris, 24, 48.—navium, 29, 25.—elephantorum, 37, 41.—ſacrorum aut ſacerdos, 39, 18.

magiſter equitum dictus, 7, 26.—dictatori additus, *ibid. cap.* 12.—nominatus, 8, 33.—præpoſito in urbe L. Papirio Craſſo magiſtro equitum, 8, 36. *pro nominato et præpoſito etc.*

tutores ac magiſtri (*regis impuberis*), 24, 25.

ſtultorum iſte (*eventus*) magiſter eſt, 22, 39.

MAGISTRATUS ineundi idibus Maiis, 3, 36. *antea menſe Sextili. Cauſſam et tempus mutationis vide ap. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.* 10. *p.* 678.

extemplo novos tribunos militum creandos eſſe, qui Kalendis Octobribus magiſtratum occiperent, 5, 9. *extra ordinem factum, neceſſitate urgente.*

ſimultates pro magiſtratu exercere, 39, 5. *i. q. in magiſtratu.*

magiſtratuum libri, quos linteos in æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores etc. 4, 20. *cf.* 39, 52.

qui eos magiſtratus geſſiſſent, unde in ſenatum legi deberent, 22, 49.

magiſtratus in coloniis municipiiſque, 34, 7.

MAGNIFICE—magnifice de ſe ac contemtim de Romanis loquentes, 9, 41. magnifice reſpondit, 25, 22.

niſi magnifice inſtaurarentur ludi, 2, 36.

laudatuſque ibi magnifice et donis donatus, 25, 18.

MAGNIFICUS, 1, 10. factis vir magnificus. *i. e. egregius, ſplendidus: alias enim* factis magnificus *pleonaſmum habet.*

res geſtæ magnificæ ſenatui viſæ, 26, 2.

belli apparatus magnificus, 29, 22.

magnificum id Syphaci viſum, 28, 18. *i. q. honorificum.*

qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator ſit, verbis tantum ferox, operum militarium expers, 7, 32.

inter cetera magnifica promiſſa pollicitus, 23, 10.

MAGNUS, 28, 17. magna Karthago.

tam adverſæ, quam ſecundæ res per ipſum amicoſque ejus magnis ſermonibus celebrabantur, 35, 2.

verba magna, quæ rei augendæ cauſſa conquirantur, et hæc et alia eſſe ſcio, 34, 5.

homo magno natu, 10, 38. *cf.* 21, 34. *it.* 26, 49.

magno illi ea cunctatio ſtetit, 2, 36. *interdum additur ſubſtantivum omiſſum. v. c.* 3, 60. haud ſcio an magno detrimento certamen ſtaturum fuerit.

MAJE-

Digitized by Google

MAJESTAS, 2, 36. verecundia tamen majeſtatis magiſtratuum timorem vicit.

majeſtas dictatoria, 8, 30.—conſulis, 3, 10.—conſularis imperii, 3, 6. *cf.* 9, 5.—ſenatus, 8, 34. *cf.* 10, 37.—imperii, 8, 34. *cf.* 22, 42.—patria, 8, 7. *cf.* 23, 8.—petentium (*honores*), 5, 14.

majeſtas, 7, 22. *de privato eodemque plebeio.—de tribunis militum conſ. poteſt.* 6, 6.

qui nec publica majeſtate in legatis—motus eſſet, 2, 40.

majeſtate etiam, quam vultus gravitaſque oris præ ſe ferebat, ſimillimus diis, 5, 41.

ne majeſtatem nominis Alexandri ſuſtinere non potuerit populus Rom. 9, 18.

majeſtatis et pudoris verecundia (*adverſus feminas*), 34, 2.

jus et majeſtatem viri retinere in ſua matrefamiliæ, *ibid.*

imperium majeſtatemque populi Rom. gens Ætolorum conſervato ſine dolo malo, 38, 11.

MAJOR, 1, 32. natu majores. *i. q. ſenatus.*

major Græcia, 31, 7. pro *Magna Græcia.*

MALE arma ſuſtinere, 1, 25. *i. q. ægre, vix ſatis. cf. Virg. Georgic.* i. 368.

male partam victoriam male perdiderunt, 9, 9. *cf. cap.* 34.

MALEDICTA ab ſtirpe ultima orſus; ſervum, ſervaque natum etc. 1, 47.

MALEFICIUM, 7, 20. ut ſua vetera beneficia, locata præſertim apud tam gratos, novis corrumperent maleficiis.

MALIGNE, 3, 63. gemina victoria, duobus bifariam prœliis parta, maligne ſenatus in unum diem ſupplicationes conſulum nomine decrevit: pro *parce nimis. cf.* 39, 9.

MALIGNITAS conferendi ex privato, 34, 34. *i. e. quum parce nimis conferunt. cf.* 10, 46.

malignitatis auctores quærendo, 5, 22. *i. q. malignos ſuaſores.*

MALLE, 22, 34. qui magis vere vincere, quam diu imperare malit. *Vid.* magis.

qui ſe bene mori, quam turpiter vivere maluit, 22, 50.

inter quos me ipſe in re dubia poni malim, 29, 25. pro *velim.*

MALUM, *interjectio, in imprecationibus uſurpatur v. c.* 4, 49. malum quidem militibus meis, niſi quieverint!—*it.* 5, 54. quæ, malum, ratio eſt etc.

MALUM, 7, 4. Manlium malum malo augere filii, et tarditatem ingenii inſuper premere.

victi malis—dediderunt ſeſe, 36, 9.

MALUS in circo inſtabilis in ſignum Pollentiæ procidit, atque id dejecit, 39, 7. *ad quem locum vide Gronovium.*

MALUS, 27, 14. cum eo nimirum—hoſte res eſt, qui nec bonam nec malam ferre fortunam poteſt.

MANARE ſuo flumine in mare, *vid.* lacus.—ſanguine, 27, 23. *cf.* 23, 31.

Romam is metus manavit, 9, 43. *ſcil. e caſtris.*

manavit enim hæc quoque, ſed perobſcura fama, 1, 16.

latiuſque

Digitized by Google

latiusque fuga manaſſet, ni etc. 27, 14.

MANCUS, 8, 31. quod—non inermes, non manci milites fuerint. *cf.* 7, 13.

MANDARE, 39, 16. ſenatus quæſtionem extra ordinem de ea re mihi collegæque meo mandavit. *cf. cap.* 14.

MANDATUM, 1, 56. perfectis patris mandatis.

quum legati ab ſenatu cum litteris aut ſcriptis mandatis venirent, 39, 33.

MANERE his bellum, 1, 53. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

non manebit extra domum patris ſponſa Icilii, 3, 45. *i. e. non pernoctabit. cf.* 44, 38.

profectus inde magis, quia manere non poterat, quam etc. 43, 21. pro *ſubſiſtere. Sic et* 5, 55. hic manebimus optime.

qui nudus atque inermis hoſtem maneat, ei mortem—patiendam eſſe, 10, 35. pro *exſpectet.*

quod in rebus dubiis—in fide manſiſſet, 31, 2. *cf.* 40, 35. *it.* 45, 31. *Sic et in fœdere, amicitia, victoria, induciis, pace manere dicuntur. v. c.* 30, 32.

MANIFESTUS, 40, 9. rem pro manifeſto habere. *ſcil. negotio. Sic et* 1, 3. rem pro certo affirmare. *cf.* 27, 1. *it.* 23, 6. 37, 48.

MANIPULATIM, 8, 8. quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.

MANIPULUS ejus ſigni, 27, 14. *vid.* ſignum.

manipuli (*legionis*), *ibid.*—proximarum ſtationum, 7, 26.—antefignanorum, 30, 33.

manipulorum alia turba, 8, 8.

MANSUEFACERE, 3, 14. permulcendo tractandoque manſuefecerant plebem.

MANSUETUS, 3, 16. manſuetum id malum, et per aliorum quietem malorum ſemper exoriens.

MANUBIÆ, 29, 8. qui cum magno piaculo ſacrilegii ſui manubias retulit.

MANUMITTERE, 43, 3. eorumque ſi quos manumiſiſſet. *h. e. quod eorum matres, quippe captivæ, ſervilis conditionis fuiſſent, atque ipſi adeo ſervi eſſent, quoniam partus ventrem ſequitur. vide Spanh. O. R.* 2, 22. *it. Dukerum ad h. l.*

manu mittere *diviſim dicitur, atque etiam interjecta voce. v. c.* 41, 9. civitatis mutandæ cauſſa manu non mittère. *Sic et* 24, 18. *dicitur* manu emittere.

MANUPRETIUM, *vid. in voc. ſequ.*

MANUS, 6, 12. conſerere manus. *cf.* 9, 27. *it.* 21, 29.—manum conſerere, 21, 39. *cf.* 25, 11. *it.* 27, 33.—manum conferre, 10, 43.

nempe æquis manibus hefterno die diremiſtis pugnam, 27, 13.

compreſſis, quod aiunt, manibus ſedeas, 7, 13.

quum tantum belli in manibus eſſet, 4, 57. *i. e. inſtaret, immineret.*

pugna jam in manus, jam ad gladios venerat, 2, 46.

ubi ad manum veniſſet hoſtis, 2, 30.

neque ſuum cuique jus modum faciebat, ſed virium ſpe et manu obtinendum erat, quod intenderes, 3, 11.

Digitized by Google

emittere hoſtem e manibus, 22, 3.—de manibus, 21, 48.—manibus, 44, 36.

ſaucium prope e manibus inter tumultum amiſit, 29, 32.

nihil eſt in manu ejus, 32, 24. *i. e. poteſtate.*

ut ſua cuique reſpublica in manu eſſet, 26, 8.

in nullius manu erat, 39, 9. (*liberta patrono mortuo*)

manus pretium, *it.* manupretium *vel* manipretium, 34, 7. in auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit, quæ malignitas eſt?

inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, 7, 2.

poſtea credo additas moles, manuque adjutum, 2, 5. *Oppoſ. nativa.*

MAPALIA, 29, 31. cum mapalibus pecoribuſque ſuis perſecuti ſunt regem. *alias:* magalia.

MARCERE, 23, 45. ſed, qui pugnent, marcere Campana luxuria, vino et ſcortis, omnibuſque luſtris per totam hiemem confectos.

MARCESCERE otio fituque civitatem, 33, 45. *cf.* 35, 35.—equitem deſidia, 28, 35.

MARE liberum, 25, 11. *de commeatibus.*—navibus a mari fines eorum vaſtati, 38, 32.

tuendam viginti navibus mari ſuperiore (*ſupero*) Anconam, 41, 1. *vid.* major.

quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, naves mari fecundo miſit, 29, 7.

MARGINARE, 41, 27. cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem ſubſtruendas marginandaſque primi omnium locaverunt.

MARGO, 44, 33. ubi feſſi ſint, inniſos pilo, capite ſuper marginem ſcuti poſito, ſopitos ſtare. *i. e. ora.*

MARITIMUS, 29, 28. maritimi agri—provincia maritima, 37, 2.

cupidus maritimi oppidi potiundi, 23, 15. *al.* marini.

maritimum terrorem admoventes, 41, 17. *de circumvehendo littore.*

maritima Ætoliæ vaſtare, 38, 7.

MARITUS, 27, 31. vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque. *i. e. in quibus degunt matrimonio copulati.*

MARS, 10, 28. quamquam communis adhuc Mars belli erat. *cf.* 5, 12. *it.* 7, 8.—Marte verſo, 29, 3.

habere hoſtem pedeſtri fidentem Marte, 24, 48.

ſuo alienoque Marte pugnare, 3, 62. *i. e. quum equites etiam pedeſtri militia funguntur.*

adeo varia belli fortuna ancepſque Mars fuit, 21, 1.

Mars alter, 21, 10. *i. e. Hamilcar.*

Martis viri, 38, 17. *vel potius, volente Dukero,* Martii viri, *quemadmodum et* Martia gens *Romani vocantur.*

MAS, 27, 37. incertus (*infans*) mas an femina eſſet. *Sic et* 28, 11. *alibi eſt maſculus,* 31, 12.

MATARIS, *vel* materis, 7, 24. lævo humero matari prope trajecto. *Lanceæ genus apud Gallos.*

MATER-

Digitized by Google

MATERFAMILIÆ, 34, 2.—materfamilias juſta, *oppoſ.* pellici, 39, 53.

MATERIA *pro ligno, quo in exſtruendis ædibus, navibus etiam, utuntur*, 26, 9. *cf.* 28, 45.—viridis, 6, 2. *it.* 29, 1.

materiam res gerendi non habuit, 45, 12.

ut magis dux, quam materia ſeditioni deeſſet, 26, 35.

ut collegæ materia ad omnem laudem eſſet, 6, 22.

erat etiam major orationi materia, 35, 12.

MATRIMONIUM, 4, 4. in quam cuique feminæ conveniſſet domum, nuberet; ex qua pactus eſſet vir domo, in matrimonium duceret.

matrimoniis *pro* matronis *nonnulli reponunt*, 10, 23. *quomodo ſæpe locutus eſt Juſtinus*; *e. g.* 18, 5.

MATURARE, 9, 32. conſultando, maturarent, traherentne bellum.

quod niſi omni vi perficere maturaſſet, 29, 12.

ut maturaret venire, 34, 46.—inſtruere, 44, 36.

Julius maturare eſt juſſus, 39, 45.

maturavit collegæ venire auxilio, 9, 43.

MATURUS, 27, 45. ut illis fauſtum iter, felixque pugna, matura ex hoſtibus victoria eſſet. *cf.* 5, 26.

matura expugnandi ſpes, 32, 18.—ſeditio, 2, 63.

tantam indolem tam maturæ virtutis umquam exſtitiſſe, 3, 12.

maturiora meſſibus Apuliæ loca, 22, 43. *i. e. ubi meſſes citius maturæ fiunt.*

diviſum pariter in venas maturum, confecto cibo, ſanguinem, 2, 32.

MAXIME in hanc ſententiam locuti ſunt, 7, 30.

maxime graviſſima omnium res, 41, 23. *ſed improbat hanc formam Gronovius ad h. l. vide Clav. Ciceron. in h. v. it. Cel. Ruhnken. ad Velleii*, 2, 27.

additum deinde omnium maxime tempeſtivo principum in multitudinem munere, ut etc. 4, 59.

MAXIMUS, 23, 30. ne domus quidem Hieronis tota—Gelo maximus ſtirpis—ad Pœnos defecit.

ut quantæ maximæ poſſent, copiæ trajicerentur, 24, 35.

Theſſalorum equitatus, inclinata re, maximo uſui fuit, 42, 59.

MEDERI, 8, 36. rem per ſe popularem ita dexter egit, ut, medendis corporibus, animi multo prius militum imperatori reconciliarentur.

MEDICAMENTUM, 8, 18. ſecuti indicem, et coquentes quaſdam medicamenta, et recondita alia, invenerunt.

MEDITARI, 40, 15. tempus ad meditandum, et componendam orationem, ſumſiſſem. *al.* meditandam.

MEDITERRANEA inſulæ, (*Siciliæ*) 25, 25.—urbs, 32, 21.—regio, 25, 9.—loca, 5, 54.

oppidum—plus quam mediterraneum, celebre ac frequens emporium, 38, 18.

Digitized by Google

terreſtrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum æquabat—mediterraneus homo, 35, 26.

MEDIUS, 5, 54. regionum Italiæ medium—locum.

in medio umbilico Græciæ, 41, 23.

altera arx urbis media eſt, 28, 6.—media urbis, 26, 40.

medius honos, 39, 29. *i. e. ovatio. vid.* honos.

medium erat in Anco ingenium et Numæ et Romuli memor, 1, 32.

medius omnium rex erat, 42, 58.

medius inter hoſtium agmen urbemque Romam jugis ducebat, 22, 18.

per medios hoſtes perrumpere, 38, 41.

medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit, 2, 27.

inter quæ (*conſilia*) ſe media (*via*) lapſos victoriæ poſſeſſionem pace incerta mutaſſe, 9, 12.

medium viſum, ut ovans urbem iniret, 26, 21.

quin illi, remittendo de ſumma quiſque juris, mediis copularent concordiam, 4, 43. *vid. Intt. ad h. l.*

appellati tribuni medio decreto jus auxilii ſui expediunt, 3, 13.—media oratio, 10, 15. *cf. cap.* 26.

in medium conſulere, 24, 22. *Oppoſ.* ſua conſilia ſejuncta habere a publicis.

laudemque conferentes potius in medium, quam ex communi ad ſe trahentes, 6, 6. *cf.* 2, 57.

in medium evocat (*cogitationes*), 9, 17.

ſi (*crimen*) in medio ponitur, 40, 11. *h. e. ſi non in me nominatim aut in fratrem confertur.*

de medio adjicere aliquem (*judicem*), 26, 48. *i. e. qui mediis et neutrius partis ſit.*

delectumque nihilo accuratiorem, quam ad media bella, 5, 37. *i. e. mediocria. Sic et* 2, 49. nihil medium, ſed immenſa omnia volventes animo. *cf.* 6, 14.—intacta invidia media ſunt, 45, 35.

MELIOR, 8, 21. pars melior ſenatus ad meliora reſponſum trahere. *niſi vero legatur cum Dukero pars* mitior, *aut cum Drakenborchio* ad molliora; *certe hæ emendationes explicationum loco eſſe poſſunt.*

non utique iis melius fore, quam qui eas (*Alpes*) primi pervias feciſſent, 39, 54. *h. e. eamdem infelicem fortunam expertures.*

MEMINI, 10, 29. torpere quidam, et nec pugnæ meminiſſe, nec fugæ.

quod ſolos obtrectaſſe gloriæ ſuæ—meminerat, 36, 34.

MEMOR, 1, 28. exempli parum memoris legum humanarum.

reſponſum ſenatus amicitiæ Samnitium memor, 7, 31.

utriuſque rei memor, 26, 8. *i. e. utramque reſpiciens.*

promiſſionum in futurum memores, 31, 46.

memor vox libertatis, 3, 36. *h. e. oratio, quæ digna eſt homine libero et nihil timente.*

oratio memor majeſtatis Patrum, 3, 69.

memori

Digitized by Google

memori deum ira, 9, 29. *i. q. quum dii factas sibi a Potitiis injurias ulcisci voluissent. Virgilius: memorem Junonis ob iram.*

MEMORARE, 26, 41. jam quid hoc bello memorem? *Videtur, cum Gronovio quidem, aut* hoc de bello *legendum, aut* hoc bellum. *Sic certe,* 34, 16. eos—consul sine memorando prœlio in potestatem redegit. *cf.* 7, 18.

MEMORIA, 10, 37. hujus anni parum constans memoria est.

habet hoc nulla memoria annalium, 22, 27.

proditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus, 29, 14.

censura clara—memoriæ felicioris ad posteros, quod etc. 9, 29.

Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset, 2, 33. *i. q. excidisset, oblivioni traditum esset.*

memoria pessimi proximo bello exempli, 2, 45.

ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria, 27, 3. *i. e. cura, et ad eam recipiendam intentio. Similiter accipienda videantur,* 4, 21. *it.* 8, 11.

MENS, 1, 20. ad ea elicienda ex mentibus divinis, Jovi Elicio aram—dicavit.

cujus mens nihil præter publicum commodum videt, 3, 68. sana mens, 9, 9.

animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundæ res extulerunt, nec adversæ minuerunt, 37, 45. *Videri possit* nostri moris *legendum esse, sec. cap.* 36. ignarus et animi Scipionis et moris Romani. *Sed obstat quodammodo locus antea, e libro nono, laudatus.*

dii immortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt, 9, 9.

MENSA, 41, 20. vasa aurea mensæ unius. *i. e. abaci ornandi.*

MENSARII, 7, 21. quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. *cf.* 26, 36. *vid.* argentarius.

MENSIS, 5, 52. si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis?

MENSTRUUM, 44, 2. consul, menstruum jusso milite secum ferre, profectus etc.

MENTIO, 4, 1. et mentio, primo sensim illata a tribunis, ut—eo processit deinde, ut etc. *cf. cap.* 59.

seceſſionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis ferentem, 3, 43.

MENTIRI, 10, 40. pullarius auspicium mentiri ausus etc. *Sæpius adhuc* ementiri *Livius hoc sensu dicit. vid. supra in h. v.*

MERCARI frumentum, 4, 52.

Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum, 23, 28.

MERCATUS frequens, 1, 30. *aut, quo frequentes conveniunt, aut mercatus accipiendus pro mercatoribus.*

MERCENARIUS, 30, 8. quem, bene meritum de se et gente sua, mercenariis armis in Africam oppugnatum venissent.

MERCES spreti numinis, 2, 36.

stipendium—pensum—ea merces induciarum fuit, 9, 41.

priusquam infanda merces perficeretur, 5, 49.

Digitized by Google

quibus merces navatæ in unum diem operæ libertas futura erat, 24, 14. *vid. Intt. ad h. l. it. ad* 30, 38.

MERERE, 5, 7. tum primum equis merere equites cœperunt. *cf.* 21, 4. *it.* 32, 9.

ut ii omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent, 24, 18.

affirmantibus, qui una meruerant, ſecum eum tum frequentem ad ſigna ſine ullo commeatu fuiſſe, 3, 24.

Virginius, quia in Capitolio non fuit, minus ſupplicii, quam Ap. Herdonius meruit? 3, 19.

Apollini, republica veſtra bene geſta ſervataque, lucris meritis donum mittitote, 23, 11.

MERGERE, 6, 14. mergentibus ſemper ſortem uſuris: *metaphora ducta a navigio et fluctibus.*

merſam et obrutam fœnore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, 6, 17.

de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, 9, 18.

vino ſomnoque verſimile eſſe merſos jacere, 41, 3. *i. q. ſepultos, ut Virgilius dicit.*

quo avidius ex inſolentia in eas (*voluptates*) ſe merſerant, 23, 18.

merſis in effoſſam terram capitibus, 22, 51. *i. e. immerſis, inſertis.*

MERIDIANUS, 29, 35. vallis meridiana.

MERITUM, 40, 15. nullo meo in ſe merito (*in ſenſu deteriori*).

pro—meritis bello, 39, 27.

MERUS, 39, 26. ex diutina ſiti meram haurientes libertatem. *Forma dicendi intemperantiam indicans; quia non* merum *frugales homines, ſed* mixtum *bibere conſueverant.*

META ſolis, 1, 19. *i. e. temporis punctum, a quo et ſolaris anni et lunaris curſus cœpti ſunt una, et in quod rurſus ſimul exeunt.*

METALLA, 39, 24. *pro metalli fodinis.*

præter annuum, quod ex metallis regiis capiat, vectigal, 42, 12. *cf.* 42, 52. *it.* 45, 18.

METARI, 1, 10. quas (*regiones*) modo animo metatus ſum.

triumviri (*coloniæ deducendæ*) agrum metantes, 21, 25. *i. q. aſſignantes.*

imperat, metarentur frontem caſtrorum, 44, 36.—poſtquam metata caſtra impedimentaque collocata animadvertit, *ibid. cap.* 37. *cf.* 27, 48.—eum ipſum, in quo conſtiterat, locum caſtris dimetari juſſit, 8, 38. *Scilicet* metari *idem eſt, quod* metas ſtatuere, *et deſignare fines: a quo differt* metiri *ſic, ut menſuram modumque colligendi negotium declaret.*

METUERE, 32, 31. ita ut tentare ſpem certaminis metuerent. *i. q. non auderent.*

metuens deorum, 22, 3.—ab Hannibale metuens, 23, 36.

METUS nullus in propinquo, 31, 23. *i. e. cauſſa metus.*

metus ab cive et ab hoſte, 2, 24.

metus a Romanis, timor a principibus, 45, 26. *cf.* 25, 33.

metu, ne ambiguo ictu ſuis inciderent (*tela*), 30, 10.

metum injecit imperata recuſandi, 39, 37.

metus

Digitized by Google

metus urbes in deditionem dedit, 33, 38.
quum—exercitus—omnia metu armisque tenerent, 28, 43.
urbes metu subactæ in deditionem, *ibid.*
non vero tantum metu (*signa clamorque*) terruere Samnitium animos, 10, 14. *Drakenborchio videtur addi debere:* sed etiam vano: *quod tamen in sequentibus intelligi potest.*
quæ (*juventus*) inter tales metus detrectationem militiæ etc. 3, 69. *Sic* spes, mentiones, *alia pluraliter a Livio dicuntur.*

MEUS, 7, 40. meum factum dictumve consulis.
si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, 35, 19. *i. e. mihi affictis.*

MICARE, 1, 25. micantes fulsere gladii.
non pro mœnibus modo tela micare, 21, 7.
qua nunc erectæ micant hastæ, 7, 33.
vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit, 6, 13.
fulmina etiam sic undique micabant, 40, 58.
qua minime densæ micabant flammæ, 22, 17.

MIGRARE, 10, 34. relicta, quæ migratu difficilia essent.

MIHI, 2, 29. pulset tum mihi lictorem (*eleganter abundat*).
tum mihi undique clamore sublato turbam invadite, 24, 38. *vid.* ego.

MILES, 27, 9. ubi nec miles, qui legeretur—esset.
collocutusque cum legatis de ratione belli gerendi, ut veterum militum verba audivit etc. 24, 48.
milites argentati—aurati—cælati auro, 9, 40. *vid.* auratus. *Sic est apud Virgilium:* criſtatus Achilles.
milite atque equite, scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum, 22, 37. *h. e. pedite atque equite.*—ut militi, occupato stationibus vigiliisque et opere, eques—frumentum veheret, 9, 13. *vid. Gronov. ad* 26, 19. *it.* 28, 1.
adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis perceperat, 7, 26.
classici milites navalesque socii, 21, 61.—miles ac navales socii, 22, 11.

MILITARIS, 5, 19. animadvertere militari more. *de decimatione Gruterus intelligit.*
celebrata inconditis carminibus militaribus—victoria, 10, 30.
lex sacrata militaris, 7, 41.—militaria dona, 7, 37.

MILITARITER, 27, 3. milites—in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter coëgerat ædificare.
oratio incomta fuisse dicitur; ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta, 4, 41.

MILITIA, 8, 34. latrocinii modo cæca et fortuita pro sollemni et sacrata militia sit.
magister militiæ, 22, 23.—disciplina, 5, 6.
perennem militiam facere, 5, 2.
segni fungebantur militia, 26, 21.
resque militiæ ita prospere gererentur, 5, 12.
lege sacrata, quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu etc. 4, 26. *i. e. cogendorum militum, cogendi exercitum.*

Digitized by Google

ſpes facta—militiæque fungendæ potioris ducibus, 24, 21.
ut non quietior populus domi eſſet, quam militiæ fuiſſet, 1, 38. *cf.* 10, 8.

MILLE nova conſilia, 35, 42. *i. e. plurima. cf.* 3, 14. *it.* 9, 19.
mille fere paſſuum inter urbem erant caſtraque, 23, 44. *pro* paſſus *aut* erat: *niſi vero cum Gronovio ſubintelligas* campi.
plus mille capti, 24, 41.—*nota numeri millenarii* (M) *omiſſa. vid. Gronov. ad.* 34, 10.
ſtipendium præterea iis coloniis, in millia æris aſſes ſingulos, imperari, 29, 15. *i. e. in ſingula millia. cf.* 22, 36. *it.* 30, 17.
duo millia relicti, 37, 39. *ſimiliter:* armati duo millia miſſi, *cap. ſequ.*
millia talentûm, 37, 45. *i. e. millia talenta quolibet annò.*

MILLIES, 5, 4. agros noſtros millies depopulati ſunt, pro *ſæpiſſime.*

MINÆ vinculorum et mortis, 1, 44.

MINAX, 1, 14. cum parte majore atque omni equitatu profectus—tumultuoſo et minaci genere pugnæ, adequitando ipſis prope portis, hoſtem excivit.

MINIME, 31, 8. ut quiſque minime multa ſtipendia haberet. *cf.* 22, 57. *et* 58.

MINIMUS, 33, 6. non minimum Ætolorum opera. *Gronov.* minima.
ut nihil, ne pro minimis quidem, debeant, 6, 41.
minimum pedibus itineris confectum, 44, 5. *cf.* 27, 15.

MINISTER cubiculi, 3, 57. *i. q. paullo ante* miniſter libidinis.

MINISTERIUM pœnæ publicæ, 2, 5. *vid. Drakenborch. ad* 8, 40.
miniſterii delegandi cauſſa, 9, 29. *de ſacrificio. cf.* 1, 7.
aquila—velut miniſterio divinitus miſſa, 1, 34.
miniſteria nautica, 22, 19. *i. q. ſocii navales.*
miniſterium reſtituendorum domos obſidum mihimet depoſco ipſe, 22, 22. *i. e. negotium.*

MINITARI, 2, 12. quum rex—circumdari ignes minitabundus juberet. *cf.* 39, 41.

MINUS dimidium, 23, 19.—ſi qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis, 3, 64. *intell. quam. Sic* 10, 25. *it.* 24, 16. 37, 39.
minuſque ac minus—conveniebat, 26, 17.

MINUTUS, 21, 52. conſul alter, equeſtri prœlio uno et vulnere ſuo minutus, trahi rem malebat.

MIRABILIS, 9, 18. quo ſint mirabiliores, quam Alexander—nemo plus quam annum conſulatum geſſit.
Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, 26, 19. *cf.* 28, 12.
mirabilior inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, 24, 34.

MIRACULUM, 2, 10. ipſo miraculo audaciæ obſtupefecit hoſtes, *pro audacia admirabili. cf.* 5, 46.
miraculo litterarum venerabilis Evander, 1, 6. *h. e. quia litteras, rem admirabilem, attulerat.*
veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt, 25, 39.
eximere miraculo rem, 5, 15.—mihi—miraculo fuit, 6, 12.

veluti

Digitized by Google

veluti flammas ſpirantium (*boum*) miraculo attoniti, 22, 17. *cf.* 25, 9.

miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum eſſe, 42, 62.

MIRARI, 26, 22. eludant nunc antiqua mirantes. *Scilicet promiſcue fere* mirari *et* admirari *uſurpantur.*

mirante conſule, quod morarentur, 38, 10. *niſi legas cum Gronovio* quid.

mirabundus unde, 25, 37. pro *requirebat, unde etc. cf.* 3, 38. *it.* 26, 15.

MIRUM quantum illi viro—fidei fuerit, 1, 16. *cf.* 2, 1.

MISCERE omnia flamma ferroque, 1, 29.—certamina, 2, 19. cœlum et terras, 4, 3.—miſcendo conſilium preceſque, 2, 9.

anceps prœlium miſcetur, 28, 30.

tumultum in concione miſcentes, 8, 32.

ad ſeditiones in iis (*villis*) miſcendas, 35, 13.

homines mixti ex colluvione omnium gentium, 30, 35. *cf.* 22, 43. *it.* 26, 40.

agitandum aliquid miſcendumque rati, 35, 12. *i. e. turbandum.*

quum pavorem mixtum admiratione patri injeciſſet, 40, 8.

ſeveritatem miſcendam comitati, 8, 36. *ubi tamen Gronovius* comitate *legi volebat.*

MISER, 39, 43. unum ex illis miſeris (*capitis damnatis*) attrahi juſſum, ſecuri percuſſiſſe: *paullo poſt:* mactatam victimam humanam.

MISERABILIS, 9, 5. fœdi agminis miſerabilem viam.

conſulem invenerunt—maxime miſerabilem bonis ſociis, 23, 5.

miſerabilis Tarentinorum ſervitus, *ibid. cap.* 7.—miſerabile ſupplicium, 8, 35. *cf.* 9, 2.

MISERABILITER, 26, 3. id quum per litteras miſerabiliter pro fratris capite ſcriptas petiſſet. *cf.* 45, 42.

MISERARI, 33, 48. ſæpius patriæ, quam ſuorum eventus miſeratus.

MISERERI, 27, 33. deos immortales miſeritos nominis Romani. *cf.* 22, 55.

MISERIA hæc et metus crapulam facile excuſſerunt, 40, 14. *i. e. conditio periculoſa, periculum capitis.*

MISERICORDIA, 24, 26. ad miſericordiam mutati animi.

MISSILE, *pro telo*, 26, 6. *it.* 9, 35.—miſſilia tela, 38, 19. *Oppoſ.* ſaxa. *cf.* 6, 13.

MISSITARE, 9, 45. miſſitaverant ſimul cum iis Samniti auxilia.

MITESCERE diſcordiæ inteſtinæ metu communi, ut fit, cœptæ, 5, 17.

MITIGARE, 2, 57. quod ejus opera mitigata diſcordia eſſet.

quid enim ultra fieri ad placandos deos mitigandoſque homines potuit, 9, 1.

MITIS, 21, 20. ne illi quidem ipſi (*Hannibali*) ſatis mitem gentem fore.

MITIUS, 26, 32. mitius tamen decreverunt Patres cauſſa Marcelli.

Digitized by Google

MITTERE, 3, 29. ſub hoc jugo dictator Æquos miſit. *Contra, paullo ante:* ſub jugum abituros.

cauſſas ſtipendiis miſſorum cognoſcebant, 43, 15. *ſcil. emeritis, ex conjectura Gronovii, i. e. qui miſſi erant hoc prætextu, quaſi forent emeritis ſtipendiis. vid. Intt. ad h. l.*

lucris meritis donum mittitote, 23, 11.

ſignum mittendis quadrigis dare, 8, 40.—quadrigis miſſis (*in certamen*) conſul currum conſcendit, 45, 1.

pullarium in auſpicium mittere, 10, 40. *Similiter* in ſuffragium mittere *ſæpius dicitur.*

miſſo caduceatore—velle ſe de pace agere, 37, 18. pro *qui diceret, velle etc.*

miſſo repente ſenatu ſe ex curia proripuit, 8, 30.

ita prætorium miſſum, 21, 54. *al.* dimittere. *Sic* principia (*concio*) miſſa *dicuntur.*

legati miſſi orare conſulem, 38, 8.

miſſi legati tribunique, qui ſuos ad curam cuſtodiæ intenderent; ante omnia Lilybæum teneri, 21, 49.

litteræ miſſæ, ut dictatorem comitiorum cauſſa diceret, 8, 23.

alios ſuper alios nuncios mitterent, premi ſeſe, 33, 7.

vicit tamen ſententia, ut mitterentur coloni, 9, 26.

miſerat ad legatum Rom. traditurum ſe urbem, 34, 29. *al. legunt* miſerat nuncium ad etc. *Sed vide Intt. ad h. l.*

mittere e manibus hoſtem, 32, 9.

belluarum modo cæcos in foveam miſſos, 9, 5.

mitti eum ſe jubere, 38, 60. pro *dimitti e vinculis. cf.* 3, 11.

ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miſerat, 30, 3. *Perizonius legi volebat* amiſerat.

mittere vere ac finire odium, 40, 46.

quum mittere ambages dictator juberet, 6, 16. pro *omittere. it.* 34, 59.

vocem ſupplicem mittere, 30, 12. pro *emittere, quod vide.*

vox ex eo miſſa ore, 3, 56.

extra ea cave vocem mittas, 8, 32. *it. cap.* 33.

incaſſum miſſæ preces, 2, 49.

vox cœleſtis ex Albano monte miſſa, 1, 31. *in re tali proprium vocabulum, it. de auſpiciis, de fulminibus, de internunciis divinis etc. cf.* 1, 18.

MOBILIS, 6, 6. actum ad frequentiorem jam populum, mobilioremque ad cupiditatem.

is riſus ſtimulos parvis mobili rebus animo muliebri ſubdidit, 6, 34.

nec Popillius ſecurior, quam debebat eſſe, inter tam mobilia ingenia erat, 43, 22.

MODERARI animos in ſecundis, 42, 62.

jura infimis ſummiſque moderando, 4, 10.—moderatu difficilis, 4, 27.

fuæ fortunæ moderarentur, et alienam ne urgerent, 37, 35. *cf.* 4, 7. *it.* 31, 44.

MODESTIA, 5, 6. apud hoſtes tanta modeſtia eſt, ut non obſidionis

Digitized by Google

dionis tædio, non denique regni, quidquam apud eos novatum fit.—modeſtia militaris, 28, 24.
MODESTIUS certe daturos eos, 42, 23. *Oppoſ. libidinis arbitrium.*
MODESTUS, 9, 34, quanto modeſtior illius cupiditas fuit.
MODICE vinoſi, 41, 4.—privatus modice locuples, 38, 14.
libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modice, nec habere ſciunt, 24, 25.
id quamquam haud modice Hannibal cupiebat, 23, 36.
puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum, 24, 4.
MODICUS, 29, 29. contentuſque nomine modico tutoris.
MODO *de tempore quinque et viginti annorum*, 22, 14. *vid. Gronov. Obſſ.* 4, 18.
et modo poſtulat, ut ſecum ſtemus, modo ne interſimus etc. 32, 21. *Illud* modo *pro* tantum *poſitum eſt, licet hoc alterum ſequatur. cf.* 9, 8.
nunc—modo, 8, 32. pro *modo—modo.*
MODULARI ſonum vocis pulſu pedum, 27, 37.
MODUS, 26, 48. rem ſine modo ac modeſtia agi.
quæ immoderata fors, tempus ac neceſſitas fecerint, iis ſe modum impoſiturum, 23, 23.
quum decemviri nec iræ nec ignoſcendi modum reperirent, 3, 40.—nullus modus cædibus fuit, 9, 25. *cf.* 25, 25.
quodſi modum in inſequendo habuiſſent etc. 31, 37.
quæ (*gens*) aliis modum pacis ac belli facere æquum cenſeret, 9, 14.
modum imponere proſperæ pugnæ, 31, 38.
ſuum cuique jus modum facit, 3, 11.
ſuperare humanarum virium modum, 4, 58.
conſpectus elatuſque ſupra modum hominis privati, 4, 13.
cibi potioniſque, deſiderio naturali, non voluptate modus finitus, 21, 4.
dum ne cui major—agri modus eſſet, 26, 34.
quatientium ſcuta in patrium quemdam modum, 38, 17.
advenit cum peditum omnibus copiis, non itineris modo, ſed ad conſerendum extemplo prœlium inſtructis armatiſque, 27, 48. *cf. cap.* 4. *it.* 21, 33.—fugæ magis, quam itineris, modo, 25, 14.
diſciplina militaris—in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat, 9, 17.
MŒNIA continuare, *it.* conjungere mœnibus ædificia, 1, 44. *illud eſt: poſt mœnia ædificare, nullo intervallo; hoc: in muris ipſis.*
ad aliquantum altitudinis excitata erant mœnia, 29, 18.
validum oppidum mœnibus erat, 43, 19.—mœnia ipſa ſeſe defendebant, 26, 45.—mœnia coloniæ, 27, 38.
mœnibus urbis Romæ excedere, 42, 48.
qui una ſecum urbe, intra eadem mœnia viveretis, 4, 3.
nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia, 22, 39.
circumdare mœnia armatis, 33, 38. *i. e. opera, munimenta obſidendis.*
MOLES, 8, 29. cui major moles rerum impoſita erat.

Digitized by Google

omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata, 30, 21.

eo namque omnem belli molem inclinaturam cenſebant, 7, 32. *cf.* 10, 14.

verſari media in mole pugnæ, 7, 32.—tanta moles pugnæ, 26, 6.

majore mole pugnat, 8, 13. *i. e. certamine: niſi vero cum aliis de apparatu intelligere malis. cf.* 6, 2. *it.* 19. *et* 25, 11.

multas paſſim manus (*Æquorum*) quam magnam molem unius exercitus rectius bella gerere, 3, 2.

quum major domi exorta moles coëgit acciri Romam eum, 6, 14. *de ſeditione.*

quum tanta moles mali inſtaret, 5, 37.

de imminente mole libertati agitat, 6, 19.

ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia eſſe, 9, 7.—moles diſcordiarum, 4, 43.

MOLIMEN, 2, 56. res—ſuo ipſa molimine gravis.

MOLIMENTUM, 5, 22. motam certe ſede ſua parvi molimenti adminiculis.

eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, 37, 14.

MOLIRI montes ſede ſua, 9, 3.—portas, 23, 18.—anchoras, 28, 17. *cf.* 6, 33.

ſignum, omni vi moliente ſignifero, convelli nequire, 22, 3.

affecta labore et vigiliis corpora ex ſomnis moliebantur, 36, 24. *contra Virgilius: corripit e ſomno corpus.*

molientem hinc Hannibalem, 28, 44. *de fuga. cf.* 37, 11.—moliri a terra naves, 28, 7. *Ad eumdem modum Virgilius: Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem.*

quo minor moles in tranſitu eſſet, 25, 11.

non contentus agrariis legibus, quæ materia ſemper tribunis plebi ſeditionum fuiſſet, fidem moliri cœpit, 6, 11. *i. q. labefactare.*

MOLITIO, 33, 5. quum caſtra his (*arboribus*) ante objectis ſepſiſſent, facilis molitio eorum valli erat.

MOLLIRE, 21, 55. oleoque per manipulos, ut mollirent artus, miſſo.

MOLLIS, 5, 6. adeone effeminata corpora militum noſtrorum eſſe putamus, adeo molles animos, ut hiemem unam durare in caſtris, abeſſe ab domo non poſſint.

mollia et fluida corpora Gallorum, 34, 47.

MOLLITER et per dilationes bellum geri oportet, 5, 5.

MOLLITIA, 5, 6. nec ſe patrocinium mollitiæ inertiæque mandaſſe tribunis. *cf.* 7, 32.

MOLLIUS abnuere, 30, 3.—conſulere, 30, 7. *Oppoſ.* durius conſulere. *vid. Intt. ad* 8, 21.

MOMENTUM, 2, 7. levi momento fama pendet. *i. e. levi et parva cauſſa mutatur.*

ex parvis rebus ſæpe magnarum momenta pendent, 27, 9. *cf.* 32, 17.

plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, 35, 25.

quod

Digitized by Google

quod animos ex tam levibus fortunæ momentis ſuſpenſos gererent, 4, 32.

ut pater in ſe minimum momentum ad favorem conciliandum eſſet, 21, 4. *cf.* 28, 17.—maximum momentum rerum humanarum, 9, 1.

nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore, 38, 12.—momenta levium certaminum, 22, 22.—erat momentum in præſentia ſpei, 37, 26.

juvenem egregium, inſtructum naturæ fortunæque omnibus bonis, maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque veniſſet, 3, 12.

bono imperatori haud magni fortunam momenti eſſe, 22, 25.

Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur, 42, 45. *i. e. eorum exemplum alii ſecuturi erant.*

nullum momentum annonæ feciſſet, 4, 12. *i. e. pretium non mutaſſet. cf.* 28, 13.

magis et litteræ et verba legatorum benigne ſunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt, 42, 46. *cf.* 35, 39.

momento unius horæ cæſus, 9, 16. *cf.* 25, 28.

MONERE *et* obteſtari *ſæpius jungi ſolent v. c.* 10, 19.

quidquid—res monuiſſet ſubiti conſilii capere, 35, 35.

monita mens divinitus, 26, 19.—a pullario monitus, 8, 30. *Verbum proprium de prodigiis, præſagiis, oraculis, ſomniis etc.*

MONITIO, 45, 19. unius amici prudens monitio.

MONITUS, 5, 51. non ante cepit finem (*Veiens bellum*) quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emiſſa eſt. *cf.* 1, 19.

MONS, 22, 18. ſub jugo montis—montes perpetui, 9, 2.

ibi ſuperantem Inſanos montes, multo et ſævior et infeſtioribus locis tempeſtas adorta disjecit claſſem, 30, 39.

Jovique Latiari ſollemne ſacrum in monte faceret, 21, 63. *ſcil. Albano: de hac non inuſitata Livio ellipſi vid. Intt. ad h. l.*

MONUMENTUM, 1, 45. cornua monumentum ei fuere miraculo.

ut Jovis templum—monumentum regni ſui nominiſque relinqueret, 1, 55.

monumentum pugnæ, 1, 13. *de cognomine, quod in memoriam pugnæ loco alicui inditum erat. cf.* 10, 2.

culti neglectique numinis tanta monumenta, 5, 52.

quanto magis Allienſi die Alliam ipſam monumentum tantæ cladis reformidaturos, 6, 28. *cf.* 26, 41.

monumentis ingentium rerum complere (*orbem terrarum*), 30, 28.

id quod ex monumentis orationum patet, 9, 18.

ut teſtata ſacratis monumentis eſſent, 26, 24. *vid.* ſacratus.

MORA ſegnis, 34, 9.—ſegnis diu mora offendebat, 37, 26.

in mora eſſe, 3, 24. *i. e. impedire.*

mora, qua trahebant bellum, 9, 27.

eximere certaminis moram hoſti, 9, 43. *cf.* 22, 12.

longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret, 3, 2.

nullam dimicandi moram facturus, 21, 32.

MORARI, 8, 35. quum ſe nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet etc. *Forma dicendi in abſolvendo uſitata. cf.* 4, 42.

ſe

Digitized by Google

ſe ipſam plebem et commoda morari ſua, 6, 39.
morari ab itinere propoſito hoſtem, 23, 28.
MORATOR publici commodi, 2, 44. *cf.* 21, 47. *it.* 24, 41.
MORATUS, 26, 22. multitudinem melius moratam—fieri poſſe. *cf.* 45, 23.
MORBUS, 2, 52. morbo abſumtum eſſe.—aliis nunc ferro, nunc morbo, morientibus, 28, 28.
feſſi morbis ac longitudine viæ, 37, 33.
MORI morbo, 28, 28.—ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus eſt hoſtis, 9, 3.
MORS haud dubie ab ipſis conſcita, 9, 26.
morte ſola vinci, 7, 33. *i. e. mortem appetentes vinci.*
ipſa lux—omni morte triſtior fuit, 9, 6.
cum vinculorum minis mortiſque, 1, 44. *mors civilis intelligenda, h. e. capitis deminutio, ſecundum Dukeri interpretationem, cui favet Dionyſ. Halicarnaſſ.* 4, 164.
MORSUS, 6, 34. confuſam eam ex recenti morſu animi quum pater forte vidiſſet etc.
MORTALES, 1, 9. *de omnis generis et ſexus utriuſque hominibus.*
imperator Samnitium multique alii mortales et caſtra utraque capta, 9, 44.
Æneæ ultimum operum mortalium, 1, 2. *ejus ſcilicet, qui mox inter divos referendus erat. Itaque etiam de Romulo,* 1, 16. *ſcripſiſſe putat Livium Creverius:* his mortalibus (*pro immortalibus*) editis operibus.
quas tempora aliqua defiderarunt leges, mortales, ut ita dicam, et temporibus ipſis mutabiles eſſe video, 34, 6.
MORTIFER, 6, 40. ut ſi quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo; et aut abſtinere eo, quod vitale ſit, jubeat, aut mortiferum vitali admiſceat.
MOS *et* lex *confunduntur*, 32, 25. *alibi v. c.* 30, 33. *it.* 32, 34. *probe diſtincta.*
facere ſibi morem, 35, 35.—in morem venire, 42, 21.
cum moribus notis facilius ſe communicaturum conſilia, 20, 22. *i. e. cum collega commodo.*
etſi omnis divini humanique moris memoria abolevit, 8, 11.
MOTUS, 9, 27. ut inde ex propinquo, ſi qui motus occaſionem aperiret, Capuam Romanis eriperent. *cf.* 6, 22.—motus Africæ, 21, 1. *cf.* 1, 59.
reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis manſit, 3, 72.
nec abſoni a voce motus erant, 7, 2.—motus congruens, *ibid.*—haud indecori motus, *ibid.*
MOVERE, 1, 55. movent dii numen ad indicandam etc. *i. e. dii declarant voluntatem ac providentiam ſuam, ut intelligatur etc.*
adeo nihil motum ex antiquo probabile eſt, 34, 54.
terra movit, 40, 59. *ſine caſu adjecto dicitur. cf.* 21, 32. 22, 1. *it.* 23, 1.
terra dies duodequadraginta movit, 35, 40.
movebant ſeſe ad bellum, 23, 32.
gradu movere hoſtem, 7, 8.—movere ſigna e caſtris, 1, 14.

idem

Digitized by Google

idem movere *simpliciter positum significat. v. c.* 38, 41. *vid. Drakenborch. ad* 10, 4.

Hannibalem exercitumque castris non movisse, 25, 9. *Sic* movere senatu, tribu etc. *dicitur.*

obstinatos (*hostes*) movere in fugam, 7, 33. *cf.* 4, 28.—nihil movetur fugæ, 9, 39.—hostes in Samnio moverentur, 8, 35.

nec vis tantum militum movebat, 6, 8. *i. e. percellebat.*

si occæcatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset, 8, 32.

hac expeditione motum latius erat, quam profligatum, bellum, 9, 37.

ne quid modo moverent, 21, 52. *i. e. si modo quieti essent.*

intoleranda vis æstus per utraque castra omnium ferme corpora movit, 25, 26. *de pestilentia.*

motis semel in religionem animis, 21, 62. *i. e. quum semel opinione religionis imbuti essent.*

movere societatem publici consilii, 4, 31.—nihil movere quemquam, 3, 2.

actionem movere, 5, 24. *h. e. incipere communicare cum populo, scil. de sede imperii Veios transferendi.*

qui (*tumulus*) nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum movit, 36, 8.

quum sensissent ea moveri, 1, 17. *i. e. parari, incipi. Sic* 2, 58. omnes sua sponte motam remittere industriam. *h. e. captam.*

ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit, 5, 25. *scil. se. h. e. mobilium.*

MULCARE, 3, 11. qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat.

mulcati virgis, 26, 12. *nisi cum Gronovio legas* multati, *aut cum Creverio* mulctati—naves mulcare, 28, 30.

MULCERE, 25, 38. et ipso mulcente et increpante Marcio. *Gronovio placebat* inculcante.

MULCTA, 10, 37. mulcta præsens.

mulctam certare, 25, 3. *i. q. de mulcta certare. Clav. Ciceron. in v.* multa.

mulctam ei se dicere, 42, 9. *cf.* 25, 3.

MULCTARE, 10, 23, bona mulctata—exsilio mulctare, 31, 19. —capite, 4, 15.

Fabius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit, 10, 31. *h. e. effecit accusatione, ut a judicibus mulctarentur.*

agri parte mulctatis in centum annos induciæ datæ, 1, 15. *cf.* 3, 67.

MULCTATICIA pecunia, 10, 23. *cf. cap.* 31. *it.* 24, 16.

MULIEBRIS, 1, 57. muliebre certamen. *i. e. de mulieribus.*

MULTIFARIAM, 10, 31. *cf.* 3, 50. *it.* 21, 8.

MULTIJUGUS, 28, 9. multijugis equis.

MULTIPLEX quam pro numero damnum, 7, 8. pro *magis m. q. p. n. d.*

multiplex clades, cum duobus consulibus duo consulares exercitus amissi, 22, 54.

MULTIPLICARE, 37, 54. quarum (*provinciarum*) una quælibet regi

Digitized by Google

regi adjecta multiplicare regnum Eumenis poteſt. *i. q. augere. cf.* 45, 13. *ubi* regnum a populo Rom. partum auctumque et multiplicatum *dicitur.*

multiplicatis ſummis honoribus, 9, 26. *h. e. pluribus iiſque ſummis honoribus functus.*

multiplicatio augurum et pontificum, 10, 6.

MULTITUDO, 2, 45. imperitæ multitudinis nunc indignatio, nunc pudor, pectora verſare.

abundante Lavinii multitudine, 1, 3.

aſperiorem domando multitudinem feciſſe, 3, 69.

omnis multitudo in unum quum conveniſſet, frequenti agmine petunt Theſſaliam, 32, 12. *cf.* 6, 19. *it.* 3, 21.

cetera multitudo, 9, 39. *de militibus, quibus in ancipiti prœlio equites, ut pedites, ſuccurrerant.*

ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe, 28, 26. *militibus duces ſeditionis ſecutis.*

quum—diſcedere ſenatum ab ſe vetuiſſet, ſtipatus ea multitudine etc. 6, 15. *Ergo de ſenatu multitudo dicta. cf.* 1, 7. *ubi de aſſeclis dicitur.*

MULTO, 1, 11. bellum multo maximum.

MULTUS, 3, 60. multa dies—ab ſole orto in multum diei ſtetere in acie, 27, 2. *cf.* 9, 44.—ad multum diei, 22, 45. *it.* 10, 32.

multa nocte ſolitus erat movere caſtra, 35, 4.

multa jam edita cæde, 5, 21.

magnitudine imperii quo multam quondam Europæ, majorem partem Aſiæ, obtinuerant armis, 31, 1.

multum et conſules ſe abſtinebant, 3, 11.

ſi forte jam ſatias amoris in uxore ex multa copia cepiſſet, 30, 3.

haud multum infra, 5, 37. *pro multo.*

MUNDUS, 8, 15. Veſtalis ſuſpecta propter mundiorem juſto cultum.

MUNDUS, 34, 7. munditiæ et ornatus et cultus, hæc feminarum inſignia ſunt: his gaudent et gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt majores noſtri. *Laxiore ſignificatu* mundus *hoc loco dicitur; alias enim ſeparatur certe a veſtimentis. cf.* 32, 40.

MUNIA, 1, 42. belli pacique munia, non viritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. *cf.* 36, 31. *it.* 44, 41.

MUNICIPIA *a via publica dicta*, 26, 8. Appiæ municipia; *et diſtinguuntur ab his*, quæ propter eam viam ſunt.

MUNIFICUS, 4, 60. ut nemo pro tam munifica patria, donec quidquam virium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret.

MUNIMENTUM, 9, 37. quod ſine munimento confederant.

ita muniebant, ut ancipitia munimenta eſſent, alia in urbem —verſa, aliis frons in Etruriam ſpectans, 5, 1.

nec vi nec munimento capi poterat, 10, 9.

munimentis, quibus ſepienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat, 38, 5.

ob inſignem munimento naturali locum, 24, 39.

id munimentum (*Horatium Coclitem*) illo die fortuna urbis Romanæ habuit, 2, 10.

quonam

Digitized by Google

quonam modo tribuniciam poteſtatem, munimentum libertati, rem intermiſſam reparārent, 3, 37.

MUNIRE, 1, 8. creſcebat interim urbs, munitionibus alia atque alia appetendo loca, quum in ſpem magis futuræ multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. *i. e. habitationi apta redderent.*

muniendo feſſi homines, 21, 37.—ad rupem muniendam, *ibid. i. e. perfodiendam, atque ita viam muniendam.*

per munita pleraque tranſitu fratris ducebat, 27, 39.

ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore, 2, 7. *cf.* 5, 39.

MUNITOR, 7, 23. ab haſtatis principibuſque, qui pro munitoribus intenti armatique ſteterant, prœlium initum. *cf.* 5, 19.

MUNUS, 34, 49. ut populus Rom. dignis datam libertatem, ac munus ſuum bene poſitum ſciret.

omnium maxime tempeſtivum in multitudinem munus, 4, 59.

nuptiale munus, 30, 15. (*venenum*)—munera, quæ legati ferrent regi, decreverunt, 30, 17. *Sic ſæpius, quam* munus, donum. *vid. Drakenborch. ad* 5, 28.

in partes muneris ſui benigne polliceri, 6, 6.

munere vacare, 25, 7. *i. e. onere militari.*

jam ad munera corporis ſenecta invalidum, 6, 8.

abſcedere muneribus militaribus, 9, 3.—munia militiæ, 45, 36.—munera belli, 32, 16.

munus gladiatorium, 31, 50.—gladiatorum, 41, 20.

MURUS, 1, 7. ludibrio fratris Remum novos tranſiluiſſe muros. *aut ceſpiticii, aut vallum, aut latericii intelligendi, quippe quibus opponitur lapideus murus, a Tarquinio ſtructus, h. e. ſaxis quadratis. cf. cap.* 36.

donec receſſiſſet a muris hoſtis (*Hannibal*), 26, 10.

murus portaque de cœlo tacta, 27, 11. *it.* 30, 38.

quum octingentis annis ſine muris fuiſſet *libera urbs*, muris velut compedibus *circumdata a tyrannis*, 39, 37.

MUSSARE, 28, 40. *de indignatione tacita.*—clam muſſantes carpebant, 33, 31.—muſſanteſque inter ſe rogitabant, 7, 25.

MUSSITARE, 1, 50. jam enim ita clam quidem muſſitantes, vulgo tamen eum appellabant.

MUTARE, 5, 30. victrice patria victam (*urbem*) mutari.

inter quæ ſe media lapſos victoriæ poſſeſſionem pace incerta mutaſſe, 9, 12.

quod nec injuſſu populi mutari finibus poſſet (*Camillus*) nec niſi dictator dictus etc. 5, 46.

civitate quum donarentur ob virtutem, non mutaverunt, 23, 20. *i. e. non commutaverunt ſuam civitatem cum Romana.*

mores quidem populi Rom. quantum mutaverint, 39, 51. pro *mutati ſint. Sic* 5, 13. annona nihil mutavit.

rationem belli gerendi hoſti mutare, 32, 31.

ut nihil odor mutaret, 3, 10. *ſcilicet* mutari *dicuntur corpora, quum putreſiunt.*

ſicut in frugibus pecudibuſque non tantum—quantum terræ proprietas

proprietas cœlique—mutat, 38, 17. *i. e. pervertit. cf. cap.* 46. multo ante et corpora et animi mixti ac vitiati ſunt. *ubi MSS.* mixti ac mutati. *Dicitur enim verbum mutandi non raro in ſignificatione graviori etiam tranſlata. Sic Virgilius: quæ mentem inſania mutat: i. e. corrumpit.*

MUTILATUS, 29, 9. naſo auribuſque mutilatis. *cf. cap.* 18. naſo auribuſque deciſis.

MUTUARI, 30, 12. ab amore temerarium atque impudens mutuatur conſilium.

MUTUS, 7, 4. ne mutas quidem beſtias minus alere ac fovere, ſi quid ex progenie ſua parum proſperum ſit.

MUTUUS, 8, 24. mutuum inter ſe auxilium.

N.

NÆ *ſcriptum olim etiam* Ne, *id quod magnæ confuſioni locum dedit.* 26, 31. næ magis reipublicæ intereſt. *cf. cap.* 6.

NAM *connectendi cauſſa poſitum,* 29, 8. nam avaritia ne ſacrorum quidem ſpoliatione abſtinuit.—*it.* 39, 26. nam quæ ſibi crimini objiciantur. *Vide Dukerum ad Præfat. Flori.*

NAMQUE, 9, 37. vaſtationem namque ſub Ciminii montis radicibus jacens ora ſenſerat etc. *cf. cap.* 25.

NANCISCI, 5, 45. caſtra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti clamore invadunt. *cf.* 24, 31.

quum proſpera elatus re, tum ſpem etiam haud dubiam nactus etc. 35, 27.

NASCI, 9, 2. ita natus eſt locus.—loca nata inſidiis, 22, 4. *cf.* 5, 54. *it.* 36, 17.

dum quacumque conditione arma viris in arma natis auferre feſtinant, 9, 9.

natus inter jura legeſque, 4, 15. *cf.* 10, 16.

natus ad corrumpendam diſciplinam militarem, 29, 19. *cf.* 39, 1.

nata in vanos tumultus gens, 5, 37.

NATURA, 5, 27. quam (*ſocietatem*) ingeneravit natura, utriſque eſt eritque. *Natura h. l. non cujuſque hominis ingenium, indoles, eſt, ſed mater omnium rerum, quam Cicero dicit.*

juvenem egregium, inſtructum naturæ fortunæque omnibus bonis, maximum momentum rerum ejus civitatis, 3, 12.

NATURALIS, 27, 45. vix, quod ſatis ad naturale deſiderium corporum eſſet, quieti dare.

NATUS, 2, 23. magno natu homo. *cf.* 10, 38.—natu major frater, 3, 13. Natu *ſæpius omittitur, etiam τῷ* maximus *et* minimus *jungendum, item τῷ* minor, 1, 3. 6, 34. 29, 29. 38, 57.

NAVALIA, 3, 26. contra eum ipſum locum, ubi nunc navalia ſunt.

quæ ad bellum opus eſſent, navalibus, armis, 45, 23. *cave conjunctim legas* navalibus armis: *nuſquam enim apud Livium arma talia occurrunt, ſed* auxilia navalia, *uti paullo ante, in hoc ipſo capite, ac ſimilia. vid. in voc. ſequ.*

NAVALIS,

Digitized by Google

NAVALIS, 34, 8. ibi copiæ omnes, præter socios navales, in terram expositæ.—classici milites navalesque socii, 21, 61.

quas gentes nullæ umquam nec arte, nec virtute navali æquassent, 35, 48.

forsitan etiam navalia castra, relicta cum levi præsidio, oppressuros, 30, 9.

tamquam navale bellum tempestatibus captandis et observando tempore anni gerant, 5, 6.

NAVARE, 9, 16. ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur. *cf.* 25, 6.

NAUFRAGIUM, 5, 52. vixdum e naufragiis prioris culpæ eladisque emergentes.

NAVIGIUM, 44, 22. qui in eodem velut navigio participes sunt periculi.

NAVIS, 32, 21. naves tectæ et leviores apertæ. *Illæ vocantur alias* constratæ *v. c.* 35, 46. *hæ sunt eædem cum* speculatoriis.

naves longæ et rostratæ et quinqueremes, 29, 26. 21, 17. *it.* 30, 26. *omnes bellicæ sunt.*

navis regia inhabilis prope magnitudinis, 33, 30. *cujusmodi naves non nisi ad ostentationem exstruebantur.*

naves, quas hippagogos vocant, 44, 28. *vid. Scheffer. de R. Nav.* 4, 1.

navis maritima, 21, 63.—naves fluviatiles, 10, 2.—actuariæ, 25, 30.

robore navium—Romani longe regios præstabant, 37, 30.—virtus navium, *ibid. cap.* 24.

naves facere, 35, 20.—naves ornare jussus, 37, 50. *i. q. instruere, armare.*

NAVITER, *vid.* gnaviter.

NAUTICUS, 30, 25. jussus e nauticis (*non* nautis) unus escendere in malum. *cf.* 28, 7. *it.* 29, 25.

nondum aut pulsu remorum strepituque alio nautico exaudito, 22, 19.—militum apparatu nautica ministeria impediuntur, *ibid.*

NE, *omisso: quia verebantur*, 2, 3. ne non reddita (*bona Tarquinii*) belli causa; reddita belli materia et adjumentum essent.

ne nunc, 3, 52. pro *nedum.* ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium.

et ne cui fraudi esset, 3, 53. pro *et postulabant ne etc.*

ne quis magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, (*scil. ut*) eum jus fasque esset occidi, 3, 55.

viderent, ne magis etc. 35, 6. *fortasse legendum* magisne.

Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppressit, 8, 10. *Similiter* 34, 39. ne caperetur, causa fuit.

satisne est, nobis vos metuendos esse, 3, 67. pro *nonne.*

ne æquaveritis Hannibali Philippum, ne Karthaginiensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis, 31, 7. pro *licet non, f. si vel maxime concedam, non æquandum esse. cf.* 32, 21.

ne his debere impune esse, 33, 49. pro *ne his quidem. Ita et,* 44, 36. neque enim ne his cunctationem aperuerat suam.

ea, ne si utilia quidem sint, fieri oportet, 4, 4. *i. e. ea fieri non oportet, si vel maxime utilia sint.*

ne

ne Tarentum quidem, non modo arcem etc. 25, 15. *i. e. nedum, multo minus arcem. vid. Intt. ad h. l.*

ne ut ex conſueta quidem aſperitate orationis—aliquid leniret atque ſubmitteret, 2, 61.

ut ne morte quidem Æneæ, nec deinde etc. 1, 3. *it.* 40, 25. ut ne efferendi quidem ſigna Romanis ſpatium, nec ad explicandam aciem locus eſſet. *ubi quidem Gronovius pro* nec *legi volebat* nedum. *Eſt autem, ut e ſuperiori loco patet, non inuſitatum Livio, quod vulgatus exhibet.*

ne quem veſtrûm—judicatum addictumque duci patiar, 6, 14. pro *non committam, ut etc.*

NEBULA ſaltum omnem campoſque circa intexit, 26, 17.—nebula matutina texerat inceptum, 41, 2. *Itaque et* 33, 7. *pro* detexerat *legendum videbatur Dukero* texerat; *præſertim quum, ubi notio aperiendi adjicienda eſſet nebulæ, huic* diſpulſa, diſcuſſa, disjecta, et *ſimilia addi ſolerent.*

orta ex lacu nebula campo, quam montibus denſior ſederat, 22, 4.

NEBULO, 38, 56. nebulonem modo, modo nugatorem appellat.

NEC pro *non*, 1, 23. nec ita multo poſt, 2, 22.—non ſuſtinentes impetum, 3, 22. *ubi variant libri in* nec.

ſed nec extra fretum Euripi etc. 31, 22. pro *ne quidem.*

nec multi et incompoſiti, 23, 1. *cf.* 7, 2. *it.* 42, 16.

nec libet credere; et licet, 4, 29. *i. e. et libet non credere, et licet.*

ſed neque vos tuliſſetis, nec nos ſpopondiſſemus, nec fas fuit etc. 9, 9.

nihil ex ea familia triſte nec ſuperbum timebat, 2, 30. *pro ſimplici particula copulativa aut disjunctiva. cf.* 4, 60. *Ita et* neque *dici ſolet.*

NECARE, 22, 57. Veſtales—ſtupri compertæ, et altera ſub terra—ad Portam Collinam necata fuerat, altera etc.

NECESSARIUS, 7, 26. aqua etiam, præter cetera neceſſaria uſui, deficiente.—frumentum—et cetera neceſſaria uſibus, 24, 1.

NECESSITAS, 9, 8. apud haud ignaros fortunarum humanarum neceſſitatumque.

belli neceſſitatibus (*bello neceſſario*) eam patientiam non adhibebimus, 5, 6.

hoc audito, Perſeus contraxiſſe eum neceſſitates ratus ad bellum utique cum Romanis, 44, 27. *ſcil. iis faciendis, propter quæ bellum neceſſario gerere debeat.*

veniſſe tempus ratus per ultimam neceſſitatem legis agrariæ Patribus injungendæ, 2, 43.

NECESSITUDO, 8, 3. privatis hoſpitiis neceſſitudinibuſque conjunctos.

NECESSUM, 39, 5. num omne id aurum in ludos conſumi neceſſum eſſet.

NECOPINATUS, 2, 22. Volſcos—necopinata res perculit. *cf.* 9, 12.—ex necopinato, 41, 5.

NECTERE, 27, 28. ne cui dolus nectereturr a Pœno.

NECUBI conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent, 22, 2. *cf.* 25, 33. *it.* 38, 49.

NECUNDE,

Digitized by Google

NECUNDE, 28, 1. signa quam maxime ad lævam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

NEDUM pro *non tantum*, 10, 32. ubi et intrare, nedum vastare—prohiberentur. *vid. Intt. ad h. l. cf.* 45, 29.

NEFANDUS, 1, 50. nefandum vehiculum. *i. e. per quod nefandum scelus commissum est; quod nefando infidentis scelere actum est per parentis corpus.*

respe[illegible]fando nefandoque sanguine aræ, 10, 41.

NEFARIUS, 9, 34. nisi rempublicam eo nefario obstrinxeris. *Ita non poterat non dicere Livius, quia* nefas *ablativo caret.*

NEFAS ab libidine ortum, 3, 44.

ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur, 6, 14.

tradamus—deos deorumque curam, quibus nefas est, 6, 41. *cf.* 4, 3.

NEFASTUS, 6, 28. ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ. *i. e. infortunata, infausta, quasi nefas sit, inde victoriam reportare. vide Intt. it. Cel. Strothium ad h. l.*

NEGARE, 6, 40. neque nego, neque inficias eo. *i. e. nequaquam nego. Multa in utramque partem de hac negandi formula Intt. dixerunt, quos vide. Ipse Cicero Or. Rosc. Am.* 43. *dixit:* non enim novi, nec scio. *Quidni Livius in alteram partem simile quid dixerit?*

negabat cessandum, et (*scil. dicebat*) utique prius confligendum, quam etc. 35, 1*.

NEGLIGENTIA, 22, 9. plus negligentia cærimoniarum auspiciorumque quam etc. *i. e. omittendis, prætermittendis etc.*

ab eadem negligentia, qua nihil deos portendere vulgo nunc credant, 43, 13. *pro levitate, improbitate.*

NEGLIGERE, 33, 11. cur negligerentur, ignorabant. *i. q. non consulerentur.*

in parvis rebus negligens ultor, gravem se ad majora vindicem servabat, 2, 11.

NEGOTIARI, 33, 29. negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes in commeatibus (*milites*) erant.

NEGOTIUM, 3, 4. ut negotium daretur, videre ne etc. pro *videndi.*

nec intra muros quietiora negotia esse, 5, 16.

NEMO Romanus, 3, 60. *cf.* 5, 21. *it.* 8, 30.—miles Romanus, 37, 53.—hostis, 36, 40.—omnium, 10, 26.—unus, 9, 16.

neminem neque populum, neque privatum fugio, 9, 1. nemo, non lingua, non manu, promptior, 3, 11.

ut *nemo* eorum generis ac sanguinis sui memor in acie *esset*, præsidio sociis, hostibus terrori *essent*, 26, 2. *cf.* 2, 54. 5, 39. 9, 11. 24, 20.

neminem,—verum esse, præjudicium rei tantæ afferre, 3, 40. *i. e. non æquum esse ut quisquam etc. Simili modo τὸ* neque *sæpius resolvendum est.*

neminem eorum per Italiam ire liciturum, 42, 36. *Si sana lectio; dissolvenda vox est: non quemquam—ire licuturum. vid. Perizon. ad Sanctii Minerv.* 3, 7, 4. *Dukerus legi volebat* nemini enim, *probante quidem Drakenborchio.*

neminem

neminem unum esse, cujus magis opera putet rem restitutam, 3, 12.

NEQUE *pro particula copulativa, vid.* nec.—neque pro *ne quidem*, 10, 42.

neque—neque—et haud, 21, 1.—neque—etiam, 27, 10.—neque—nec, 9, 9.—neque—et, 8, 12.—neque—et ita, 23, 23.—neque—neque—atque, 24, 40.

neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, 43, 13. *Scilicet Latini interdum duplicem negationem pro una ponunt. vid. Intt. ad h. l.* Itaque *emendatio Gronovii* ulla *legentis, non est necessaria.*

NEQUIDQUAM, 5, 43. per aliquot dies in tecta modo urbis nequidquam bello gesto. *i. e. frustra.*

NERVUS ac vincula, 6, 11. *cf.* 8, 28.

gladio nervos incidere, 37, 42.

nervi conjurationis, 7, 39. *i. q. auctores seditionis, qui paullo ante dicti erant, quippe in quibus omne robur exstaret.*

NESCIRE, 2, 2. ac nescio an modum excesserint: pro *nescio an non*; *habetque semper affirmationem, quæ sic modestius exprimitur. cf.* 3, 60. *it.* 23, 16. 37, 54.

nescire Tarquinios privatos vivere, 2, 2. *i. e. non posse, non didicisse. cf.* 9, 3.

NEU *præcedente* ut, 2, 15. sed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis invicem animi sollicitarentur. *cf.* 3, 44. *it.* 8, 32.

NEUTIQUAM, 7, 12. dictatori neutiquam placebat. *cf.* 4, 27.

NEUTRO, 6, 38. re neutro inclinata. *i. q. in neutram partem. cf.* 1, 25. *it.* 8, 1.

NEXUS, 2, 23. nexu vincti. *Nisi cum Sigonio legas* nexi, vincti; *quod probatur Salmasio de modo usurar. p.* 837. *Enimvero non afferunt* nexi *a* vinctis. *Vid.* 8, 28. *ibique interpretes.*

forte ipsa obruebantur inopes nexumque ibant, 7, 19. *i. e. operas in servitute pro pecunia, quam debebant, præstabant.*

NI *in formulis sponsionum et ferendi judicii usurpari solitum. v. c.* 3, 57. ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. *cf. ibid. cap.* 24.

NIDOR, 38, 7. inde non solum magna vis fumi, sed acrior etiam fœdo quodam nidore ex adusta pluma, quum totum cuniculum compleret etc.

NIHIL, 3, 20. nihil delectu opus est pro *non*.—nihil est, quod exspectetis tribunos, 2, 55.—nihil morem intermittere, 5, 27.—nihil violenter consulere, 45, 8.—nihil consulto collega, 22, 45.—*Similiter:* nec vos—quod contendatis, quidquam est, 4, 4.

Thebani nihil moti sunt, quamquam nonnihil succensebant Romanis, 42, 46.—nihil infractus ferox Appii animus, 2, 59.—si nihil morarentur, 1, 53.

nihil aliud aversus, 2, 8. pro *non ultra*.—nihil aliud, 3, 19. pro *nulla alia re.*

nihil est aliud in re,—nisi ut omnia negata adipiscamur, 10, 8.—*Similiter* 4, 4. quid enim in re est aliud, si etc.

nihil unum insigne, 41, 20.—nihil sentire idem, 4, 46.—nihildum, 35, 20.

de

de nihilo hoſpites corripi, 34, 61.—hoſtis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta eſt, 30, 29.—nihilo ſegnius, 2, 47.

donec nihil aliud quam in populationibus res fuit, 2, 49. *cf. cap.* 39. *it.* 23, 3. 24, 36.

nihil minus, quam vereri, 26, 20.

Philippi præter legatum videmus nihil, 32, 21.

quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, 8, 25.

NIMIUS, 10, 26. et copiarum ſatis ſibi cum Decio, et numquam nimium hoſtium fore.

nimio plus, 28, 25.—nimio major multitudo, 29, 33.

nimius animi, 6, 11.—imperii nimius, 3, 26. et imperii nimium, et virum in ipſo imperio vehementiorem rata. *Quamquam neutrum potius ibi eſſe plerique exiſtimant, ut ſit* nimium imperium. *cf.* 3, 9. *ubi* conſulare imperium *dicitur* nimium.

NISI *pro* ſed, *præcedente* non, 24, 20. *vid. Drakenborch. ad* 5, 51.

ubi ſpem niſi in virtute haberent, 34, 16. pro *nonniſi. vid. Gronov. ad h. l. cf. Intt. ad* 26, 21.

niſi, victores ſe redituros ex hac pugna, jurant, 2, 45. *alii: jurent. Sed ſunt illa verba orationi obliquæ, tamquam parentheſis, eximenda.*

niſi ſi quando a vobis arma acceperimus, 6, 26. *cf.* 8, 28. *it.* 26, 3.

NITERE, 9, 40. nitentia (*arma*) ante rem, deformia inter ſanguinem et vulnera.

Lucretius—recenti gloria nitens, 3, 12.

NITI, 28, 43. quia ſuper ceteros excellat, quo (*ſcil. honore*) me quoque niti non diſſimulo.

NITOR, 10, 4. corporum habitum et nitorem, cultiora, quam paſtoralia, eſſe.

NIVALIS, 21, 54. erat forte brumæ tempus et nivalis dies in locis Alpibus Apenninoque interjectis.

NIVOSUS, 5, 13. infignis annus hieme gelida ac nivoſa fuit.

aqua levata vento, quum ſuper gelida montium juga concreta eſſet, tantum nivoſæ grandinis dejecit, ut etc. 21, 58.

NIX, 5, 2. militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruiniſque obrutum, ſub pellibus durare etc.

NOBILIS, 4, 28. nobilior vir factis quam genere.—nobilia ſigna, 26, 21.

ut in utramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet, 2, 5.—nobiles inimicitiæ, 27, 35.—nobiliſſimæ, 39, 4. *i. q. notiſſimæ.*—nobile ſcortum, 39, 9.

itineribus ac mutatione locorum nobiliorem (*alii: mobiliorem*) ac ſalubriorem (*exercitum*) eſſe, 10, 25. *i. e. magis ſtrenuum et tolerantem. Oppoſ.* agmen ignobile, *ibid. cap.* 20. *h. e. fortitudinis immemor et præda oneratum.*

NOBILITARE, 23, 47. quum jam ante ferocibus dictis rem nobilitaſſent, infeſtis haſtis concitarunt equos. *i. e. claram exſpectatamque feciſſent. cf.* 1, 9.

NOBILITAS, 10, 7. jam ne nobilitatis quidem ſuæ plebeios pœnitere.

nobilitatem

nobilitatem et regnum (*Scipionum*) in ſenatu accuſabant, 38, 54. *i. e. auctoritatem immodicam.*

nobilitas rempublicam deſeruerat, neque in ſenatum cogi poterant, 26, 12. *Omnino ſæpius diverſus numerus uno in loco eidem collectivo jungitur. vid. Drakenborch. ad* 4, 16.

conſularis, et alii pari nobilitate adoleſcentes tribuni militum, 44, 1.

NOCERE, 9, 10. ob eam rem noxam nocuerunt.—noceri enim ei, cui hac lege non liceat, 3, 55.

NOCTURNUS imber, 21, 54. nocturnus error (*eos*) diſſipavit, 43, 10.—nocturna—trepidatio, 10, 20.

jacere inter fures nocturnos ac latrones, 3, 58. *cf.* 38, 59.—cœtus, 39, 15.

NOLLE, 9, 34. nolo ego iſtam in te modeſtiam. *i. e. non poſtulo, exſpecto a te.*

nolle inultos hoſtes, nolle ſucceſſum, non Patribus, non conſulibus, 2, 45.

NOMEN, 5, 18. me jam non eumdem, ſed umbram et nomen P. Licinii relictum videtis.

Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires quum attuliſſent, 7, 29.—nomina ducum, 29, 1. *Oppoſ. veris et metuendis ducibus.*

quum tres celeberrimi nominis haberet duces, 4, 54. *cf.* 27, 40.

nec diutius—quæſtio per clara nomina reorum viguit, 9, 26.

ne ſupereſſet (*Haſdrubal*) tanto exercitui ſuum nomen ſecuto, 27, 49.

vernaculis artificibus—nomen hiſtrionibus inditum, 7, 2.

nomen patrui Antigoni ferens, 40, 54.

quorum maximum nomen in civitatibus eſt ſuis, 22, 22.

bellum magni nominis, 31, 8.—nomen nobile bello, 31, 18.

fulgor nominis Romani, 21, 43.—primus Romani nominis, 28, 32.

ad delendum nomen Romanorum, 21, 30. *al.* Romanum. *cf.* 3, 8. Volſcum nomen prope deletum eſt. *cf.* 1, 10.

concitatur deinde omne nomen Etruſcum, et,—perveniunt, 7, 17.—omnes Hernici nominis, 9, 42.—veſtrum nomen, 37, 54. pro *vos.*

Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit, 2, 45.

nomine increpare, 7, 15. *Sic et* vocare, ciere, inclamare *dicuntur.*

ut Philippi ſtatuæ, imagines omnes, nominaque earum etc. 31, 44. *i. e. inſcriptiones.*

ad nomen ſingulis perſolutum eſt ſtipendium, 28, 29.

tarda nomina et impeditiora inertia debitorum, 7, 21.

unius tantum criminis (*ſcil. nomine*)—in vincula te duci jubebo, 3, 56. *Sic Dukerus, quem ad h. l. vide.*

NOMINARE, 21, 17. nominatæ conſulibus provinciæ. *cf.* 44, 17.

quinque augurum loca adjecit, in quæ plebeii nominarentur, 10, 8.—magiſtri equitum a te ipſo nominati, 8, 33.—dictator nominatus, 9, 28.

priuſquam

Digitized by Google

priuſquam nominarentur (*accuſarentur*) apud dictatorem, 9, 26.
NOMINATIO in locum ejus (*pontificis*) non eſt facta, 26, 23. *i. q. ſuffectio.*
NON, 24, 20. non—niſi, pro *non—ſed.*
non—ſed, 39, 28. pro *non modo, ſed etiam.*
non decemviri tulerunt? 4, 4. pro *nonne. it.* 5, 53. non in caſis etc.
non loquor apud recuſantem juſta bella populum, ſed tamen etc. 7, 30. pro *non quidem.*
non modo—ſed etiam, 24, 40. pro *non modo non—ſed etiam.*
non modo—ſed, 1, 40. pro *non modo, ſed etiam. cf.* 6, 7. *it.* 9, 37.
non Samnium modo et Campanum, 22, 25. pro *ſed et C.*
non niſi—ſed niſi, 39, 28. *cf.* 38, 22. *it.* 21, 41.
non ſolum—ſed, 2, 2. pro *ſed etiam. cf.* 3, 36. *it.* 28, 19.
non ſolum—ſed ne—quidem, 5, 42. pro *non ſolum non—ſed ne—quidem.*
non modo—ſed ne quidem, 38, 58.
ne—quidem—non modo, 25, 15.
non modo—ne quidem, *ut ſenſus deſideret aliud adhuc* non, 1, 40. non modo civicæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis. *cf.* 4, 3. 6, 34. 9, 19. 22, 28. 24, 40. 39, 36. *Id fit e more linguæ Latinæ. Sed tamen* 35, 46. *occurrit* non modo non—ne quidem. *cf.* 4, 3. *it. cap.* 35. *Hujuſmodi loca obvia ſunt interdum etiam apud alios ſcriptores, illam exquiſitiorem formam aliis conſtanter ſequentes. Itaque videntur illa utique ad normam plerorumque corrigenda eſſe. Ceterum in omnibus his locis negationem habent membra poſteriora ſive* non modo, *ſive* non ſolum *præceſſerit. Sed eodem ſenſu eædem particulæ accipiendæ ſunt, ſi vel maxime diſerta negatio abſit membro poſteriori. Sic* 3, 6. non modo ad expeditiones, ſed vix ad quietas ſtationes viribus ſufficerent. *cf.* 7, 32. *vid. Drakenborch. ad* 25, 26.
non—tantum *ſine membro poſteriori*, 10, 14. non vero tantum metu (*ſigna clamorque*) terruere Samnitium animos. *ubi quidem Drakenborchius addendum cenſet:* ſed etiam vano. *Plenæ orationis exempla ſunt* 5, 3. *it.* 6, 39.
non ſenatum, non magiſtratus, non leges, non mores majorum, non inſtituta patrum, non diſciplinam vereri militiæ, 5, 6. *vid. Drakenb. ad* 8, 34.
NOS, 7, 30. gentibus, quæ inter nos voſque ſunt.
NOSCERE, 10, 20. accitique edicto domini ad res ſuas noſcendas recipiendaſque. *i. e. recognoſcendas. cf. cap.* 36.
clamore magis, quam oculis, hoſtem noſcunt, 10, 33. *cf.* 27, 46. *it.* 45, 27.
Græciæ civitatium inſtituta, mores, juraque noſcere, 3, 31.—hæc exploranda noſcendaque eſſe, 22, 55.—noſcendiſque ſingularum cauſſis, 30, 24. *cf.* 27, 4.
neque facile fuiſſe id vitium noſci, quum conſul oriens nocte ſilentio diceret dictatorem, 8, 23.
NOSCITARE, 2, 23. noſcitabatur tamen in tanta deformitate. *cf.* 22, 6.
quia ſubjecti oculis imperatoris noſcitari poterant, 8, 32. cir-

Digitized by Google

cumſpectare omnibus fori partibus ſenatorem, raroque uſquam noſcitare, 3, 38.

NOSSE, 5, 6. nec finem ullum alium belli, quam victoriam noverit.—nec ullum certamen noritis, niſi, &c. 6, 18.

NOSTER, 9, 19. utique numquam noſtris locis laboravimus. *i. e. opportunis.*

noſtrum eſt—veſtrum eſt, 39, 36. *i. q. noſtra culpa eſt etc.*

ſecunda noſtra fortuna, 5, 51.—tempore noſtro adverſo, 31, 31. *vid. Drakenborch. ad priorem locum. it. infra in v.* ſuus.

noſtram ipſorum libertatem ſubrui et tentari patimur, 41, 23.

NOTA, 4, 29. imperioſo—Manlio cognomen inditum; Poſtumius nulla triſti nota eſt inſignitus.

ne qua inter colloquia inſigni nota hæſitantes deprehendi poſſent, 9, 36.

ad inſignem notam hujus anni, memoriæ mandatum eſt, 39, 50.

notæ ſecretæ, 34, 61. *i. e. ſermones non niſi cum uno habiti, qui, relati ab alio, argumento ſint, illum unum certa mandata dediſſe, quibus alias non habita foret fides. vid. Duker. ad h. l.*

notæ cenſoriæ ternæ, 24, 43.—nota ignominiaque, 31, 44.—cenſores—ſenatum ſine ullius nota legerunt, 32, 7.— iners nota cenſoria, *vid.* iners.

NOTARE, 27, 8. ut viſeret agros cultaque ab incultis notaret. *Sic* 27, 47. ſcuta vetera hoſtium notavit. *it. ibid.* notari oculis.

notata locis temporibuſque referre alicujus decora, 21, 43.

aliis ſenatuſconſulto notantibus præfectum, 27, 25. *i. e. notandum lacerandumque cenſentibus. cf.* 25, 3.

neminem nota ſtrenui aut ignavi militis notaſſe volui, 24, 16.

NOTIO, 27, 25. ad cenſores, non ad ſenatum notionem de eo pertinere dicentibus. *i. e. cognitionem.*

NOTUS, 3, 44. notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. *i. e. qui Virginiam Iciliumque norant, fautores.*

exercitus nondum notus ſatis inter ſe, 35, 3.

NOVARE, 1, 52. qui Turnum novantem res pro manifeſto parricidio merita pœna affeciſſent. *cf.* 27, 24. *it.* 28, 36.—ſpes novandi res, 29, 36.

non—regni tædio quidquam apud eos novatum, 5, 6.

magiſter equitum et ipſe novat pugnam equeſtrem, 4, 33.

NOVELLUS, 2, 39. novella Romanis oppida adimuntur. *i. e. nuper acquiſita.*—novelli Aquileienſes, 41, 5. *i. q. coloni nuper eo deducti. cf.* 39, 55.

NOVISSIME, 10, 1. ita—duo millia armatorum, ruentia noviſſime in ipſas flammas—abſumta.

NOVUS, 6, 40. neque novum neque inopinatum mihi fit.

aſſuetis regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal, 45, 29. *i. q. inuſitatum.*

novam in femina virtutem novo genere honoris donavere, 2, 13.

rurſus novus de integro—labor, 5, 5. *cf.* 10, 29.

nova

Digitized by Google

nova de integro pugna exorta eſt, 22, 5.—novum de integro prœlium, 24, 16. *it.* 30, 34.

conſcriptos—in novum ſenatum appellabant lectos, 2, 1.

ſi hoc modo—Furius recipere a Gallis urbem voluiſſet, quo hic novus Camillus—Italiam ab Hannibale recuperare parat, Gallorum Roma eſſet, 22, 14. *i. e. alter ſoſpitator. Ita Hannibalis nomen pro infeſtiſſimo inimico P. R. dicitur ap. Ciceronem Verr.* 5, 12. *it. Or. Phil.* 13, 11. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 18.

cum ſubſidiis ex noviſſima acie—ad præſidium collegæ miſſi, 10, 29. *cf.* 31, 27. *it.* 42, 57.

NOX, 9, 3. qua cibi, qua quietis immemor, nox traducta eſt.

nocte deinde ſilentio—dictatorem dixit, 9, 38. *cf.* 8, 23.—concubia nocte, 25, 9.

nox interdiu viſa intendi, 7, 28.

NOXA, 27, 3. in noxa eſſe. *cf.* 32, 26. — noxam nocuerunt, 9, 10. —noxæ eximere, 8, 35.—dedi noxæ inimico, 26, 29. *i. e. in poteſtatem inimico ad nocendum.*

noxæ damnatus, 8, 35.—quam ob noxam? 7, 4.—neminem noxæ pœnitebat, 2, 54.

rempublicam non extra noxam modo, ſed etiam extra famam noxæ conſervandam eſſe, 34, 61.

quandoquidem nihil præter tempus noxæ lucrarentur, 2, 59. *cf.* 8, 28. *et vid. ibi Drakenb.*

NOXIA, *i. q. noxa, eodemque ſenſu uſurpatur ſubſtantive*, 10, 19. deſertori magis, quam deſerto noxiæ fore. *Vulgo Grammatici* noxam *crimen*, noxiam *vero* pœnam *denotare putant.*

ſine ullius eorum, quos oderat, noxia, 41, 23.

NOXIUS, 7, 20. in Faliſcos eodem noxios crimine vis belli conversa eſt. *cf.* 4, 15.

NUBERE, 4, 4. ut, in quam cuique feminæ conveniſſet domum, nuberet.

Mamilio filiam nuptum dat, 1, 49. *cf.* 23, 2.

melius me morituram fuiſſe, ſi non in funere meo nupſiſſem, 30, 15.—nuptam pudicamque habiturus, 3, 45.

NUBES locuſtarum, 42, 10.—jaculorum, 21, 55.

rex contra peditum equitumque nubes jactat, et conſternit maria ſuis claſſibus, 35, 49.

NUDARE, 3, 11. qui obvius fuerat, mulcatus nudatuſque abibat.

parietes poſteſque nudatos, 38, 43. *vid. Cic. Verr.* 4, 56.

nudatum tectum, 42, 3. *i. e. lignum, cui tegulæ imponuntur, id quod* putrefaciendum *declarat.*

nudare muros defenſoribus, 21, 11.—Saguntinis pro nudata mœnibus patriâ corpora opponentibus, 21, 8.

hoſtem nudatum urbibus, 9, 31. *i. e. cui urbes ademptæ.*

quum tuo exercituſque tui præſidio nudatam Italiam viderint, 28, 42. *cf.* 30, 2.

nudatus opibus (*Perſeus*), 42, 50.

apparatus belli—qui et vos inſtruet, et hoſtes nudabit, 26, 43.

omnium nudatos manes, nullius oſſa terra tegi, 31, 30.

Ætoli defectionem nudabant, 35, 32. *i. e. præ ſe ferebant.*

magis, ut nudaret animos—quam ſpe, impetrari poſſe, 34, 24. —nec illi primo ſtatim creati nudare, quid vellent, 24, 27.

quæ nondum animos nudaverat, 33, 21. *i. e. aperuerat, patefecerat. Gronovius et Creverius, fortaſſe rectius* nudaverit *legunt. Sed tamen Livius haud raro ita indicativos in oratione obliqua ponit. v. c.* 36, 39. 43, 1. *vid. Duker. ad* 3, 2.

NUDUS, 3, 19. hic negando bella eſſe, arma vobis ademit, nudoſque ſervis veſtris et exſulibus objecit.

nuda corpora et ſoluta ſomno trucidantur, 5, 45.

dextraſque nudas oſtentantes, ut gladios abjeciſſe adpareret, 28, 3.

inermes nudique ſub jugum miſſi, 3, 23. *it.* 9, 15. militem ſecum ſingulis veſtimentis ſub jugum miſſurum. *cf. cap.* 6. *vide* 45, 39. *et Drakenborchium ad* 3, 26. *Nempe tunica tantum veſtiti dicuntur* nudi. *Eodem modo Græcorum γυμνὸς dicitur.*

ſuo juſſu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant, 1, 27.

in loco nudo atque inopi, 28, 16.—colles nudi, 27, 41.—via nuda et facilis, *ibid. cap.* 42.

ut ne nudo quidem ſolo—alere ſe ac ſuos poſſent, 26, 30. *cf. cap.* 35.

ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præſidiis agentem, 29, 4.

NUGATOR, *i. q. homo nequam, auctore Feſto*, 38, 56. nebulonem modo, modo nugatorem appellat.

NULLUS, 40, 40. nullis caſtris eo die exercitus victor manſit.

nullo *ſimpliciter dictum pro* nullo loco, 22, 53.

nullus repente fui, 6, 18.

in concordia ordinum nullos ſe uſquam eſſe vident, 3, 68.

nullaſdum in Aſia civitates ſocias habebat populus Rom. 29, 11.

nullo patre natus, 4, 3. *i. e. obſcuro, ignoto patre*; *quemadmodum Melchiſedecus in N. T. vocatur ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ.*

nulla rerum ſuarum non relicta inter hoſtes, 8, 26.

Philippi nullus uſquam nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat, 32, 35. *Dukerus legendum cenſet:* Philippus nullus uſquam, nec *etc.*

nullis injuriis veſtris—umquam æque quam munere—tribunos offenſos, 5, 3. *i. e. non æque offenſos ullis injuriis etc. vid. Drakenborch. ad h. l.*

NUMEN, 1, 55. moverunt dii numen ad indicandam imperii Rom. molem, *i. e. annuerunt.*—numen deorum, 8, 32. *cf.* 29, 18.

evidens numen—rebus affuit Romanis, 5, 51.

quorum (*deorum*) eluditur numen, 9, 11.

dictatoris edictum pro numine ſemper obſervatum, 8, 34.

annuite, patres conſcripti, nutum numenque veſtrum invictum Campanis, 7, 30.

NUMERARE, 36, 21. argenti bigati (*ovans*) præ ſe tulit centum triginta millia: et extra numeratum duodecim millia pondo argenti.

libertatis

Digitized by Google

libertatis autem originem inde magis—numeres, 2, 1. *i. e. repetas, æſtimes.*

NUMERUS, 9, 27. et majus, quam pro numero, auxilium, advenerant fortes viri.

hic hominum numerus, 10, 38. (*de exercitu* 20000 *amplius.*)

querentibus, ad numerum ſibi colonos non eſſe, 32, 2. *i. e. numerum colonorum legitimum.*

legatos e conſularium numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit, 9, 38. *vid. Gronov. Obſ.* 1, 6.

quo magnum frumenti numerum congeſſerant Romani, 21, 48.

quum—partem abeſſe numero ſenſiſſet, 1, 7. *i. e. armento, gregi.*

NUMQUID enim (ocordius ac ſegnius rempublicam adminiſtrari, 6, 37. *Simpliciter interrogat, poniturque Livio, pro* an. *vid.* ecquis.

NUNC, *addito* quum maxime, 29, 17.

nunc in expeditione, nunc in acie, 3, 12. *cf.* 28, 28.

nunc—modo, 8, 32. pro *nunc—nunc.*

nunc jam nobis—vobiſque—promiſcuus conſulatus patet, 7, 32. *cf.* 5, 2. *it.* 10, 19.

NUNCIARE, 1, 7. nunciato augurio. *verbum proprium in tali re. cf.* 10, 40. 32, 9.

prodigia—pluribus locis nunciata acciderunt, 31, 12.

nunciat, quæ occulte facta ſunt, 4, 24*. *Sermo eſt de arcanis, quæ et diſerte commemorantur paullo ante. Ea autem proprie dicuntur* enunciari, *contra,* nunciari, *quæ audita aut viſa ſunt.*

nihil referre, ipſi coram, an ad præſidium nunciaretur, 36, 3. *cf.* 38, 46.

nunciabant, agnum cum duobus capitibus natum, 32, 9. *quinam?* pro *vulgo nunciabatur.*

cum duobus conſulibus exercitus amiſſi nunciabantur, 22, 54.

hæc Rhodum nunciata; quæ per ſe triſtia fuiſſent, quia majoris mali levatus erat timor—in gaudium renunciata verterunt, 45, 25. nunciata *explicari debent per* nunciari juſſa, *quoniam ſequitur* renunciata. *Ac ne ſic quidem a frigido pleonaſmo immunis locus videri poteſt, niſi poſt* nunciata *majorem interpunctionem facias.*

et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum convocatos milites monuit, 25, 9. *abſolute dictum, ut ſæpius.*

NUNCIUS, 44, 15. Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli paciſque agere. *In voc.* nuncio *Drakenborchius ironiam eſſe putat, quia* nuncio *ſ.* nunciis *facere inſtituerent, quod exercitibus obtinendum foret. Enimvero Romani et ipſi per legatos, internuncios etc. talia tentarunt. Fortaſſe legendum* nunc.

remiſſique nuncii ab eo ad principes—in Athamaniam ſe venturum, 38, 1. pro *qui dicerent, in Athamaniam etc. Similiter* 2, 47. miſſis ad conſules nunciis, quo loco res eſſent. *cf.* 3, 18. *vid. Drakenborch. ad* 38, 1.

ne ſe—tam triſtem nuncium ferre ad Cincinnatum paterentur, 4, 41.

Digitized by Google

NUNCUPARE, 1, 3. Julia gens auctorem nominis sui nuncupat. *cf. cap.* 4.

qua (*voce*) laturos eo spolia posteros nuncupavit, 1, 10. *i. q. prædixit.*

quæ (*vota*) pro republica nuncupaverint tot consules etc. 10, 7. *i. e. susceperint, promiserint.*

verba legitima dedentium urbes nuncupare, 9, 9.

NUNCUPATIO, 21, 63. sollemnem votorum nuncupationem fugisse.

NUNDINÆ, 7, 15. qui nundinas et conciliabula obire soliti erant. *Cel. Strothius ad h. l.* nundinas *de locis accepit.*

NUNDINARI, 22, 56. Pœnum—in captivorum pretiis prædaque alia—nundinantem.

NUPER, *de longiori tempore, Præfat. it.* 9, 34. *de spatio decem (sec. alios* quinque) *annorum.—et* 45, 39. *de triginta annorum spatio.*

NUPTIALIS, 4, 4. nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coëgisset.

ut—ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret, 30, 14. *cf. cap. sq.* nuptiale munus—*de veneno.*

NUSQUAM, 1, 38. ubi nusquam ad universæ rei dimicationem ventum est.—bellum nusquam alibi erat, 39, 38. *cf.* 43, 9.

persecutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes, 3, 42. *cf.* 45, 44. quum hostes exercitus numquam eduxissent: *ubi quidem Dukerus et Creverius* nusquam *legi volunt.*

nusquam minus, quam in bello eventus respondent, 30, 30. —nusquam inde Gallos longius vestigium moturos, 44, 26.

NUTARE, 4, 37. nutant circumspectantibus galeæ, et incerti trepidant.

NUTRIRE, 4, 52. cura corporum nutriendorum, *i. e. fovendorum.*

quod naturæ damnum utrum nutriendum patri—an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse, 7, 4. *i. e. non fastidiendum, explicante Sigonio, aut, uti Gronovius volebat, remediis ac fomentis quasi adhibitis curandum.*

forte quadam nutriendæ Græciæ datus, 36, 35.

NUTUS, 7, 30. annuere nutum. *Elegantes*; *nutus enim fortunæ tribui consuevit. vid.* Numen.

O.

OBÆRATUS, 26, 40. mixti ex omni colluvione exsules, obærati, capitalia ausi plerique. *cf.* 6, 27.

OBARARE, 23, 19. quum hostes obarassent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen injecerunt.

OBEDIENTER, 8, 19. se sub imperio populi Rom. fideliter atque obedienter futuros. *cf.* 5, 12. *it.* 42, 35. *vid.* obnoxie.

OBEDIRE, 5, 3. nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit.

utrimque enixe obeditum dictatori est, 4, 26.

OBEQUITARE, 9, 36. obequitavit stationibus hostium. *cf.* 30, 12.

OBEX,

Digitized by Google

OBEX, 9, 2. eam quoque (*viam*) clauſam ſua obice armiſque inveniunt.

OBJACERE, 2, 65. ſaxa objacentia pedibus ingerit in ſubeuntes. ſaxorumque ingentium objacentem molem invenere, 9, 2.

OBJECTARE, 9, 34. contagio ejus, quod quærebat ipſe, criminis objectata ab inimicis eſt. *cf.* 6, 27.

OBJICERE, 22, 34. duas legiones hoſti ad cædem objectas. quia eum objectum Romanis eſſe vólebant, 42, 5. *cf.* 34, 9. pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit, 29, 8. pro *injecit. Sic:* religiones objectæ animo, 41, 22. —quo (*die*) ſibi eam mentem objeciſſent (*dii*) ut excidium patriæ fatale proderet, 5, 15. *de divino monitu vel inſtinctu.* quæ ubi objecta ſpes eſt, 6, 14. brachio objecto flumine eos excludit, 22, 52. caſtellum loco edito contra arcem objecit, 38, 4.—promontorium objectum, 31, 46. dum objectis foribus extremos ſuorum excluſere, 5, 13. *cf.* 28, 6. ubi conferti haſtas ingentis longitudinis præ ſe Macedones objeciſſent, 32, 17. *non tranſverſæ, ſed directæ, intelligendæ ſunt.*

OBIRATUS, 1, 31. fortunæ, ut fit, obirati, cultum reliquerant deûm. *vid. Gronov. ad* 42, 10. *ubi pro* ob ea irati *legi vult* obirati.

OBIRE, 5, 52. ſollemne Fabiæ gentis obiit. conſules obire tot ſimul bella, 4, 7. omnia militaria munera ipſe impigre obiret, 44, 4. cum quibus (*legatis*) circumſpicere et obire ad omnes hoſtium ſubitos conatus poſſet, 31, 21. ne ad omnia ſimul obire unus non poſſet, 10, 25.

OBLIGARE, 21, 21. novis ſe obligat votis, ſi cetera proſpera eveniſſent. ſi quid eſt, in quo obligari populus poſſit, in omnia poteſt, 9, 9. habita fides ipſam plerumque obligat fidem, 22, 22. dextra data in id, quod petebatur, obligandæ fidei, 30, 12. nec moror, quo minus in civitatem, obligatam ſponſione commiſſa—redeant, 9, 11.

OBLIQUUS, 5, 16. per agrum Cæretem obliquis tramitibus egreſſi, *i. e. tranſverſis.* tendere obliquo monte ad caſtra Gallorum viſi ſunt, 7, 15.

OBLITERARE, 3, 71. res vetuſtate obliterata. *cf.* 26, 41.—res obliterata, 29, 15.—præteritis ſilentio obliteratis, 43, 2.—obliterata peccata, 3, 59. nondum obliterata memoria ſuperioris belli, 21, 29. adverſamque proſpera pugna (*conſul*) obliteravit, 33, 36. ſuo beneficio paternas ſimultates obliterans, 41, 24. non tamen obliterare famam rei male geſtæ potuit, 39, 20.

OBLITUS, 9, 18. et exercitum Macedoniæ oblitum, degenerantemque jam in Perſarum mores adduxiſſet.

OBMOLIRI, 33, 5. qua (*arbore*) evulſa, portæ inſtar extemplo patebat, nec in promptu erat, quod obmolirentur.

Digitized by Google

OBNASCI, 23, 19. inter obnata ripis ſalicta.

OBNITI, 8, 38. in ſuo quiſque gradu obnixi, urgentes ſcutis, pugnabant.

obniſos vos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere, 6, 12.

OBNOXIE, 3, 39. ſed magis obedienter ventum in curiam eſt, quam obnoxie dictas ſententias accepimus.

OBNOXIUS, 9, 10. obnoxia pax. *i. e. iniqua, in qua timor alterius relinquitur.*

quæ ſerva atque obnoxia fore, ſi nullus alio ſit, quam ad Romanos, reſpectus, 42, 46.

ſi reticeam, aut ſuperbus, aut obnoxius videar, 23, 12.

veſtra obnoxia capita pro licentia Fabii objicite, 8, 34. *i. e. ut ſint obnoxia.*

ſubjecti imperio et obnoxii, 37, 53.

obnoxia ſunt bona creditæ pecuniæ, 8, 28.

obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam, 6, 17.

OBNUNCIARE, 22, 42. Paullus obnunciari jam efferenti portæ ſigna collegæ juſſit. *Nempe conſul conſuli obnunciare poteſt, ut patet ex Ciceronis Or. Phil. 2, 33. i. e. auſpicium triſte nunciare, ad impediendum.*

OBORIRI, 21, 8. acrius de integro obortum eſt bellum.

adventu ſuorum lacrimæ obortæ, 1, 58.

OBROGARE, 9, 34. obrogat antiquæ legi nova. (*hodie vulgo:* derogat) *Oppoſ.* abrogare legem, *i. e. prorſus tollere. vid. Drakenborch. ad h. l.*

OBRUERE, 30, 6. obruerant itinera portarum. *i. e. obſtruxerant, moles et impedimenta objecerant.*

obruta urbs agmine, 34, 5. pro *obſeſſa, vel potius circumdata.*

divinis humaniſque obruti ſceleribus, 3, 19.

ſe, mergentibus ſemper ſortem uſuris, obrutum fœnore eſſe, 6, 14.

merſam et obrutam fœnore partem civitatis, 6, 17. *cf.* 35, 7.

hanc tribuni orationem (*accuſationem*) ita obruit Marcellus commemoratione rerum ſuarum, ut etc. 27, 21. *i. e. refutavit, irritam fecit.*

meas opiniones, conjectando rem vetuſtate obrutam, non interponam, 29, 14. *i. q. obliteratam.*

OBSCŒNUS, 31, 12. obſcœni fœtus. *i. e. monſtroſi, et propterea mali ominis.*

palam ab ſuo comitatu et obſcœnis illis viris fremebant interfectum, 33, 28. *paullo ante:* proſequentibus mollibus viris, qui joci cauſſa convivio celebri interfuerant.

OBSECRARE, 29, 15. orare atque obſecrare, ut ſibi ſenatum adire—liceret.

OBSECRATIO, 4, 21. obſecratio a populo, duumviris præeuntibus, eſt facta.

obſecratio in unum diem populo indicta, 26, 23.

ſupplicationibus habitis jam et obſecratione circa omnia pulvinaria facta, 31, 9. *cf. cap.* 8. *differunt, ut genus a ſpecie: obſecratio autem ſit avertendæ deorum iræ cauſſa.*

OBSE-

Digitized by Google

OBSECUNDARE, 3, 35. obſecundando mollire impetum aggrediuntur. *i. e. blande ac benigne cedendo: vid. Gronov. ad* 23, 14. *cui loco hanc vocem reſtituendam cenſet.*

OBSEPIRE, 4, 25. obſeptum plebi ad honorem iter.

omnia itinera obſepſerant hoſtes, 9, 43. *vid. Intt. ad* 39, 1.

OBSEQUENTER, 41, 10. hæc collegæ obſequenter facta.

OBSEQUIUM, 29, 15. quum interim boni obedientelque ſocii, pro fide atque obſequio in populum Rom. continuis omnium annorum delectibus exhauſti eſſent.

OBSERARE, 40, 7. infamandæ rei cauſſa januam obſerari jubet. *cf.* 5, 41. *it.* 39, 14.

OBSERVARE, 3, 21. ſe id ſuffragium non obſervaturos. *i. e. electionem non probaturos, auctores ſe non futuros, pro nulla habituros.*

negaverunt, eam lectionem ſe—obſervaturos, 9, 30.

quum vacationes ſuas quiſque populus recitaret; nullius, quum in Italia hoſtis eſſet—vacatio obſervata eſt, 27, 38. *i. e. locum habuit, pro valida declarata eſt. Vid.* ſacroſanctus.

non edicta imperatorum, non auſpicia obſerventur, 8, 34.

OBSES, 43, 10. nec obſides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, poſceret.

obſidem—ſe animum ejus habere, etſi patri corpus reddiderit, 39, 47.

OBSESSOR, 9, 15. Papirio quoque, qui obſeſſor Luceriæ reſtiterat, brevi ad ſpem eventus reſpondit.

OBSIDERE, 29, 32. faucibus utrimque obſeſſis.

quum loca non iniqua eſſe dicerent, præſidiis autem regis obſideri etc. 44, 35. *paullo ante:* quæ validis præſidiis inſediſſent. —qui armati Aventinum obſediſſent, 3, 50.—*etiam ſimpliciter dictum:* ad obſidendas anguſtias, 31, 28.

quum obſideri aures a fratre cerneret, 40, 20.

OBSIDIO, 5, 2. ſpes major imperatoribus—in obſidione, quam in oppugnatione.—obſidio urbi infertur, 6, 29.—in obſidione erat, 23, 37.—obſidio ſegnis, 10, 10.

populationem in agris, obſidionem in urbe exſpecta, 38, 14. *i. q. urbis.*

Athenienſium legati, orantes, ut ſe obſidione eximeret, 31, 14. *vid.* ſolvere.

ad Capuæ liberandam obſidionem, 26, 8. *vid.* abſiſtere.

OBSISTERE, 22, 60. non enim modo ſequi recuſarunt bene monentem, ſed obſiſtere ac retinere conati ſunt. *cf.* 10, 19. *it. cap.* 43.

OBSITUS, 1, 14. partem militum locis circa denſa obſita virgulta obſcuris ſubſidere in inſidiis juſſit.

rivus—obſitus paluſtribus herbis, 21, 54.

legati—obſiti ſqualore et ſordibus, 29, 16.—obſita erat ſqualore veſtis, 2, 23.

OBSOLESCERE, 21, 52. ſuſpecta ei gens erat,—ut alia vetuſtate obſoleviſſent, ob recentem Boiorum perfidiam.

OBSTARE, 1, 26. recens meritum facto *(ſcil. improbo)* obſtabat. *i. e. impediebat, quo minus pœna dignum putaretur, vel puniretur.*

Digitized by Google

non præſentem ſolum dictatorem obſtitiſſe rei bene gerendæ, ſed abſentem etiam geſtæ obſtare, 22, 25. *i. e. verbis elevare, minuere.*

OBSTINARE, 23, 29. obſtinaverant animis vincere aut mori.

ubi obſtinatam (*Lucretiam*) videbat, et ne mortis quidem metu inclinari, 1, 58.

quo terrore quum viciſſet obſtinatam pudicitiam velut victrix libido, *ibid.*

obſtinata oratio tribunorum, 6, 40.

obſtinato ad mortem animo, 5, 41. *cf.* 6, 20.

quibus animi in ſpe ultima obſtinati ad decertandum fuerant, 6, 3.

nunc ita obſtinatos animos eſſe, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant, 10, 11. *cf.* 3, 47.

obſtinatos claudere *(portas)*, ſi exercitus admoveatur, 9, 25.

obſtinatos mori in veſtigio quemque ſuo vidit, 28, 22. *cf.* 9, 32. 42, 65.

OBSTREPERE, 21, 56. aut nihil ſenſere, obſtrepente pluvia, aut —ſentire ſeſe diſſimularunt. *alii:* obſtrepeſcente.

OBSTRINGERE, 10, 41. his vinculis fugæ obſtricti ſtabant.

niſi univerſam rempublicam eo nefario obſtrinxeris, 9, 34. *cf.* 10, 38.

obſtringere perjurio non ſe ſolum ſuumque caput, ſed ſigna militaria et aquilas, ſacramentique religionem, 26, 48.

primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis, 10, 38.

nulla ſum tibi verecundia obſtrictus, 30, 31.

quæ autem ad ſacra pertinebant, a pontificibus maxime, ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa, 6, 1. *nova h. l. ſignificatione, quam explicat Cicero pro Mur. cap.* 11.

OBSTRUERE, 5, 1. aliis (*munimentis*) frons in Etruriam ſpectans, auxiliis—obſtruebatur.

quin hoſtes extracturi demerſas moles ſint, et minore molimento aperturi portum, quam obſtruatur, 37, 15.

OBSTUPEFACERE, 2, 10. ipſo miraculo audaciæ obſtupefecit hoſtes.

niſi metus mœrorem obſtupefaceret, 25, 38, *i. e. ſenſum adimeret.*

OBSTUPESCERE, 34, 27. hoc terrore obſtupuerant multitudinis animi ab omni conatu novorum conſiliorum.

obſtupuerant ad magnitudinem priſtinæ ejus fortunæ virtutiſque, 39, 50.

OBTENTUS, 1, 56. ut ſub ejus obtentu cognominis—animus latens opperiretur tempora ſua.

OBTERERE, 44, 42. elephanti—exeuntes obterebant elidebantque.

neque ex adverſo tantum illati *(equites)* obvios obtrivere etc. 28, 33. *i. e. proculcavere. cf.* 10, 28. 27, 41. 37, 43.

armis viriſque ad obterendum—conſulem concurrunt, 9, 38.

implorare præſidium populi, qui omnia jura populi obtriſſet, 3, 56.

Hannibalis

Digitized by Google

Hannibalis virtutem fortunamque extollit: populi Rom obterit fenefcentem cum viribus majeftatem, 23, 43.

quum—Pœnus mancipia Romana, et ex ergaftulo militem, verbis obtereret, 24, 15.

OBTESTARI, 23, 26. quoad multum ac diu obteftanti (*Haſdrubali*) quatuor millia—in fupplementum miffi ex Africa funt.

reprehenfans fingulos, obfiftens, obteftanfque deûm et hominum fidem, teftabatur, nequidquam deferto præfidio eos fugere, 2, 10. *cf.* 10, 19.

morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obteftorque, 30, 12.

OBTESTATIO, 26, 25. diram exfecrationem in populares, obteftationem quam fanctiffimam potuerunt adverfus hofpites compofuerunt. *i. e. jusjurandum. vide Clavem Ciceron. in* obteftatio *ad locum ex Or. pro Balbo.*

matronæ, quia nihil in ipfis opis erat, in preces obteftationefque verfæ, per omnia delubra vagæ etc. 27, 50.

OBTINERE, 2, 10. neque ille minus obftinatus ingenti pontem obtineret gradu etc.

poffeffum femel obtinerent imperium, 3, 36. *i. e. obftinato retinerent. cf.* 4, 16. 7, 18. 26, 20.

privatus fafces et imperium obtinuit, 9, 34. *i. q. in tenendo perfeveravit. cf. cap.* 29.

judiciis etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, 29, 1. *i. e. ad recipienda, quæ per injuriam erepta erant, retinenda etc. vid. Gronov. ad Tacit. Hift.* 2, 84.

in fenatu cauffam obtinuere, 8, 21. *alias:* tenere; *vid. infra in h. v.*

ulteriorem ripam amnis armis obtinebant, 21, 26.

quonam modo perpetua pace quietos obtineamus, 8, 13.

omnia circa Karthaginem obtineri armis, 30, 29. *cf. cap.* 19.

omnia obtinet cædes, nec in ullam partem tutum perfugium eft, 9, 43. *cf.* 5, 49.

Etruria—latitudinem obtinens Italiæ, 5, 54.

quum omnia non opes magis Romanæ, quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret, 8, 15.

OBTINGERE, 31, 6. Aurelio Italia provincia obtigit. *verbum proprium de forte provinciarum: paullo ante:* Macedonia forte evenit. *Eodem fignificatu* obvenire *dicitur.*

OBTORPESCERE, 22, 3. fi ad convellendum fignum manus præ metu obtorpuerint.

obtorpuerant quodammodo animi, 32, 20.

ut obtorpuiffe inops confilii videretur, 44, 2.

OBTRUNCARE, 4, 46. multique in ruina majore quam fuga oppreffi obtruncatique. *cf.* 5, 16. *it.* 7, 33.

OBTUNDERE, 7, 2. quum fæpius revocatus (*in fcenam*) vocem obtudiffet. *i. e. raucedinem fæpius cantando fibi contraxiffet.*

obtufus vigor animi, 5, 18.

obtundendo, docendoque, quam ea res ipfis patriæque falutaris effet, pervicit etc. 26, 38.

OBVENIRE, 29, 34. fe in tempore pugnæ obventurum. *i. e.*

Digitized by Google

laborantium pugnam ſuſcepturum. Ita et occurrere *dici ſolet. vid. infra in h. v.*

ea provincia Manlio obvenit, 7, 16. *vid.* obtingere.

Æmilio novum bellum Etruria ſorte obvenit, 9, 31. *cf.* 10. 12.

OBVERSARI, 31, 11. magnam partem eorum (*transfugarum*) palam Karthagini obverſari dici.

obverſata veſtibulo carceris mœſta turba, 6, 16.

vagati in urbe, obverſatique prætorio erant, 29, 24.

obverſatus eo die in foro, 33, 47. *cf.* 38, 1. *vid. Gronov. ad* 24, 23.

ante oculos obverſabatur, 34, 36.—dum incautius ante ſigna obverſatur, 41, 18.

OBVERTERE, 6, 24. ut circumagi ſigna, obvertique aciem viderunt in hoſtem. *cf.* 9, 21.—inde ſigna in hoſtem obvertit, *ibid. cap.* 35.

ante ſigna obverſus in aciem, 6, 7.

obverſis cominus ad ineundum prœlium armis, 2, 10.

obverſa in regionem Magneſiæ duobus imparibus promontoriis, 44, 11.

OBVIAM, 31, 14. civitas omnis obviam effuſa.—multitudo, 45, 35.

venientibus Capuam cunctus ſenatus populuſque obviam egreſſi, 9, 6.

qui ſe infeſto venienti obviam objecerat, 22, 6.

me obviam ire crimini, et offerre me inimicis reum, 9, 26.

OBVIUS, 26, 25. caſtra obvia hoſti poſuerunt. *niſi vero cum Gronovio legatur* obviam.

in obvio claſſi hoſtium eſſe, 37, 23.

quos caſus obvios obtulit, 42, 63.

effuſa omnis obvia turba, 44, 46. *Drakenborchio placet* obviam *legi.*

OBVOLVERE, 4, 12. obvolutis capitibus ſe in Tiberim præcipitaverunt. *cf.* 23, 10.

OCCÆCARE, 22, 43. occæcatus pulvere effuſo hoſtis.

caligo occæcaverat diem, 33, 7.

ira et pavore occæcatis animis, 38, 21.—occæcat animos fortuna, 5, 37.

ni ſpes vana pacis occæcaſſet conſilia, 42, 43.

OCCASIO, 4, 31. locus ad occaſionem. *i. e. rei feliciter gerendæ.* —occaſio ad rem gerendam, 37, 26.—occaſionem aperuere ad invadendum, 4, 53. *cf.* 9, 27.

per occaſionem partis alterius pugnam conſerere, 21, 8. *i. e. quum pars altera occaſionem aut præbet, aut nanciſcitur.*

per occaſionem fraude præparatam, 37, 26.

per iſtius legis occaſionem, 6, 41.

armatus intentuſque ſis, neque occaſioni tuæ deſis, neque ſuam occaſionem hoſti des, 22, 39.

occaſionibus potius, quam virtute petere honores, 6, 41.

Antiochus ſuam fore Ægyptum, ſi tum occaſio eſſet, cenſebat, 33, 41.

numquam

Digitized by Google

numquam talem occaſionem habituros, ſi eam prætermiſiſſent, 38, 33.

quia, ſi in occaſionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox omiſſam quæras, 25, 38.

occaſionem bene gerendæ rei amiſere, 31, 36.

quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occaſio eſſet, 10, 42.

OCCIDERE, 23, 24. arbores momento levi impulſæ occidere. *i. q. concidere, labi; erant enim inciſæ.*

aliique ſuper alios et jumenta et homines occiderent, 21, 35.

OCCIDERE, 29, 18. omnibus ſuppliciis cruciatos trucidando occidit. *cf.* 2, 51. 3, 10. 9, 38. 10, 39. *vid. in voc. ſq.*

OCCIDIO, 3, 28. ne in occidione victoriam ponerent. *Etiam* occiſio *dicitur, v. c. ap. Cicer. Or. Phil.* 14, 14.

quum duo exercitus eorum prope occidione occiſi eſſent, 28, 43. *cf.* 4, 58. *it.* 9, 38. 30, 32.

OCCINERE, 6, 41. ſi occinuerit avis. *i. q. cecinerit; ſed illud verbum de auſpiciis proprie dicitur. cf.* 10, 40. *ult. Uterque locus docet, de læto augurio pariter* occinere *dici, ac de triſti: quod negabat Cel. Strothius ad ſuperiorem illum locum. Ceterum nonnulli legunt* occinerit, *diſſentientibus de formatione præteriti Grammaticis.*

OCCIPERE, 29, 27. a meridie nebula occepit.

delectum habere occipiunt, 4, 55. *cf.* 1, 7. *it. cap.* 49.

qui magiſtratum ſtatim occiperet, 3, 19. *cf.* 31, 50.

hi ex interregno magiſtratum occepere, 6, 5.

OCCULCARE, 27, 14. turbarunt (*elephanti*) ſigna ordineſque, et partim occulcatis, partim diſſipatis terrore, qui circa erant, nudaverant una parte aciem.

OCCULERE, 25, 8. ſylva prope viam ſeſe occuluerunt. *cf. cap.* 16. *it.* 23, 22.

OCCULTUS, 9, 31. ingens hoſtium exercitus itinera occultus inſederat.

legatum occupare montes jubet, occultumque id jugum capere, quod ab tergo hoſtibus foret, 4, 32.—in occulta valle inſtructi, 10, 14.

OCCUMBERE, 2, 7. quod—matura gloria, nec dum ſe vertente in invidiam, mortem occubuiſſet.—ictus clava morte occubuit, 1, 7. *vid. Intt. ad* 26, 25.

OCCUPARE, 1, 38. aream ad ædem in Capitolio Jovis—occupat fundamentis.

forma urbis occupatæ magis, quam diviſæ ſimilis, 5, 55. *cf.* 6, 4. *vid. Tacit. Annal.* 15, 38.

tempus occupandi res, 24, 24.

quos forte armatos tumultus occupaverat, 6, 3.

ſi occupaſſet obſidio Lacedæmonis exercitum, 34, 33.

res occupat cogitationes hominum, 27, 3.—certamen animos oculoſque, 22, 48.—occupatus certamine eſt animus, 22, 15.

ut quoſque ſtudium privatim aut gratia occupaverunt, 5, 8.

omnes deinde alias curas una occupavit etc. 29, 16.

quum,

Digitized by Google

quum, qui prior auctor tam ſævi exempli foret, occupaturus (*Manlius*) inſignem titulum crudelitatis fuerit, 4, 29.

occuparent Patres ipſi ſuum munus facere, 2, 48. *cf.* 1, 14. *it. cap.* 30.

OCCUPATIO, 10, 45. quæ (*Etruria*)—occupationem populi Rom. pro occaſione rebellandi habuiſſet.

OCCURRERE, 31, 29. legati ad id concilium occurrerunt: pro *venerunt*.—ad opem ferendam occurrunt, 36, 24.

ad primum adventum Romanorum occurſurus, 21, 61. *i. q. affuturus.*

quibus (*comitiis*) quia Æmilius occurrere non potuit, 39, 6. *i. e. quæ obire nequiit.*

revocati ab ſuis neutri prœlio occurrerunt, 10, 43. *cf.* 31, 29. ſed pudor, ſi irrito incepto abſcederet obſidione, occurrebat, 36, 35. *i. e. in mentem veniebat.*—quum præter vim et cædem nihil cuiquam occurreret, 6, 19. *cf.* 5, 54. *it.* 25, 24.

occurrebat animis, quantos exercitus—tuerentur, 23, 48.

huic timendo hoſti utrum—improviſus incidiſſe videor, an occurrere in veſtigiis ejus? 21, 41. *Drakenborchius* in *delendum cenſet, quoniam* 6, 32. ſequi veſtigiis *dicatur.*

OCCURSARE, 2, 45. his freti occurſant portis. *paullo ante:* obequitando caſtris provocandoque.

occurſant (*Galli*) in ripam, 21, 28. *niſi vero cum Gronovio legas* in ripa.—barbaris per calles notos occurſantibus, 38, 40.

OCIOR, 7, 26. Romanorum curſus ad victorem etiam ocior fuit.

OCIUS, 10, 40. ſigna ocius proferri jubet. *cf. cap.* 5.

OCTOJUGES, 5, 2. nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.

OCTUPLICATUS, 4, 24. Mamercum—tribu moverunt, octuplicatoque cenſu ærarium fecerunt. *i. e. ut ei tributum pendendum eſſet ærario, octuplo majus eo cenſu, quem ante habuiſſet.*

OCULUS, 26, 12. ne Capua in oculis ejus caperetur. *cf.* 3, 57.

niſi oculos quoque hominum liberaſſent ab tanti memoria decoris, 6, 20.

quo magis argui præſtigias jubetis veſtras, eo plus vereor ne abſtuleritis obſervantibus etiam oculos, 6, 15.

circumferens truces minaciter oculos, 2, 10.

ante oculos habere urbem latam in triumpho ſuo, 5, 30.

donec territum prodigii talis viſu, oculiſque ſimul ac mente turbatum, Valerius obtruncat, 7, 26.

ODIUM anceps, 27, 17.—inexpiabile, 39, 51.—exſecrabile, 9, 26.

odiis majoribus certarunt, quam viribus, 21, 1.

nec eſſe in vos, odio veſtro, conſultum ab Romanis credatis, 30, 44. *i. e. quod vos odio perſequantur.*

OFFENDERE, 2, 2. quum—nomen offenderet: *h. e. inviſum eſſet.*

tamquam Atilius primo acceſſu ad Africam offenderit, 28, 43. *i. q. infeliciter bellum geſſerit. cf.* 35, 26.

OFFENSARE, 25, 37. flere omnes repente et offenſare capita.

OFFERRE, 1, 51. oblato falſo crimine.—oblata vani furti invidia, 6, 16.

horum criminum vos reos in omnia ſæcula offerte, 8, 34.

concordiæ

concordiæ ducis exercituſque non auſi offerre ſe, 2, 60. *h. e. concordes aggredi, iis obviam ire.*

non ſatis audentibus ſingulis invidiæ ſe offerre, 3, 50.

offerre errorem alicui, 10, 14.—ultro offerre, 32, 21.

palantes, veluti forte oblati, populatores Capenatis agri, 5, 13.

OFFICERE, *Præfat.* nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me conſoler: *ubi tamen legitur a nonnullis* lumini, *quia proprie dicatur* luminibus officere, *i. e. ædificando proſpectum ac lucem adimere. cf.* 2, 30. *Eandem vocem reſtituit Gronovius* 4, 31. *pro vulgata* effecit.

id officere, id obſtare libertati, 2, 2.

OFFICINA, 6, 20. ædes atque officina Monetæ. *cf.* 7, 28.

OFFICIUM, 8, 19. in officio Fundanos eſſe (*fide*).

remiſſis quatuor triremibus—quæ officii cauſſa ab domo proſecutæ fuerant, 26, 19.

OFFUNDERE, 2, 40. offuſa oculis animoque religio.

incompoſitiſque adverſus equeſtrem procellam ſubitum pavorem offundit, 10, 5.

terror oculis auribuſque offuſus, 28, 29.—ne quis error vobis offundatur, 34, 6.

ut qui nihil minus eo die, propter offuſam caliginem, quam prœlium exſpectaſſet, 33, 7.

OMEN concordiæ rei maxime in hoc tempus utili, 5, 18.

qui (*dictator*)—omen plebeio conſuli—dederit, 6, 39. *i. e. creando.*

omen ad rem terra gerendam, 31, 45. *i. e. omen æque minus felicis expeditionis terreſtris.*

in omen magni terroris acceptum, 21, 63. *niſi cum aliis* ut omen *legas.*

OMINARI, 26, 18. clamore ac favore ominati extemplo ſunt felix fauſtumque imperium. *Contra* 3, 61. *in partem deteriorem.*

OMITTERE, 44, 8. ut qui, offerentibus ſeſe rebus, omiſiſſet e manibus ea, quæ mox repeti non poſſent.

omiſſis Sidicinis—Campanos adorti, 7, 29.

ut neque omitteret eum (*hoſtem*) neque congrederetur, 22, 12.

omiſſa dignitatis libertatiſque memoria, 23, 4.—omiſſa verecundia, 23, 3.

omiſſis armis capeſſunt fugam, 33, 9.—omiſerunt mota arma, 21, 11.—inter ſarcinas omiſſas repente, 8, 39.

omiſſa itaque ſpe per vim atque arma ſubeundi, 5, 43. *vid.* occaſio.

omiſſis rebus aliis præ cura unius, 3, 46.

omiſſo ad caſtra itinere, 9, 35.

defertam omiſſamque ab hominibus rempublicam, 4, 43.

OMNIS, 30, 31. omnia quæcumque—primum omnium, 6, 11.—omnium primum, 24, 10. *cf.* 42, 1. *it.* 45, 12.—omnia ultima pati, 37, 54.

in ſtationibus diſponendis ad opportuna omnis urbis loca, 3, 15. *i. q. totius.*

inde admiratione paventibus cunctis, quum omnium in ſe vertiſſet oculos etc. 7, 34.

præ-

Digitized by Google

prætorumque omnes interficiuntur, 24, 32.

ubi tantus pavor animis omnium eſt injectus, 27, 9. *alii leg.* hominum. *Sed quia, notante Gronovio ad* 9, 8. *nonniſi de uno genere hominum ſermo eſt*, omnium *præferendum videtur*; *quamquam eodem ſenſu ſubinde etiam* homines *dicuntur. vid. Crever. ad h. l.*

bona omnia populo Rom. Gracchoque ipſi precarentur, 24, 16.

omnes ipſi in hanc neceſſitatem venerunt, 7, 30. *Creverio illud* omnes *delendum videtur.*

ONERARE hoſtes, 2, 65. *i. e. ſaxis dejectis retro urgere ex edito loco, ſ. opprimere.*

ſaltus regiis caſtris oneratus, 32, 11. *niſi cum Dukero, probante Drakenborchio, legas* occupatus.

onerare inopiam, 5, 39. *aut* aggravare *intelligendum, aut* inopes.

aſſentatione immodica pudorem onerare, 31, 15.—collaudatos eos oneratoſque ingentibus promiſſis, 24, 13.—pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc promiſſis onerat, 10, 14.

præmiorum ingentium ſpe oneratus, 29, 32.

in pretio ſalis maxime oneratæ tribus, 29, 37.—vino oneratos, 9, 30.

oneratum fortunæ apparatibus ſuæ, prædam verius, quam hoſtem—incruentus devicit, 9, 17.

ut ſuis ipſe oneratus viribus ruat, 6, 19.

ONERARIUS, 25, 27. qui onerarias retro in Africam repetere juberent. *ſcil. naves. cf.* 30, 10.

ONUSTUS, 29, 27. ſalvos incolumeſque, victis perduellibus victores, ſpoliis decoratos, præda onuſtos triumphanteſque, mecum domos reduces ſiſtatis. *cf.* 1, 4.

OPACUS, 3, 25. quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca ſedes erat.

OPERA, 21, 43. opulenta et ditia ſtipendia facere, et magna operæ pretia mereri. *Alias* operæ pretium *de ipſa re, cui haud fruſtra impenſa opera eſt. Præfat. it.* 1, 24.

operæ eſſe, legationes audire, 21, 9. *i. e. vacare, uſui eſſe.*—neque conſulibus operæ erat, id negotium agere, 4, 8. *cf.* 5, 15. *it.* 29, 17.—externorum inter ſe bella—perſequi non operæ eſt ſatis ſuperque oneris ſuſtinenti res a populo Rom. geſtas ſcribere, 41, 25.

caſtigati fortium ſtatim virorum operam edebant, 3, 63.

ſe ſuo ſumtu operam reipublicæ præbere, 5, 4.

annua æra habes, annuam operam ede, *ibid.*

nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa opera eſt, *ibid.*

Æmilius ſerius biennio ſe conſulem factum Fulvii opera ducebat, 38, 43. *i. e. culpa: interdum enim* opera *et in malam partem dicitur. v. c.* 41, 16.

OPERARI, 10, 39. dum hoſtes, operati ſuperſtitionibus, concilia ſecreta agunt.

regem—operatum his ſacris ſe abdidiſſe, 1, 31. *cf.* 21, 62.

OPERIRE,

Digitized by Google

OPERIRE, 21, 61. nix—pluteos ac vineas Romanorum operuerat.
ædiles plebis videre, ne qua ſacra in operto fierent, 39, 14.
OPEROSUS, 4, 8. rem operoſam ac minime conſularem ſuo proprio magiſtratu (*cenſore*) egere.
OPES, 1, 4. maximique, ſecundum deorum opes, imperii principium. *i. q. ſecundum deorum imperium.*
deorum etiam adhibuerant opes, 10, 38. pro *opem.*
hic omnes ſpes opeſque ſunt; quas (*quem exercitum*) ſervando patriam ſervamus, 9, 4.
in minime pertinaci genere pugnæ ſic fortuna exercuit opes, 9, 22.
ut urbanis artibus opes augeret, 9, 42. *i. e. factionem ſibi majorem, auctoritatemque conciliaret. cf. cap.* 46. nec in curia adeptus erat—opes urbanas.
OPIMUS bos, 7, 37.—campos opimos ad prædam petiere, 31, 41.
opimum regnum, 38, 8.—ſpolia opima, 4, 20. *cf.* 1, 10. *i. e. ampla, glorioſa. vid. infra in v.* ſpolium.
OPINIO, 28, 40. duarum rerum ſubeundam opinionem eſſe, *i. e. judicium duplex.*
ne invidiæ et ingrati animi adverſus clariſſimum quemque civem opinionem habeat, 45, 38. *i. q. ne pro invido et ingrato habeatur.*
OPIS, 10, 29. vix humanæ inde opis videri pugna potuit. *cf.* 44, 7.
rem ſumma ope taceri jubent, 1, 56.—ſumma ope petere, 32, 21. *cf.* 3, 35. *vid. Drakenborch. ad* 45, 13.
OPPERIRI, 33, 14. cum iis copiis dimiſſi, qui ſpecularentur, quam in partem effunderent ſeſe, opperiebantur.
ut—opperiretur tempora ſua, 1, 56. *cf.* 5, 6. *it.* 30, 10.
OPPETERE, 9, 4. ut non gravius accepturi viderentur, ſi nunciaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam eſſe.
OPPIDO, pro *valde*, 39, 47. pleraque oppido quam parva erant:
oppido adoleſcens ſacerdos lectus, 42, 28.
OPPIDUM *de urbe Roma, non quadrata tantum illa, quæ in monte Palatino circaque erat, ſed, de urbe* αὶ ἐξοχὴν *appellata dicitur* 42, 36. eos (*legatos*) in oppidum intromitti non placuit. —luſtrandum oppidum (*Romam*) ſupplicationem obſecrationemque habendam, 42, 20. *vid. Duker. ad* 35, 9.
oppidum *et* urbs *de eodem loco, in eodem loco*, 31, 40. *cf.* 5, 29. *it.* 8, 29.—*de Sparta*, 34, 41.
oppidum, quæ cauſſa belli eſſet, 24, 42.
OPPLERE, 22, 49. quum—ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem vidiſſet.—totam urbem opplevit luctus, *ibid. cap.* 56.
OPPONERE, 30, 10. oneratiarum quadruplicem ordinem pro muro adverſus hoſtem oppoſuit.
validamque ſtationem pro caſtris opponit, 6, 23. *cf.* 10, 36. *it.* 23, 29. *vid. Gronov. ad poſteriorem locum. it. ſupra in v.* apponere.
tectus collibus ad tegendas inſidias oppoſitis, 25, 15.
et ab his columnis, quæ incommode oppoſita videbantur, ſigna amovit, 40, 51. *i. e. obſtantia, minus conſpectas reddentia.*

Digitized by Google

OPPORTUNE, 6, 36. alia bella opportune quievere. *cf. cap.* 18.

OPPORTUNITAS, 45, 30. pars prima (*Macedoniæ*) habet—opportunitatem Amphipolis.—maritimas opportunitates ei præbent portus, *ibid.*

OPPORTUNUS injuriæ, 28, 19. *i. e. obnoxius. Similiter* 24, 24. his audiendis credendisque opportuna multitudo.

consul—minime opportunus vir novanti res, 4, 13. *i. e. parum idoneus, fortis, ad resistendum Mælio. Contra* 24, 37. Henna—præfectumque præsidii haud sane opportunum insidiantibus habebat. *Hic enim vigilantissimus ac fortissimus intelligi debet.*

frumentatum exeunti Hannibali diversis locis opportuni aderant, 22, 32.

nocte an interdiu opportuniores (*stationes ac vigiliæ*) essent insidianti, 30, 4.

exemplo fuit, collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent, 4, 57. *i. e. quanto facilius colligeretur atque attingeretur.*

alios sua ipsos invidia opportunos interemit, 1, 54.

perculsos pavore rata, simul opportuniores, quod intenti tum maxime operi essent, 7, 23.

oppidanos per muros, urbisque opportuna loca, in stationibus disponunt, 27, 28.

præsidio circa portas opportunaque mœnium dimisso, 30, 12. *vid. Gronov. ad* 25, 30.

OPPRIMERE, 10, 32. improviso oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit.—ex improviso oppressi fuerant, 23, 37.

ne naves minime navali prœlio aptæ opprimerentur, 30, 10. *cf.* 9, 37. *it.* 37, 4.

ad opprimendum Gallicum tumultum, 31, 11. *i. q. finiendum.*

plenos crapulæ eos lux oppressit, 9, 30.—somno gravem Quinctium oppressum, 7, 39.

quos non oppresserat ignis, ferro absumti, 30, 6.—nisi quos cædes oppressit, 25, 39.—ad arma trepidantes cædes oppressit, 9, 37.

eum oppresserunt, 2, 52. *i. e. falsa accusatione effecerunt, ut damnaretur. Sic et* 1, 51. oblato falso crimine insontem oppressit. —se eam quæstionem oppressurum exstincturumque, 26, 15. *utrumque eleganter ab incendio ductum.*

OPPUGNARE, 42, 32. fine sorte se Macedoniam oppugnaturum —nec posse collegam, salvo jurejurando, secum sortiri. *nisi cum Rubenio, de sententia Creverii, legendum* optaturum. *Fortasse rectius legatur* occupaturum, *eodem sensu.*

OPTARE, 4, 15. cui tribunatus plebis magis optandus, quam sperandus etc.

perdere prius, quam perire optantes, 9, 14.

quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent, 21, 43. *cf.* 28, 39.

permissoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, 6, 25.

OPTIMUS, 38, 15. longe optimi bello regionis ejus.

haud parvæ rei judicium senatum tenebat, qui vir optimus in

in civitate eſſet.—Scipionem—judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum eſſe, 29, 14.

in civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ ſocietatis eſſe, 35, 34. *i. e. optimatem.*

ut qui optimo jure rex Romæ creatus ſit, 9, 34. *Formula in creatione magiſtratuum et ſacerdotum adhiberi ſolita. it.* optima lege: *vid. quos laudat Gronovius ad h. l.*

Jupiter optimus maximus: *vide Drakenborchium ad* 4, 2.

OPTIO, 26, 29. quum extra ſortem collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit.

OPULENTIA, 10, 38. et forte eodem conatu apparatuque omni opulentia inſignium armorum bellum adornaverant.

OPULENTUS, 9, 36. opulenta Etruriæ arva.—campi—frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti, 22, 3.

prout res haud opulentæ erant, 3, 57. *i. e. tenues, unde dona diis magnifica afferri non poſſent.*

genti opulentiſſimæ viris armiſque, 1, 30. *cf.* 9, 31. *it.* 28, 37. opulentior armis viriſque inſula.

minus opulento agmine, 33, 41. (*de claſſe*)

opulentior factio, 32, 32. (*in ſeditione*)

victor opulentus rerum omnium copia, 9, 36.

victorem opulentum prædæ exercitum reduxit, 35, 1.

exercitum victorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit, 4, 34. *cf.* 21, 5.

caſtra opulenta, convecto ex propinquis—arvis commeatu, 2, 14.

OPUS, *Præfat.* ut orſis tanti operis ſuccеſſus proſperos darent.—in parte operis mei licet mihi præfari, 21, 1.

quod ſui maxime operis erat, 38, 9. *it.* 36, 34. ſui operis eſſe credens.

tamquam artifices improbi, opus quærunt, 5, 3.

opere magno munitum (*emporium*), 21, 57. *cf.* 9, 2.

feſſoſque milites omnibus uno die belli operibus, 26, 48. *cf.* 5, 5.

feſſum militem prœliis operibuſque habebat, 21, 11.

viam objectis per omnes tranſitus operibus inexpugnabilem fecit, 31, 39.

obſidendoque vi et operibus urbem expugnavit, 10, 45.

opera et difficilia eſſe, et tempus datura, ad ferendam opem, imperatoribus ſuis, 26, 45.

OPUS, 37, 18. paraſque, quæ ad tranſitum Helleſponti opus eſſent. *cf.* 45, 13.

nec dictatore umquam opus fore reipublicæ, 6, 6.

quod cuique privatim opus ſit, id modo accipi velint; opus eſſe nihil invidioſa continuatione honoris, 6, 39.

ad conſilium penſandum temporis opus eſſe, 22, 51.—quanti argenti opus fuit, 23, 21. *Sic etiam Cicero dixit.*

ORA ſuperi maris, 9, 2. *de tractu latiore, qui oræ adjacet. Sic Virgilius: cui littus arandum dedimus.*

ſub Ciminii montis radicibus jacens ora, 9, 37.

Galli oram extremæ ſylvæ quum circumſediſſent, 23, 24. pro *oram extremam ſylvæ q. c.*

oraſque

Digitized by Google

oraſque et anchoras præcidunt, 28, 36. *de funibus nauticis. cf.* 22, 19.

ORACULUM, 9, 3. quæ ubi tam diſcordia inter ſe, velut ex ancipiti oraculo, reſponſa data ſunt etc.

ſe oraculo egreſſum extemplo his omnibus divis rem divinam ture ac vino feciſſe, 23, 11. *de oraculo Delphico.*

ORARE, 28, 5. auxilia regem orabant.—ſuppliciter vitam orabant, 44, 42.

oravit etiam bona venia, 7, 41.—oro vos, 39, 37. *ſine regimine poſitum. Sic* 4, 3. obſecro vos, *dictum eſt.*

orare precibus, 2, 2. *Sic* 1, 16. petere precibus.—morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obteſtorque, 30, 12.

ORATIO rebus dubiis inventa eſt, 3, 56.

oratio nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod ſimulatum ad eum diem fuerat, 1, 59.

media oratione ſtudia hominum ſedavit, 10, 15.

mediam orationem habuit, ut nec augere nec minuere videretur belli famam, 10, 26.

oratio incomta—militariter gravis, 4, 41.

et res a perpetuis orationibus in altercationem vertiſſet, 4, 6. *nempe* altercatio *eſt, quum alternis loquuntur. Sunt igitur* perpetuæ orationes, *quæ una continuatione recitantur. cf.* 8, 33. *Sic Tacitus Hiſt.* 4, 7. *paullatimque, per altercationem, ad continuas—orationes provecti ſunt.*

oratio—nihil eorum eſt factum, 36, 8.

ORATOR, 1, 15. pacem petitum oratores mittunt. *i. e. legatos de pace petenda, qui et* oratores pacis *dicuntur* 9, 43. *etiam* oratores pacis petendæ *cap.* 45.

priuſquam a Delphis oratores redirent, 5, 16. *cf.* 32, 17. *it.* 37, 28.

ORBIS, 34, 9. totus orbis muri, *i. e. totus ambitus.*

in orbem ſe tutari, 4, 39. *i. q. facto orbe. it.* 28, 22. in orbem pugnantes.

quum—exercitus—ſenis horis in orbem ſuccederet prœlio, 6, 4.—cogebantur breviore ſpatio et ipſi orbem colligere, 2, 50.

quinque dierum ſpatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat, 1, 17.

ut idem in ſingulos annos orbis volveretur, 3, 10.

cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia, 21, 16.

ORBITA, 32, 17. rota una (*turris expugnandæ urbi in aggere admovendæ*) in altiorem orbitam depreſſa.

ORBUS, 2, 47. republica ex parte orba, amiſſo altero conſule—duo conſules velut orbam rempublicam reliquerant, 27, 33.

ORDINARE, 9, 17. diſciplina militaris—in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum pervenerat.

Scipio—voluntarios milites ordinavit centuriavitque, 29, 1.

quoniam vos inſtructos et ordinatos cognoſco, 26, 43.

ordinata per haſtatos triarioſque pugna, 22, 5.

armandi, ordinandique et inſtruendi eos artem ignorare, 24, 48. *vid.* ornare.

ORDINARIUS, 41, 18. quando duo ordinarii conſules ejus anni, alter

Digitized by Google

alter morbo, alter ferro periſſet, ſuffectum conſulem negabant recte comitia habere poſſe.

ORDIRI, 38, 12. quod nunc ordiri pergam.

magnoque principio ſibi orſus bellum videbatur, 35, 51.

initium ordiundæ rei, *Præf.*—orſa operis, *ibid. pro cæpto opere.*

ab Liguribus orſus eſt bellum, 32, 29.

ORDO, 8, 18. conſules ad ſenatum referunt, conſenſuque ordinis fides indici data.

aut hunc ordinem, aut illum magiſtratum tollendum eſſe, 4, 2.

honeſtum ordinem ducere, 3, 44. *i. e. ſuperioris alicujus centuriæ ducem eſſe: ipſi autem primi ordinis centuriones dicuntur* primi ordines. *vide Intt. ad* 30, 4.—ordines duxiſſe aiebant, 2, 23.

ne prohiberent conſulem, quem cuique ordinem aſſignari e republica eſſet, eum aſſignare, 42, 33.

pedeſtris ordinis ſe aiunt nunc eſſe, operamque reipublicæ extra ordinem polliceri, 5, 7.

ſignaque et ordines peditum atque equitum confundit, 9, 27.

decemviri querentes, ſe in ordinem cogi, 3, 51.—nimium in ordinem ſe ipſum cogere, *ibid. cap.* 35.

multiplicatis in arcto ordinibus, 2, 50. *i. e. brevioribus eamque ob cauſſam pluribus militum ſeriebus, pro anguſtiis loci, factis, quum quidem lato agmine incedere non liceret. Opponitur* explicare ordinem, 2, 46.

Cœlius triplicem rei geſtæ ordinem edit: unam traditam fama; alteram etc. 27, 27. *notetur generum diverſitas. Femininum haud dubie a Livio relatum fuit ad* rem geſtam.

ordinemque omnem facinoris legatorum miniſteriique ſui expoſuit, 40, 55.

ſuos imperatores recte et ordine et ex voluntate ſenatus feciſſe, 28, 39.

ORIGO, 2, 14. origo moris nata inter bellum, nec omiſſa in pace. *mira Sylleſis!*

origo prima, 7, 2.—originum memoriâ, 38, 39. *de Ilienſibus.*—Origines Catonis *per προλήψιν citatæ, quum multis annis poſt ſcriptæ ſint*, 34, 5.

ORIRI, 8, 23. quum conſul oriens nocte ſilentio diceret dictatorem.

ab orto uſque ad occidentem ſolem, 22, 7.

claudit omnes ab oriente ſole in Macedoniam aditus, 45, 30.

ne ſe ortum, ejuſdem ſanguinis—perire ſinerent, 2, 6. *i. q. a ſe, Veientibus Tarquinienſibuſque.*

ORNAMENTUM, 41, 18. parietibus affligunt vaſa omnis generis, uſui magis, quam ornamento in ſpeciem, facta.

ORNARE, 1, 43. ornato exercitu pedeſtri diſtributoque. *i. e. armis inſtructo. vid.* exercitus.

ut ornari omnes copias—et decurrere jubeant armatas, 40, 47.

quum arma, viros, equos cum cura inſpexiſſet, ornato exercitu obviam venienti conſuli proceſſit, 44, 1. *cf.* 29, 1.

magiſtratus mulis tabernaculiſque, et omni alio inſtrumento militari ornabantur, 42, 1.

qui ſuas ornari provincias—æquum cenſebant, 40, 36. *i. e. copias, legatos, magiſtratus iis decerni.*

ut

Digitized by Google

ut duumviros navales classis ornandæ reficiendæque cauſſa idem populus juberet, 9, 30.

ut aurata ſcuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur, 9, 40.

ORNATUS, 9, 40. Campani—gladiatores—eo ornatu armarunt. *Similiter* 7, 14. agaſones, partim captivis, partim ægrorum armis ornatos, imponit.

paternis ſpoliis, quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum erant etc. 10, 46.

Jovis O. M. ornatu decoratus, 10, 7. *i. e. triumphans.*

OS, 9, 10. Poſtumius in ore erat. *i. e. laudabatur.*

quo ore aut Syracuſas aut Romam ei oſtendi poſſe, 26, 32. *qua audacia, impudentia.*

in ore Tiberis Oſtia urbs condita eſt, 1, 33.—os (*amnis*) intrabile, 22, 19.

ante os ipſum portus anchoras jacit, 25, 11.

ſpeciem intuenti primo gemini portus in ora duo verſi præbuerit, 28, 6.

porta velut in ore urbis poſita, 31, 24.

os ſpecus, per quod oraculo utentes ſciſcitatum deos deſcendunt, 45, 27. *cf.* 10, 1.

ore (*dolii*) in cuniculum verſo, 38, 7.

OSTENDERE, 4, 59. ab ea parte Fabius oppugnationem oſtendit, *i. e. ſimulavit.*

OSTENTARE, 2, 42. prodigia cœleſtia prope quotidianas in urbe agriſque oſtentantia minas.

oſtentabatur in ſpem Pomptinus ager, 6, 5. *i. q. ſæpius promittebatur, ſ. ſpes plebi injiciebatur dividendi illius agri. Ceterum Dukero ad h. l. forma hæc,* oſtentare in ſpem, *non immerito ſuſpecta eſt.*

multiplicata merces ex præda oſtentatur, 30, 33. *mox* oſtentatur *bis repetitum.*

OSTENTATIO, 7, 4. cognomen Imperioſi—ab oſtentatione ſævitiæ aſcitum.

OSTENTUM, 26, 6. matrem—pro pupillo eo procurantem familiare oſtentum—dixiſſe ferunt.

OSTIUM fluminis, 24, 40.—portus, 25, 30.—Vulturni, *ibid. cap.* 22.—oſtium late reſtagnans Baphyri amnis, 44, 6.

OTIUM conſuetudine in dies blandius, 23, 18.

ab ſeditionibus urbanis otium fuit, 4, 35.—ab externis ferme bellis otium fuit, 10, 1.

OVARE, 1, 11. duplicique victoria ovantem Romulum Herſilia conjux orat. *i. q. lætum. Sic* 8, 7. ovans gaudium *dicitur.*

Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, 1, 25. *cf. cap.* 26.—læti ovantibus victoria obviam irent, 27, 45.

tuum ſequentes currum (*triumphalem*) Jovis templum gratantes ovanteſque adire, 7, 13.—ovanteſque moris ſui carmine, 10, 26.

medius tamen honos Manlio habitus, ut ovans urbem iniret, 39, 29.

OVILE, 26, 22. datum ſecreto in Ovili cum his colloquendi tempus, *i. e. in Septis, campi Martii loco, per comitia, ſuffragiis ferendis tranſeundo.*

PABULARI,

Digitized by Google

P.

PABULARI, 6, 30. pabulatum cohortes misere. *cf.* 40, 25. *et* 30.

PABULATOR, 10, 26. circumventis pabulatoribus. *cf.* 27, 43.

PABULUM, 1, 7. ut quiete et pabulo læto reficeret boves.

quum jam altæ in segetibus herbæ pabulum præbere poterant, 23, 48.

PACARE, 3, 17. liberare ac pacare auguſtiſſimam illam domum Jovis etc.

PACATUS, 40, 57. fide ſua obligata pacato agmine tranſituros, *cf.* 24, 20.—in pacato agro caſtra poſuit, 2, 59. *cf.* 36, 20. *it.* 37, 46.—nec diu in pacato manſit, 23, 27. *Niſi vero cum Cel. Strothio legas* pacto. *Sane ſpecioſe. Sed tamen* pacatum *et ad alias res, quam ad* agrum, locum, *referri, et de* gentibus *etiam dici ſolet; id quod ex locis Livii, infra a nobis citatis, patet.*

vagi milites in pacato, in hoſtico errent, 8, 34. — Africam pacatam eſſe, 28, 44.—pacato mari, 24, 8.

agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat, 35, 4. *ut inter eos, qui ſunt in pace. cf.* 28, 34.—pacatum ab ſe abiſſe, 43, 5.—pacatis Liguribus, 39, 2.

juſtis quondam hoſtibus populi Romani pacatis ſervire, 42, 8.

quibus quum Philippus nihil pacati, niſi omnia permittentibus, reſpondiſſet, 31, 17. *paullo ante:* paciſcebantur autem etc. *Ergo Philippus reſpondit, de pacto Abydenis cogitare non licere.*

poſtquam nihil pacati referebant, 43, 18. *Locus illi ſimillimus.*

PACIFICATOR, 27, 30. adhibitus ab Ætolis et ex finitimis pacificator Amynander etc.

PACIFICARE, 5, 23. inter hæc pacificatum legati a Volſcis—venerunt.—nunc ad pacificandum bene atque honeſte inter primos ſtabis, et colloquii hujus ſalutaris interpres fueris, 7, 40. *cf.* 44, 35.

PACISCI, 22, 52. pacti ut arma atque equos traderent etc. *de dedentibus ſeſe ſub certis conditionibus. Contra et de illis* paciſci *dicitur, qui duras conditiones aliis imponunt. cf.* 38, 9. *ad q. l. vide Perizonium.*

pacti quinquaginta talentis—pacem impetraverunt, 38, 15.—hanc mercedem unam pro eo munere paciſcor, 26, 50. *cf.* 24, 49.

pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur, 28, 21.—fidemque hodie pactæ pacis deſiderat, 31, 29. *cf.* 9, 11. *it.* 29, 12.

principis filiam Etutam pacto fratri eum invidiſſe, 44, 30. *alias feminæ* pactæ *dicuntur. vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 1, 1.

PACTIO, 4, 4. nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegiſſet.

PACTUM, 9, 11. quin tu—aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas?

pacto convenit, ut—Himera amnis—finis regni Syracuſani ac Punici imperii eſſet, 24, 6.

quonam

Digitized by Google

quonam ſe pacto paucos—crederet præſidio tam valido—vim allaturos, 9, 16.

PAGATIM, 31, 26. templa deûm, quæ pagatim ſacrata habebant. *cf. cap.* 30. *vid. Clav. Ciceron. in v.* paganus.

PAGUS, 25, 5. in pagis foriſque et conciliabulis.

PALAM, 6, 14. ea res ſi palam fiat—ſi luce palam iretur, 22, 24. ceſata morte—ſuas opes firmavit: tum demum palam facto etc. 1, 41. *Fortaſſe legendum* facta *ſcil. morte. Sic* 34, 44. ea res indicio conſciorum palam facta, delataque ad ſenatum eſt.

creditori rem palam populo ſolvit, 6, 14. *Contra* 27, 19. inſcio avunculo clam. *Vid. Intt. ad* 25, 18.

PALARI, 7, 17. multoſque populatores agrorum vagos palantes oppreſſit.

qui a prœlio adverſo aut clade captæ urbis palati fuerant, 5, 46.

agmen fugientium—fuſum ac per agros trepida fuga palatum, 7, 8. *cf.* 23, 40.

in boves palatos ab ſuis gregibus inciderunt, 22, 17.

PALLOR, 2, 23. fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti. *Vix dici poſſe videatur* corpus pallore peremtum. *Proprie igitur* peremti *ad* macie *tantummodo referendum*; *ad* pallore *per* σύλλη-ψιν.

PALMA, 33, 5. quæ cujuſque ſtipitis palma ſit.

palmam belli Punici patrati petis, 28, 41.

PALUDAMENTUM, 1, 26. cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi. *i. e. veſte elegantiori militis honeſtioris. vid. Ferrar. R. Veſtiar. P.* 2. *l.* 3. *c.* 5.

paludamento circum lævum brachium intorto, 25, 16. *nempe id fieri ſolebat ante pugnam.*

PALUDATUS, 45, 39. conſul, proficiſcens, prætorve, paludatis lictoribus, in provinciam et ad bellum, vota in Capitolio nuncupat. *Haud dubie legendum cum Gronovio* paludatus cum lictoribus.

PALUSTRIS, 22, 2. vigiliis tandem et nocturno humore paluſtrique cœlo gravante caput etc.—paluſtris via, *ibid. cap.* 9.

PANDERE, 2, 31. dum ſe cornua latius pandunt.—quia latius pandere aciem non poterat, 28, 33.—poſtquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit, 22, 4. *cf.* 41, 26.

ubi primum e faucibus anguſtis panditur mare, 28, 30. *de freto Gaditano.*

his, quæ nunc panduntur, fatis, 5, 16.

PANGERE, 7, 3. ut, qui prætor maximus ſit—clavum pangat.

ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe aut inducias pepigiſſe, 27, 30.—pacem, 37, 19.—amicitiam, 38, 9.—ſocietatem, 42, 40.

PAR, 1, 5. neque enim erat ad vim apertam par.—nequaquam par ad virtutem, 26, 16.

illum in rebus aſperis unicum ducem ac parem quæſitum Hannibali, 22, 27. *i. e. adverſarium. cf.* 9, 17. *it.* 28, 46. *vid. Gronov. ad illum locum.*

pari præſidio relicto Collatiæ ad portas, 1, 59. *i. q. ſufficiente, ſatis valido.*

quam

Digitized by Google

quam par veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in—Fabio—conſpectum eſt, 5, 52. *ſcil. ei facto, quod etc. Niſi malis cum Creverio:* quam par veſtro factum eſt, quod etc. *vid. Drakenborch. ad h. l.*

candida veſte, et paribus candore armis inſignes, 9, 40. fama—et vanitate et fabula par, 26, 19.

PARARE conſilium viribus, 1, 8.—nec pax modo apud eos, ſed ſocietas etiam armorum parata eſt, 21, 60.

legem—quum a tribunis parari conſules unius ex collegio proditione excepiſſent, ipſi præoccupaverunt ferre, 4, 30.—legem parabat ferre, 38, 30.

argento parata mancipia, 41, 6. *i. q. comparata.*

ne ipſi poſterive eorum uſpiam pararent haberentve, niſi in Veiente—agro, 26, 34. *de poſſeſſionibus.*

parata victoria frui, 5, 6. *al.* parta.

parantibus utriſque ſe ad prœlium, 9, 14.—et jam nunc ita ſe parare Appium etc. 3, 40.

conſulibus Italiam Macedoniamque ſortiri parantibus, 32, 28.

PARATUS *ſubſtant.* 10, 41. in oculis erat omnis ille occulti paratus ſacri. *i. q. apparatus.*

PARATUS omni loco caſtris ponendis, 33, 6.—plebs parata delectui, 4, 6.—prædæ magis, quam pugnæ paratos eſſe, 7, 16.—juventutem—in armis paratam imperio futuram, 9, 36.

exercitus uti paratus eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet, 42, 35.

neque trajicientem et paratum trajicere, 34, 60.—paratus confligere, 22, 19.

oratione ad tempus parata—moviſſet, 28, 43. *i. e. accommodata.*

Gentii regis parata ſocietas, 44, 26. *h. e. quæ iniri poterat.*

PARCERE, 25, 25. ut a cædibus et ab incendiis parceretur.

parce, fis, fidem ac jura ſocietatis jactare, 34, 32.

PARENS, 4, 3. Romulus parens urbis.

certare auſi ſumus cum parentibus quæque civitas et conditoribus ſuis, 37, 54. *prius a poſteriori explicatur. Sed viciſſim* conditor *improprie* dici *ſolet. vid. ſupra in h. v.*

PARENTARE, 24, 21. ſecundum Hieronymi cædem primo tumultuatum—vociferatumque ferociter, parentandum regi ſanguine conjuratorum eſſe.

PARERE *alicujus dicto*, 8, 4. Samnitium dicto pareamus. *Gronovius legi volebat* Samnitibus, *quia dicatur* dicto alicui audientem eſſe. *Enimvero, id ſi licuerit tentare, actum utique fuerit de arbitrio uſus loquendi. vide Dukerum et Drakenborchium ad h. l.*

PARERE, 7, 34. quonam modo iſti ex Sidicinis—victoriam pepererunt?—victoria—quantam de Samnitibus nemo—pepererat, 10, 38.—illi male partam victoriam male perdiderunt, 9, 9.

ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret, 9, 46.

Sallentino agro pax parta, 10, 2.—pace terra marique parta, 1, 19.

quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occaſio eſſet, 10, 42.

Digitized by Google

qui Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant, 3, 70. *cf.* 27, 45

amicitia meritis parta, 42, 46.

majore, quam ex continenti, præda parta, 22, 20. *cf.* 10, 39.

PARIES, 44, 11. transfoſſo pariete iter in urbem patefacere. (*de fornicibus urbis muro ſeptæ*)

PARITER ultimæ (*gentes*) propinquis, 38, 16. pro *quam ſ. ac propinquæ.*

Romani exercitus nec pariter ambo ducti, 10, 19. *i. e. diſſimilibus imperiis regebantur.*

Fabius pariter in ſuos, haud minus, quam in hoſtes intentus, prius ab illis invictum animum præſtat, 22, 15.

PARMATUS, 4, 39. ut parmatis, novæ cohorti hoſtium, locus detur.

PARRICIDA, 3, 50. neu ſe, ut parricidam liberûm, averſarentur. (*de interfecta a patre filia*)

PARRICIDIUM, 44, 1. orſus a parricidio Perſei, perpetrato in fratrem, cogitato in parentem.

funeſta duo conſulum prætoria, alterum parricidio filii, alterum conſulis devoti cæde, 8, 11.

Coriolanum quondam damnatio injuſta, miſerum et indignum exſilium, ut iret ad oppugnandam patriam, impulit: revocavit tamen a publico parricidio privata pietas, 28, 39.

PARS tranſitione, pars fuga, diffipati, 28, 16. *cf.* 2, 14. 5, 40. 10, 2.

interdiu noctuque alii ſuccedentes, pars ſcalas muris, (*pars*) ignem portis inferrent, 43, 18. *Solet enim interdum omitti.*

et Volſci—magna pars et in ipſo certamine, et poſt in fuga cæſi, 6, 24. pro *et Volſcorum—magna pars cæſa.*

pauci armis abjectis, pars Tegeam, pars Megalopolim, perfugiunt, 35, 36. *cf.* 9, 14. 30, 24. 44, 28.

multitudo, pars procurrit in vias, pars in veſtibulis ſtat, pars ex tectis—proſpectant, 24, 21.

equi, pars in mari—abſumti, partim nervos ſuccidérunt in littore Macedones, 44, 28. *Debebat eſſe* partis *ſcil. eorum. Et in eod. cap. eſt:* pars eorum.

ea maxima pars volonum erat, 23, 35. pro *ii maximam partem volones erant. cf.* 24, 16.

quod ſenatus juratus, maxima pars, cenſeat, 26, 33. pro *maximam partem. Sunt etiam qui legant* quod ſenatus maxima pars cenſeat.

pars major (*ſcil. hiſtoricorum*) auctores ſunt, 30, 3.

multam quondam Europæ, majorem partem Aſiæ obtinuerant armis, 31, 1.

ea gens in parte magis, quam in ditione Karthaginienſium erat, 21, 5.

profectus ab urbe, utraque parte Tiberis, ratibus exercitu—trajecto, 7, 17.

deſcripta ſuis quæque partibus (*caſtra*), 31, 34. *Hæ ſunt partes ipſius areæ, qua cohortes tendunt, Græcis μέρη dicta.*

in eo cornu (*dextro*)—ab ſiniſtra parte, 9, 27.

demerſam

demerſam partem a parte civitatis, 6, 27.

de decemviris ſacrorum ex parte de plebe creandis, 6, 42. *cf. cap.* 37.

horum inductio in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegantioris exercitii etc. 44, 9.

pro virili parte, *Præfat. Hæc forma vulgo ad vires refertur. Falſo. Eſt enim de perſona potius capienda, ut ſit: quantum ad me pertinet, pro mea parte.*

in parte laboris ac periculi eſſe, 31, 1.

parum eſt, ſi, cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis, niſi partem petendo totum traxeris, 6, 40.

in partem prædæ ſuæ vocatos deos, 5, 21.

neque enim mari venturum, aut ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant, 21, 17. *cf. cap.* 22. *i. e. eo genere belli. vid. Gronov. ad h. l.*

per eumdem, qui ad dictaturam aperuiſſet viam, cenſuram quoque in partem vocari plebis volebat, 7, 22. *i. e. communicari cum plebe.*

qui partis Romanorum fuerant, 45, 31.—qui partium regis fuiſſent, *ibid.*

partim Samnitium—defeciſſe ad Pœnos, 23, 11. *Gr.* ἀρχαῖκῶς pro *partem. cf.* 26, 46.

Hernicos ad partes paratos, 3, 10. *i. e. ſubornatos eſſe auctores falſi rumoris, ut ab optimatibus gratiam inirent.*

PARTICIPARE, 2, 52. juvit et Virginius collega, teſtis productus, participando laudes. *cf.* 3, 12.

PARTIRI curas in inferendum atque arcendum bellum, 21, 21.

conſules partiti provincias, 9, 41.—inter prætores ita partita imperia, 42, 31.

P. et Cn. Scipionibus inter ſe partitis copias, 23, 26. *cf.* 9, 14.

PARTURIRE, 21, 18. quod diu parturit animus veſter, aliquando pariat. *Cicero Phil.* 2, 46. *ut aliquando dolor pop. R. pariat, quod jamdiu parturit.*

PARUM, 4, 7. quod—parum recte tabernaculum cepiſſet. *i. q. vitioſe. vid.* recte.

templum—violare parum habuiſſe, niſi detexiſſet fœde, 42, 3.

PARUMPER ſubſidiarios tutatus eſt locus, 5, 38. *cf.* 10, 19.

PARVUS, 10, 45. parvo admodum plures. *i. q. paullo plures.*

quod parvæ et raræ per ea tempora literæ fuere, 6, 1.

PASCERE, 25, 12. perduelles—qui veſtros campos paſcunt placide.

dum regiis ſtipendiis paſtus obverſaretur miles, 24, 24.

pecora, quæ paſtum propulſa eſſent, 25, 8.

ſi pulli non paſcentur, 6, 41.

PASSIM omnes clamoribus agunt, 2, 45.—in omnes paſſim partes capeſſunt fugam, 40, 32.—totis paſſim caſtris, 30, 5.

PASSUS, *vid. ſupra in v.* crinis.

PASSUS, 9, 24. caſtra ut ſex millia (*ſcil. paſſuum*) removerentur. *vid. Drakenborch. ad* 6, 32.

PASTOR, *vid. ſupra in v.* agreſtis.

PATEFACERE, 7, 33. illa omnia, qua nunc erectæ micant haſtæ, patefacta ſtrage vaſta cernetis.

Digitized by Google

latius patefacta acies, 9, 27.

PATER, 23, 12. patres conſcripti *ſenatores Karthaginienſium appellantur, multo quidem liberius et inſolentius, quam cap. ſeq.* dictator Karthaginienſis *commemoratur. Ceterum de patribus Romanis, iiſque qui Conſcripti erant, vid.* 2, 1.

patrum memoria inſtitutum fertur, 39, 42. *Locus difficilis. vide Dukerum et Drakenborchium, qui ex perſona Livii hæc dicta putant. Sed poſſunt etiam ad Catonis ætatem referri, ut tum patrum memoria inſtitutum dicatur.—Nec minus difficilis alter,* 8, 5. hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis patribus veſtris, Latini, hæc L. Tarquinius vobiſcum poſtea fecit; *ubi patres videri poſſint majores eſſe, ſed vere non ſunt; intelligit enim patres eorum, quibuſcum Tarquinius pacem fecit.*—Omnino *ſciendum eſt, apud hiſtoricos anguſtiorem quodammodo ac certiorem ſenſum propriumque magis tribuendum eſſe verbis* patrum memoria. *Nam etſi, ut hoc loco, ita alibi non nimis urgenda vox* patrum, *ſed ambigua videtur; omnium minime tamen idem in oratoribus interpretandis facere licet. Interdum tamen apud Noſtrum etiam in contrariam partem pro juſto brevioribus temporum ſpatiis dicitur* patrum memoria *v. c.* 31, 12. *ubi ſeptem anni intelligendi ſunt; quemadmodum,* 3, 68. *de proxima ætate; contra,* 4, 4. *de duabus ſaltem ætatibus accipi debent.*

Tiberine pater—te ſancte precor, 2, 10.

ludis mane ſervum quidam paterfamiliæ—ſub furca cæſum medio egerat circo, 2, 36.

PATERE nulli fraudis occaſioni, 24, 37.—patens vulneri equus, 31, 39.

in patentem ad conſpectum undique campum, 10, 4.

ſolum infeſtum eſſe Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, 43, 18.

inter legiones et ipſi patentes equiti relinquerent vias, 29, 2. *paullo ante:* inter cornua et mediam aciem, intervalla patentia ſatis late fecerant.

dierum plus triginta—patentem (*regionem*), 38, 59. *de itinere.*

PATERNUS, 2, 58. odiſſe plebem plus quam paterno odio.—plenus ſuarum, plenus paternarum irarum, 2, 61.

non tam, quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, quam ipſorum odiis inter ſe accenſæ, 44, 25. *vid. Intt. ad h. l.*

pro paterno noſtro hoſpitio, 42, 40. *i. e. quod fuit nobis cum patre tuo.*

PATESCERE, 22, 4. paullo latior pateſcit campus.

PATI, 7, 1. non patientibus tacitum tribunis.—tacite habere idque pati ſtatuerat, 42, 16.

hæc ſcelera—hæc dedecora pati parati eſtis, 5, 53.

ſi qui minus patientes dedecoris ſint, pro victimis immolari, 39, 13.

captari ætates et erroris et ſtupri patientes, *ibid.*

ut bello ac pace pati legitima imperia poſſis, 8, 35.—non ut ea (*bella*) a magiſtratibus ſociis atque amicis paterentur, 43, 8.

quum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens eſt, 21, 31.

PATIEN-

Digitized by Google

PATIENTIA, 5, 6. et animis et corporibus ſuis virilem patientiam ineſſe.

PATRARE, 44, 25. pacis patrandæ cum Romanis paciſcebatur mercedem. *cf.* 40, 52. *vid. Duker. ad h. l. Proprie* patrare *nihil aliud ſignificat, niſi perficere; uti vel e verbo* impetrandi *intelligitur, quod quidem honeſtiſſime dicitur. Itaque non mirum eſt, ſimplex verbum in utramque partem dici. Sic* bellum, facinus, jusjurandum, *alia* patrari *Livio dicuntur. Etiam* 2, 26. *Gebhardus, non improbante Drakenb.* patratæ pacis *emendabat.*

PATRIA, 8, 5. ſit ſane hæc patria potior, et Romani omnes vocemur. *i. e. ſedes ac domicilium rerum et fortunarum noſtrarum; ſæpius enim ab optimis quibuſque ſcriptoribus patria ſine reſpectu ad natales dicitur.*

devoviſſe eos ſe pro patria Quiritibuſque Romanis, 5, 41.

ut in ſua ſede maneret patria, 5, 51. *pro populo Romano.*

legiones eamdem, quam per pavorem amiſerant patriam—virtute recuperavere, 7, 13.

oppugnari atque capi (*patriam*) paſſurum, 4, 2. *cf.* 5, 53.—materna patria, 1, 34.

agique, tamquam cum patria, nobiſcum, æquum cenſemus, 5, 4. *h. l. ſenatus intelligendus eſt.*

PATRICIUS, qui patrem ciere poſſet, 10, 8.—patricia virgo, 4, 4.—ſtipatus agmine patriciorum, 6, 38.—caterva patriciorum juvenum, 4, 14.

PATRIMONIUM, 6, 14. fundum in Veienti, caput patrimonii, ſubjecit præconi.

PATRIUS, 2, 5. eminente animo patrio (*paterno*) inter publicæ pœnæ miniſterium.

quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertiſſet, 7, 5.

reſtituerent in patrium ac legitimum regnum, 38, 1. *i. q. paternum, avitum, quod a majoribus deinceps veluti per manus traditum fuerat. vid. Dukerus ad h. l.*

PATRONUS, 3, 29. ut exercitus (*ſervatus a Cincinnato*) eum patronum ſalutaverit.

Antiatibus—dati ab ſenatu ad jura ſtatuenda ipſius coloniæ patroni, 9, 20.

PAUCITAS, 2, 64. paucitas damno ſentiendo propior erat.—ut loco paucitatem ſuorum adjuvaret, 9, 35.

PAVERE, 7, 34. admiratione paventibus cunctis, quum omnium in ſe vertiſſet oculos etc.

PAVIDUS e ſomno, 1, 58.—pavida conſilia et imperia, 44, 6.

PAULLULUM, 35, 5. conſul obteſtabatur milites, ut paullulum anniterentur etc.

PAULLULUS, 8, 11. paullula via.—equi hominesque paulluli et graciles, 35, 11.

PAULLUM editi loci, 5, 38.—quum radices montis paullo plus, quam mille paſſuum ad mare relinquant ſpatium, 44, 6.

PAVOR captæ urbis, 3, 3.—nocturno pavore attoniti, 7, 36.—pavore aliis in tanta clade torpentibus, 24, 43. *vid.* lymphaticus. *it.* terror.

quos pavor pertulerat in ſylvas, 7, 15.

Digitized by Google

PAX ſuperba, 9, 12.—infida, 9, 45.—fida, 5, 17.—ſi bonam pacem dederitis, et fidam et perpetuam, 8, 21.—obnoxia, 6, 28.

inventa pace deûm, 6, 1.—quæ ad pacem deûm pertinebant, 24, 11.—pacem deûm peti precationibus placuit, 42, 2. *cf.* 6, 41.

pacem fœduſque petentes, 9, 37.—in pace fuit, 39, 56.—in pace—in bello, 5, 52.

pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Rom. auctores, 9, 20.—oratores pacis, *ibid. cap.* 43.—pacem pacifci, 29, 12.

Claudii pace et Valerii mortui loquar, 3, 19.

is alteri populo cum bona pace imperitaret, 1, 24.—claſſis bona cum pace accepta eſt, 28, 37.—cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit, 21, 32. *i. e. nemine impediente. cf.* 21, 24.

PECORA, 1, 4. ad pecora ſegnes, *h. e. in paſcuis. Opponitur enim:* in ſtabulis.

agreſtis taurus, qui pecore aberraſſet, 41, 13.

PECTUS, 21, 54. pectoribus tenus aucta (*aquæ*) nocturno imbri.

quibus (*cladibus et laboribus*) nequiverint tamen dura illa pectora (*Samnitium*) vinci, 10, 31.

PECUA captiva, 26, 34. *cf.* 5, 48.

PECUARIUS, 33, 42. ædiles plebis—multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt. *h. e. qui gregibus pecorum alendis quæſtum facerent, ſed e publicis, pro certo vectigali conductis, paſcuis. cf.* 35, 10. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

PECULATUS, 33, 47. iſti, quos paverat per aliquot annos publicus peculatus. *paullo ante:* quantum peculatus averteret.

PECULIARIS, 3, 19. de veſtra plebe, quam partem, veluti abruptam a cetero populo, veſtram patriam peculiaremque rempublicam feciſtis.

PECULIUM, 2, 41. peculiumque filii Cereri conſecraviſſe. *Drakenborchio videtur h. l. latiori ſenſu de toto patrimonio, nota aliàs etiam ſignificatione, accipiendum eſſe.*

PECUNIA captiva, 10, 46.—pecuniæ (*ſcil. debitæ*) judicatus, 6, 14.

ante—quam repoſita ſacra pecunia in theſauris fuerit, 29, 18.

dies pecuniæ, 34, 6. *i. e. ſolutionis.* in eamdem diem pecuniæ—præbenda publicani ſe conducturos profeſſi erant.

cetero (*auro*) uſi ſunt ad veſtimenta præſenti pecunia locanda exercitui, 27, 10.

ut pro frumento pecunia Romæ legatis eorum curaretur, 44, 16. *propria in hoc genere forma dicendi, quum abſens pecuniam per alium ſolvit.*

PEDES, 28, 9. etiamſi pedes incedat. pro *pedibus. Sic et* equitem *dici ſupra notavimus ad h. v.*

tria millia civium Romanorum, ducenti equites, 40, 18. pro *tria millia peditum. Non raro autem omittitur. vid. Drakenborch. ad* 40, 36.

non pediti ſolum cedere, ſed ne equitem quidem ſuſtinere, peditis præſidio audentem. Jam ſigna quoque legionum appropinquabant etc. 30, 11. *Manifeſte h. l. pedites pro* velitibus *accipiendi ſunt, quum* legionariis *opponantur. cf.* 33, 7. *it.* 14. *ubi* armatura levis *opponitur* equitibus, *iique ſunt* pedites, *ſed iidem* velites.

PEDESTER,

Digitized by Google

PEDESTER, 7, 13. pedeſtria ſtipendia.

pedeſtribus navalibuſque copiis, 37, 53. *Hic ipſa oppoſitio docet*, equites *etiam ſub* pedeſtribus copiis *comprehenſos eſſe. Similiter* pedibus *et* navibus ire *opponuntur, ut omnes modi terreſtris itineris faciendi illic intelligantur, atque hinc illa ſuperior forma haud dubie ducta eſt. vid. Intt. ad illum locum.*

pedeſtris ordinis ſe nunc eſſe, 5, 7. *i. e. milites legionarios eſſe, peditesque ſtipendia facere. Dukerus pedeſtrem ordinem pro ordine plebeio accipiendum putat.* vid. *exercitus.*

ſed habere hoſtem pedeſtri fidentem Marte: cui ſi æquari robore virium velit, et ſibi pedites comparandos eſſe, 24, 48.

PEDETENTIM, 21, 28. ſed, pondere ipſo ſtabiles (*elephanti*) dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evaſere.

PELLERE hoſtem, 7, 8. *cf.* 40, 32.

et primo adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint: quod ubi animadvertit, veritus ne moti ſemel pellerentur, 33, 36.

ubi Cilnium genus præpotens,—pelli armis cœptum, 10, 3.

pellendo finibus dominos, 6, 41.

ipſorum quoque Lacedæmoniorum exſules permulti, tyrannorum injuria pulſi, 34, 26. pro *expulſi. cf. cap.* 38. *vid. Drakenborch. ad* 35, 37.

non mediocri cura Scipionis animum pepulit (*Syphax*), 30, 14. *i. q. commovit. eleganter. Similiter ibidem:* ipſum in Hiſpania juvenem nullius forma pepulerat captivæ. *vid. Gronov. ad* 3, 30.

PELLIS, 5, 2. militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruiniſque obrutum, ſub pellibus durare. *vid. Intt. ad h. l. et cf. Cæſar. de B. G.* 3, 30.

PELLITUS, 23, 40. profectus erat in Pellitos Sardos. *Inde ſic nominati, quod barbarorum more pellibus veſtium loco uſi erant. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

PELTA cætræ haud diſſimilis eſt, 28, 5.—peltaſtæ, *ibid.*

PENATES publici privatique, 3, 17. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

ut—ad penates hoſtis ſui nuptiale ſacrum conficeret, 30, 14.

PENDERE, 44, 27. qui ea pependerant ſpe. *Drakenborchius* ex ea *legi vult. Enimvero etiam ſine præpoſitione*, 7, 10. *leguntur hæc:* tot circa mortalium animis ſpe metuque pendentibus.—ſollicitis ac pendentibus animi, *ibid. cap.* 30. *vid. Intt. ad h. l.*

adeo nihil tenet ſolum patriæ,—ſed in ſuperficie tigniſque caritas patriæ pendet, 5, 54.

PENDERE, 45, 26. vectigal, dimidium ejus, quod regi pendiſſent. *Voſſius Gramm.* 5, 26. hoc loco *utitur, ut oſtendat, etiam dici poſſe* pendi; *ſed Drakenborchio magis placet ſententia Sigonii emendantis* pependiſſent.

pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educarent, 2, 9.

ſtipendium exercitui Romano ab hoſte in eum annum penſum, 9, 41.

ſi tum parum ignominiæ penſum eſt, 45, 23.

PENES quos ſunt auſpicia more majorum? nempe penes Patres, 6, 41.

PENETRALIA, 9, 46. civile jus, repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit. *cf.* 6, 41.

Digitized by Google

PENITUS, 26, 28. Philippum—ad intima penitus regni abiſſe.

PENSARE, 22, 51. ad conſilium penſandum temporis opus eſſe.

quum oculis magis, quam ratione penſarent vires, 30, 32.—penſare adverſa ſecundis, 27, 40.

quandoquidem honeſta penſamus, ſic, ut aut ſola, aut prima certe penſari decet principi orbis terrárum, 34, 58.

tranſmarinæ quoque res quadam vice penſatæ, 26, 37. *i. q. jactatæ, ut modo in hanc, modo in alteram partem inclinaret pondus. Sermo eſt de viciſſitudinibus fortunæ et nunciis ex utroque genere Romam perlatis.*

PENSIO, 30, 37. decem millia talentûm argénti, deſcripta penſionibus æquis in annos quinquaginta ſolverent. *i. e. ſingulis annis tantumdem pecuniæ, velut ratam partem totius ſummæ. vid. Intt. ad* 6, 35. *it. ad* 7, 27.

PENSITARE, 4, 41. ne ab ſe imperatoria conſilia—exquirerent, quæ penſitanda quoque magnis animis atque ingeniis eſſent.

PENSUM, 4, 52. quum principio ſtatim anni, velut penſum nominis familiæque, ſeditiones agrariis legibus promulgandis cieret. *Sic fere Cicero Phil.* 2, 44. *Antonii uxorem tertiam penſionem diu debere populo Romano, dixit, h. e. interfectionem mariti.*

PENSUS, 26, 15. queis, neque quid facérent, neque quid dicerent, quidquam umquam penſi fuiſſet.

PENURIA hominum, 6, 30.—frumenti, 4, 25.—omnium rerum, 9, 13.

PER ludos, 2, 18. *i. q. ludis, tempore ludorum. Similiter:* per inducias, 30, 31.—per meridiem profecti, 42, 64.

fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas potens, 9, 17.—per cruciatum et ad contumeliam, 26, 13. *vid. Drakenborch. ad* 6, 18.

qua (*contumelia*) per noſtram ignominiam ludos commiſere, 2, 38. pro *cum. Similiter:* vinci ſe per ſuum atque illorum dedecus patiebantur, 3, 42. *cf.* 3, 61.—ſatin' per commodum omnia exploraſſent, 30, 29.

cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet, 5, 5. nec ipſi per intermiſſiones has intervallaque lentiorem ſpem noſtram facimus, *ibid.*

recipi, niſi aliquanto poſt, per Antiochum, non potuit, 33, 18. *ſcil. quoniam impediebat, obſtabat Antiochus.*

Demetrius per vinum, quod excluderetur, paulliſper vociferatus, 40, 7. *h. e. quia ebrius erat.*

ne quid per (*propter*) frequentiam juvenum—agi poſſet, 5, 2.

per valetudinem id bellum exſequi nequierat, 8, 12.

per cauſſam renovati ab Æquis belli, 2, 32. *ſub prætextu. Eodem ſenſu:* per ſpeciem reconciliandæ pacis, 42, 52.

ſi coarguatur ab alio, ac per ſe fatenti etc. 39, 12. *i. q. ſponte.*

per fas ac fidem decepti, 1, 9.

concordiam per æqua per iniqua civitati reconciliandam eſſe, 2, 32. *i. e. quocumque modo, quantovis pretio.*

per ego te—fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor etc. 23, 9.

jurantes per quidquid deorum eſt, *ibid.*

jam

Digitized by Google

jam per omnia ad dimicandum ſatis paratus, 10, 39.

PERAGERE verbis auſpicia, 1, 18. *i. e. pronunciare, declarare. cf. cap.* 32.

ſua item carmina Albani ſuumque jusjurandum per ſuum dictatorem ſuoſque ſacerdotes peregerunt, 1, 24.

ſententiam igitur peregit, nullum placere ſenatuſconſultum fieri, 3, 40. *cf.* 39, 15.

conſul—Decii non cœptas ſolum ante, ſed cumulatas nova virtute laudes peragit, 7, 37.

cui rata iſta pax erit, quam—non juſſu populi Rom. peregerimus, 37, 19. *Haud dubie cum Drakenborchio legendum* pepigerimus. *vid. Intt. ad h. l.*

vos autem, ſi reum perago, quid acturi eſtis, 4, 42. *h. e. ſi agente me condemnabitur.*

PERAGRARE, 35, 12. peragratuſque orbis terrarum victoriis ejus gentis referebatur.

PERBENE detectam in Leontinis eſſe avaritiam et crudelitatem Romanorum, 24, 32.—fortunam perbene feciſſe, quando etc. 45, 3.

PERBREVIS, perbrevis ævi Karthaginem eſſe, 28, 35.

PERCELLERE, 34, 15. integri recentibus telis fatigatos adorti hoſtes primum acri impetu, velut cuneo, perculerunt.

Aricinos res inopinata perculerat, 2, 14. *i. q. perturbaverat.*

perculſum jam fama hoſtem fundunt fugantque, 9, 44.

ſuo ipſe conatu perculſus prætor, 44, 12. *i. e. afflictus.*

feciali Poſtumius genu femur perculit, 9, 10. pro *percuſſit*; *et fortaſſe ſic legendum. Sæpius enim hæc duo, imprimis* perculſus *et* percuſſus, *confuſa ſunt a librariis. Vid. Drakenb. ad* 1, 27.

PERCENSERE, 5, 52. ne omnia generatim ſacra omneſque percenſeam deos.

quod mihi percenſenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit, 6, 12.

ita quum percenſuiſſet Theſſaliam, 34, 52. *i. e. formulam regiminis dediſſet ad cenſum, ex cenſu, a cenſu.*

PERCIPERE, 7, 26. adeo duorum militum eventum—utraque acies animis perceperat.

PERCITUS, 21, 53. ingenium percitum ac ferox. *i. q. vehemens.*

percitum ira in patrem ſpes erat criminis aliquid novi deferre, 7, 5.—percitus ira Camillus, 6, 38.

PERCOMMODE, 25, 25. tumulus—percommode ſitus ad commeatus excipiendos.

PERCUNCTARI, 3, 48. finas hic coram virgine nutricem percunctari.—percunctantur obvios, 22, 7.—percunctando exſequi, 9, 3.—quum—percunctantes (*tranſfuga*) doceret, *ibid. cap.* 24. *cf.* 40, 21.

legatos mittunt ad percunctandos Karthaginienſes, publicone conſilio Hannibal Saguntum expugnaſſet, 21, 18.

ut conſulem percunctaretur, liceretne—pugnare, 23, 47. *i. q. conſuleret.*

PERCUNCTATIO, 21, 19. directa percunctatio ac denunciatio belli. *i. e. quum quæreretur, bellumne mallent, an pacem.*

PERCURARE, 21, 57. vixdum ſatis percurato vulnere.

Digitized by Google

PERCURSARE, 23, 42. jam ne manipulatim quidem, ſed latronum modo, percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano vagarentur agro.

PERCUTERE, 9, 24. virgis in foro cæſi ac ſecuri percuſſi.

PERDERE, 9, 14. ne deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire optantes.

PERDIFFICILLIMUS, 40, 21. viam exercitui nullam eſſe, paucis et expeditis perdifficillimum aditum.

PERDITUS, 23, 2. improbus homo, ſed non ad extremum perditus.

quænam hoſtibus in perdita re conſilia eſſent, 5, 39.—vir unus res perditas reſtituit, 25, 37. *cf.* 26, 6.

PERDOMARE, 9, 20. Apulia perdomita. *cf. cap.* 41.—itaque ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis ſint, (*Hiſpania*) poſtrema omnium, noſtra demum ætate, ducta auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt, 28, 12.

PERDUCERE, 26, 2. multos imperatores temeritate atque inſcientia exercitum in locum præcipitem perduxiſſe.

oppugnatio ad mediam rurſus noctem perducta eſt, 36, 23.

orationibus in noctem perductis, 38, 51.—ni altercationem in ſerum perduxiſſent, *ibid. cap.* 50.

perductus eſt ad centum talenta, 38, 14. *i. e. coactus eſt offerre etc.*

PERDUELLIO, 1, 26. qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem. *cf.* 2, 41. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

et utrique cenſori perduellionem ſe judicare pronunciavit, 43, 16. *vid. Gronov. ad* 23, 14.

perduellionis ſe judicare Cn. Fulvio, 26, 3. *i. q. accuſare. vid. Muret. Var. Lect.* 19, 16.

PERDUELLIS pro *hoſte, ex uſu antiquiorum temporum; quemadmodum et* perduellio *de omni facinore capitali dicebatur.* Divus extinguet perduelles veſtros, 25, 12. *cf.* 42, 20.—victis perduellibus (*Karthaginienſibus*), 29, 27.—perduelles ſuperati Perſeus et Gentius, 45, 16. *vid. Cic. Offic.* 1, 12.

PEREGRE, 40, 19. prodigia multa fœda et Romæ eo anno viſa, et nunciata peregre.

PEREGRINUS, 42, 31. juriſdictio inter peregrinos.—peregrinus terror, 3, 16.

PEREMTUS, 2, 23, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti.

PERENNIS, 5, 2. ut perennem militiam facerent, *i. e. ut hiemando continuarent bellum.*

PEREQUITARE aciem, 5, 28.—quum ea via longe perequitaſſet, 23, 47.

PEREXIGUUS, 7, 37. nec procul ab hoſte locum perexiguum—caſtris cepit.

nam ad veſcendum facto perexiguo, utique milites, utebantur, 22, 52. *ſcil.* argento.

PERFACILE, 25, 36. in tumulum quidem perfacile agmen erexere.

PERFAMILIARIS, 25, 18. Criſpino Badius Campanus hoſpes erat, perfamiliari hoſpitio junctus.

PERFERRE,

Digitized by Google

PERFERRE, 10, 2. graviſſimas navium non pertulit alveus fluminis.

perferre ad urbem terrorem, 3, 3.—quod ubi in totam concionem pertulit rumor, 2, 54.—clamor in totam concionem perlatus, 8, 32.

Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hoſtium tulerat, et in caſtra pertulit, 9, 13.

præfecti claſſis id unius erat jus, ut agere de ea re, ſine rogatione ulla perlata, poſſet, 45, 25.

PERFICERE, 9, 8. juſta omnia in deditionem perficere. *Videtur legendum aut:* in deditione; *aut:* peragere in deditionem, *i. e. ut omnia redeant ad deditionem, et per eam perficiantur.*

perficere bellum, 5, 4.—luſtrum, 24, 43.—ſacrificium, 10, 38.—mandata, 1, 56.—ſenatuſconſulta, 26, 29.

PERFODERE, 4, 22. donec, perfoſſo a caſtris monte, erecta in arcem via eſt.

PERFREQUENS, 41, 1. emporium perfrequens factum.

PERFRINGERE, 4, 28. ictus ſaxo, perfracto capite, acie exceſſit.

PERFUGA, 30, 16. et perfugæ et fugitivi.—perfugæ fugitivi captivique, 38, 11. *ita ex formula fœderum dici conſuevit. cf.* 31, 19. *ubi tamen extra talem formulam eadem occurrunt.*

PERFUGERE, 28, 7. quum in fidem Ætolorum perfugiſſent.

pars maxima incolumis Romam perfugere, 5, 29.—eo turba omnis perfugit, 1, 8.—ad Porſenam perfugerant, 2, 9.

PERFUGIUM in patris miſericordia et juſtitia habeat, 40, 10. *cf. cap.* 12. perfugium ſibi nuſquam gentium eſſe.

PERFUNGI cura, 26, 17.—auctores belli, quia vivos non potuimus, perfunctos jam fato, dedidimus, 9, 1. *uſitatius de lætioribus dicitur.*

nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adoleſcente proponam, 28, 40.

PERFUNDERE religione animum, 10, 38.—perfuſus ultimi ſupplicii metu, 9, 16.—perfuſus horrore venerabunduſque, 1, 16.

quum perfuſum fletu appareret omnibus, loqui non poſſe, 40, 12.

PERGERE, 36, 42. pergit protinus navigare Peloponneſum.—pergit ipſe ire ad urbem oppugnandam, 23, 28.—pergeret porro ire, 21, 22. *cf.* 21, 30. *it.* 24, 2.

pergit inde infeſtus in agros Romanos, 3, 6. *nonnulli codices præpoſitionem ignorant: quæ forma utique rarior et exquiſitior eſt.*

PERGRANDIS, 29, 29. regnum ad fratrem regis Œſalcem, pergrandem natu—pervenit.

PERHORRIDUS, 22, 16—inter—ſaxa ac—arenas ſtagnaque perhorrida ſitu.

PERICLITARI, 1, 42. ſeu Patrum ſeu plebis animos periclitaretur. *i. q. experiretur. Sic et* 6, 15. ſatis periclitatus voluntates hominum.

donec res ſuas, quibus periclitari nolebant—trajicerent, 38, 25. *i. e. periculum adire.*—ne quis cum tota gente ſimul in rebus dubiis periclitari auderet, 40, 21.

Digitized by Google

PERICULOSUS, 10, 25. periculoſum eſſe—ne ad omnia ſimul obire unus non poſſet.

PERICULUM ipſum, diſcrimenque id poſcere, 3, 18.

periculum ſummæ rerum facere, 6, 22.—univerſo periculo ſumma rerum committebatur, 22, 12. *cf. cap.* 32.

pericula claſſium externarum, 5, 54. *i. e. damna inde metuenda.*

poſtquam mœnibus jam Romanis, pulſo hoſte, periculum eſſe deſierat, 3, 23.

neque a penuria frumenti—periculum fuit, 4, 25.

ut, quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent, 23, 49. *i. e. jactura ærarii eſſet. cf.* 25, 3.

id eſſe periculum, ne ſuas preces etc. 10, 7. *cf.* 45, 23.

PERINDE, 7, 5. nec perinde, ut maluiſſet plebes—ita ægre habuit etc.

et, perinde quum alia ſpecie, tum eminentibus—magnum terrorem præbebat, 37, 40.

ſed nec perinde Patres moti ſunt, 4, 37. *i. q. non tantopere.*

perinde ac debellatum in Italia foret, 28, 38.

PERITUS, 37, 20. veterani omnes et periti belli erant. *cf.* 4, 17. *vid. Drakenborch. ad h. l.*

per æque invia, ſed aſſuetudine peritius, et meliore cum ſpe—degreſſi in campos, 44, 5.

PERLABI, 28, 11. in ædem Jovis foribus ipſis duo perlapſi angues.

PERLÆTUS, 10, 21. ſupplicatioque perlæta fuit.

PERLEGERE, 38, 28. cenſores—ſenatum perlegerunt: princeps in ſenatu tertium lectus etc.

PERLEVIS, 24, 34. machinator bellicorum tormentorum operumque quibus ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perlevi momento ludificaretur.

PERLICERE, 3, 44. virginem—Appius amore ardens, pretio ac ſpe perlicere adortus etc. *cf.* 10, 11.—donis, 21, 26. *it.* 26, 7.

victorem finitimorum omnium populum in ſervitutem perlici poſſe, 4, 15.

Gentium quoque regem, jam diu dubium, in ſocietatem perlici poſſe, 43, 18.—ad tranſitionem, 24, 48.

PERLITARE, 41, 14. bove perlitare juſſus. *i. q. litare. cf. cap. ſeq. it.* 7, 8. diu non perlitatum.

primiſque hoſtiis perlitatum eſt, 36, 1.

PERLUCERE, 41, 2. qua (*nebula*) dilabente, ad primum teporem ſolis perlucens jam aliquid, incerta tamen, ut ſolet, lux etc.

PERLUSTRARE, 23, 46. hunc Taurea quum diu perluſtrans oculis obequitaſſet hoſtium turmis etc. *i. q. oculis quærens. cf.* 25, 9.

PERMANERE, 40, 54. unus incorruptus permanſerat. *de pertinaci conſtantia.*

et, quantum ad Karthaginienſes duces attinet, invictum (*Atilium*) ad ultimum permanſiſſe, 28, 43.

PERMARINUS, 40, 52. ædem (*dedicavit*) Larium permarinûm.

PERMISSIO, 37, 7. permiſſionem extra civium corpora fieri juberent. *nempe in liberum arbitrium ejus, cui ſe dederent.*

PERMIS-

Digitized by Google

PERMISSUS, 38, 14. permiſſu conſulis.—Achæorum, *ibid. cap.* 34. *cf.* 3, 43. *it.* 5, 18. *et* 21.

PERMITTERE, 8, 31. ſe vitam fortunaſque ſuas illorum fidei virtutique permittere.

Iſmenias gentem Bœotorum in fidem Romanorum permitti æquum cenſebat, 42, 44. *cf.* 45, 4.—ſi in fidem Maſiniſſæ ſeſe permiſiſſet, 29, 30.—ipſos ſe in deditionem conſulis caduceum præferentes permiſiſſe, 8, 20.

neque enim liberum id vobis permittit Philippus (*utrum bellum an pacem habeatis*), 31, 7.

reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatis laxo ſpatio equi permitti poſſent, 10, 5.

equites per patentes in hoſtium acie vias permittere equos jubeat, 29, 2.

detraxit frenos equis; atque ita concitatos calcaribus permiſit, ut ſuſtinere eos nulla vis poſſet, 8, 30.

permittite equos in cuneum hoſtium, 40, 40. *cf.* 3, 61. *it.* 30, 11.

permiſſus equitatus, 3, 70. *i. q. immiſſus.*

quum aliquamdiu, hinc indulgentia, hinc modeſtia, inter permittentes in vicem non magis mutua, quam inexplicabili facilitate, certatum eſſet, 37, 52. *ſcil. quum uterque alterius arbitrio rem permitteret.*

qui eum vexandis prioris anni conſulibus permiſſurum tribunatum credebant, 2, 56. *i. e. eum licenter abuſurum munere ſuo ad etc.*

Numitori Albana permiſſa re, 1, 6. *i. q. in poteſtatem data. cf.* 4, 49.

per quos (*legatos*) ſenatui de vobis permittatis, 36, 35. *nempe arbitrium ſtatuendi etc. cf.* 33, 13.

permiſſum ipſi erat, faceret, quod e republica duceret eſſe, 24, 14. *vid. Drakenborch. ad* 33, 44.

permiſſoque, ut etc. 6, 25. (*abſolute*) *cf.* 35, 20. *it.* 40, 26. utrum—an, 45, 5.

PERMIXTUS, 27, 35. provinciæ non permixtæ regionibus, ſed diverſæ extremis Italiæ finibus.

permixtus, ubi cuſpide uti et cominus gladio poſſet, roboris majoris Romanus eques erat, 30, 18.

PERMULCERE barbam, 5, 41.

omnibus memoria patriæ iras permulſit, 7, 40.

ipſis placido ſermone permulcentibus notos, 28, 25.

PERMUNIRE, 27, 12. caſtra raptim ante noctem permunita. *cf.* 7, 16. *it.* 30, 16.

PERNICIALIS, 27, 23. quæ tamen (*peſtilentia*) magis in longos morbos, quam in perniciales evaſit.

PERNICITAS, 9, 16. præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit. (*Papirius Curſor.*)

PERNICITER, 26, 4. eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites aſſuefecerunt, et vehi poſt ſeſe, et deſilire perniciter etc.

PERNIX,

Digitized by Google

PERNIX, 28, 20. levium corporum homines, et multa exercitatione pernicium.—perniciſſimum corpus, 44, 34.

PERNOCTARE, 27, 38. et earum coloniarum juniores jurejurando adacti, ſupra dies triginta non pernoctaturos ſe eſſe extra mœnia coloniæ ſuæ etc. *i. q. abfuturos, manſuros.*

PERNOX luna, 5, 28. *it.* 32, 11.

PERNUMERARE, 28, 34. dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent. *cf.* 6, 15.

PEROPPORTUNE ad præſentis quietem ſtatus, 1, 42.

PEROPPORTUNUS, 10, 45. nec populo R. magna ſolum, ſed peropportuna etiam ea victoria fuit.

PEROSUS decemvirorum ſcelera, 3, 58.—plebs conſulum nomen haud ſecus, quam regum, peroſa erat, 3, 34. (*active accipiendum.*)

PERPACARE, 36, 42. necdum enim omnia in Græcia perpacata erant.

PERPAUCAS naves ſubductas eſſe, 37, 11. *cf.* 4, 52. *it.* 5, 8.

PERPELLERE, 9, 30. accitos eos in curiam hortati ſunt, uti reverterentur Romam: poſtquam perpelli nequibant etc. *cf.* 2, 31.

multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, 1, 59.

fama repens belli Gallici perpulit civitatem, ut Furius dictator—diceretur, 6, 42. *cf.* 9, 24. *et* 31.

perpulere plebeii—ut Minucius præfectus annonæ crearetur, 4, 12. *cf.* 5, 51.

PERPERAM, 26, 23. quod exta perperam dederat. *cf.* 1, 33.

PERPETRARE, 44, 37. ſacrificio rite perpetrato. *cf.* 23, 35.—perpetratis, quæ ad pacem deûm pertinebant, 24, 11.—perpetrato bello, 24, 45. *cf.* 28, 41. *it.* 44, 32.—pace perpetrata, 33, 21.

PERPETUUS, 9, 17. perpetuis præceptis artem ordinare. *Noſtri: in ſyſtema redigere, in formam artis.*

quod eos montes perpetuo dorſo inter ſe jungit, 41, 18.

cujus ordinis languore perpetui jam tribuni plebis—lingua criminibuſque regnarent, 3, 19.

perpetuæ orationes, *vid.* oratio.

PERPLEXE, 30, 20. non perplexe, ſed palam revocant. *cf.* 6, 13.

PERPLEXUS, 38, 32. perplexum reſponſum—perplexa legatio, 36, 5.—perplexius (*carmen*) ſcripturæ genere, 25, 12.

PERPOPULARI, 34, 56. Padi ripas cum cædibus et incendiis perpopulari.—infeſtius perpopulato agro Fregellano, 26, 9. *cf.* 22, 3. *et* 9.

PERPORTARE, 28, 46. naves onerarias—captivos Karthaginem perportantes.

PERQUAM paucis ſuffragio populi relictis locis, 9, 30.

PERRARUS, 29, 38. quod tunc perrarum in mandandis ſacerdotiis erat. *vid. Intt. ad* 6, 1.

PERROGARE, 32, 23. populi Achæorum, quum ſententias perrogarentur. *cf.* 29, 19.

PERRUMPERE, 7, 24. in medium agmen perrumpunt—in urbem, 10, 41.—in veſtibulum perruperant templi, 3, 18.

qui

Digitized by Google

qui quum ſæpe conati nequiſſent perrumpere ad ſuos, 4, 39.
perrumpere ordines hoſtium, 9, 39.—impetum fluminis, 21, 28.—cuneos, 8, 10.—agmen, 8, 30.—eadem qua tranſierant, 4, 39.

PERSCINDERE, 21, 58. omnia perſcindente vento et rapiente.

PERSCRIBERE, 24, 18. ſi quid emtum paratumque pupillis—a quæſtore perſcribebatur. *Pecunia dicitur* perſcribi, *quam per ſcripturam ab argentariis alieno nomine ſolvitur. vid. Clav. Ciceron. in h. v. it. Duker. ad h. l.*

PERSECARE, 40, 19. id perſecare novum prætorem, ne ſerperet iterum latius, Patres juſſerunt. *i. q. reſecare, conficere.*

PERSEDERE, 45, 39. in equo dies noctesque perſedendo.

PERSEGNIS, 25, 15. pedeſtre prœlium fuit perſegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSEQUI quærendo, 3, 20. *i. q. inſtare.*—reliquias belli, 9, 29.
inter conſules provinciis comparatis, bello Græci perſequendi Publilio evenerunt, 8, 22.
apparuit, nihil per alteros ſtare, quominus incepta perſequerentur, 6, 33.
mortem meam idem tu perſequi non poteris, 40, 11. *i. e. ulciſci.*

PERSEVERANTER, 4, 60. Patres bene cœptam rem perſeveranter tueri.

PERSEVERANTIA, 5, 4. indignitas perſeverantiam imponere debuit.
impetu potius bella, quam perſeverantia gerat, *ibid. cap. 6.*

PERSEVERANTIOR cædendis in fuga fuit, 5, 31. *i. q. in cædendis fugientibus.*

PERSEVERANTIUS, 21, 10. quo lenius agunt, ſegnius incipiunt; eo, quum cœperint, vereor, ne perſeverantius ſæviant.

PERSEVERARE, 22, 38. quo id conſtantius perſeveraret. pro *et ut in eo conſtantius perſeveraret.*
ferociores ad perſeverandum in bello faceret, 6, 33. *cf.* 5, 4. *it.* 38, 42.
aut, perſeverantem, ſub judicii tempus plebem offenſurum, 4, 44. *i. e. ſi perſeveraret.*

PERSIGNARE, 25, 7. triumviri—ſacris conquirendis doniſque perſignandis. *i. e. donariis, quæ furtim ſubducta eſſent, colligendis et in tabula conſignandis.*

PERSONA, 3, 45. ſi nec cauſſis, nec perſonis (*lex*) variet.
latiorque re et perſonis quæſtio fieri, 9, 26.

PERSONARE, 3, 10. tribuni coram in foro perſonare, fabulam compoſitam Volſci belli etc.

PERSPICERE, 40, 22. ut præ denſitate arborum, immiſſorumque aliorum in alios ramorum, perſpici cœlum vix poſſet. *Vid. Drakenborch. ad* 22, 6.

PERSTARE, 44, 33. diem tótum perſtabant.
in cœpto perſtare, 42, 10.—pertinaciùs in incepto perſtabat, 32, 23.—perſtaret in incepto immitis animus, 8, 33. *cf. cap.* 34.
in recuſando perſtabat, 10, 13.—in ſocietate Romana cum fide perſtare, 23, 14.

PERSTER.

Digitized by Google

PERSTERNERE, 10, 47. ab ædilibus curulibus—via a Martis ſilice ad Bovillas perſtrata eſt.

PERSTRINGERE, 1, 25. horror ingens ſpectantes perſtringit, et —torpebat vox ſpirituſque.

PERSULTARE, 44, 9. haud ſecus, quam ſtabili ſolo perſultabant. (*in teſtudine.*)

quam ſæpe in agro eorum impune perſultaſſent, 34, 20. *i. e. prædas inde egiſſent, rapinas exercuiſſent.*

PERTÆSUS, 3, 39. nec nominis hominem tum pertæſum eſſe.—decemvirorum vos pertæſum eſt, *ibid. cap.* 67. *vid. Drakenborch. ad illum locum.*

PERTENDERE, 5, 8. perpauci in majora caſtra, pars maxima atque ipſe Sergius Romam pertenderunt.

PERTENTARE, 27, 10. pertentatis—coloniarum animis. *cf.* 2, 3.

PERTINAX ſententia, 4, 57. *h. e. in qua pertinaciter aliquis perſeverat.*

quod pertinacius in armis fuerant, 45, 27.

PERTINERE, 1, 20. pertinent ſacra ad flaminem. *i. q. ejus curæ ſubjecta ſunt.*

ad quos pertineat facinus, 31, 12. *h. e. qui patraverint.*

pertinet ad plures exemplum, quam calamitas, 26, 38. *h. l. i. q. nocet pluribus.*

exemplum pertinet ad Macedonas continendos, 39, 28. *i. e. valet, vim habet.*

idque omen pertinuiſſe poſtea eventu rem conjectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli, 5, 21. *i. q. ſignificaſſe.*

pertinet ſenſus in omnia, 25, 24. *i. e. pervenit.*—pertinet caritas reipublicæ per omnes ordines, 23, 49. (*extenditur.*)

PERTRAHERE, 30, 12. vivus (*Syphax*) ad Lælium pertrahitur. *ſcil. captivus.*

ad pertrahendam eam navim, 40, 4. *ubi Perizonius legi vult* retrahendam.

donec ad tumulos tegentes Romanum equitatum pertraxit, 29, 34.

in concionem quoque eos iidem precibus pertraxerunt, 45, 10. *cf.* 10, 19. *it.* 43, 8.

PERVADERE, 42, 5. ea contagione velut tabes—id pervaſerat malum.

poſtquam—Epicyden adeſſe, pervaſit rumor, 24, 31.

quum pervaſiſſet caſtra rumor, 5, 18.

Doridem cum exercitu pervaſit, 42, 13.

terror pavorque—in totam penitus aciem pervaſit, 8, 9.

ut pervadere expeditus nuncius non poſſet, 9, 43. *cf.* 26, 7. *it.* 28, 3.

PERVAGARI, 26, 45. piſcatores—vadis pervagatos ſtagnum.

errabundi domos ſuas, ultimum illud viſuri, pervagarentur, 1, 29.

pervagati Samnium conſules, 10, 39. (*cum exercitibus*) ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum, 38, 17. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 97.

PERVASTATIS paſſim agris, 21, 7. *cf.* 8, 19. *it.* 10, 37.

PERVE-

Digitized by Google

PERVEHERE, 5, 40. plauſtro conjugem ac liberos vehens—virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit, et Cære—pervexit. *cf.* 44, 45.—tranquillo pervectus Chalcidem, 31, 23.

PERVELLE, 8, 18. illud pervelim—proditum falſo eſſe, venenis abſumtos.

PERVENIRE, 5, 5. ad finem operis tandem perventum.—necdum a ſingulis—pervenerant factiones, 1, 17.

niſi Hiſpanorum cohors, ad id ipſum remiſſa ab Hannibale, perveniſſet, 22, 18. *ubi cum Gronovio legendum* ſuperveniſſet.

equites—et elephanti—et tritici modiûm—millia ab rege Maſiniſſa ad exercitum—pervenerunt, 32, 27.

PERVERSUS, 21, 33. perverſis rupibus juxta invia ac devia aſſueti diſcurrunt. *infeſtas et incommodas Creverius interpretatur, laudans Virgilii Æneid.* 7, 584. *Sed vid. la Cerda ad hunc locum, unde ſua ſumſit Creverius. Equidem, dum auctoritatibus, pro genuina lectione, vindicetur,* perverſis, *eo quidem ſignificatu, quo accipi h. l. ſolet, etiam a Cel. Strothio, qui* tranſverſis, obliquis, *interpretatur, vitioſam iſtam lectionem eſſe arbitror.*

PERVERTERE, 21, 5. ubi pedes inſtabilis, ac vix vado fidens vel ab inermi equite, equo temere acto, perverti poſſet.

PERVESTIGARE, 31, 13. Locris ſacrilegium perveſtigatum a Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxiorum in theſauros repoſita.

PERVICACIA, 9, 34. pervicacia tua et ſuperbia coëgit me loqui. *in partem deteriorem h. l. pro* pertinacia *eſt accipienda, quum alias et in bonam partem dicatur. vid. Drakenborch. ad h. l.*

PERVICAX, 42, 62. deos hominesque et moderationis Perſei, et illorum pervicacis ſuperbiæ futuros teſtes.

PERVIDERE, 33, 5. ut neque quæ cujuſque ſtipitis palma ſit, pervideri poſſit. *i. q. accurate diſcerni.*

PERVIGILIUM, 23, 35. caſtra Campana, ut in pervigilio neglecta, ſimul omnibus portis invadit.

PERVILIS, 31, 50. annona quoque eo anno pervilis fuit.

PERVINCERE, 42, 45. multis rationibus pervicerat Rhodios, ut —Romanam ſocietatem—retinerent. *niſi legatur cum Drakenborchio* pervicerat, Rhodii ut etc. *i. e. perſuaſerat.*

his orationibus pervicerunt, ut conſules in ſenatus auctoritate fore dicerent ſe, 32, 28.—inſtando ſtimulandoque pervincit, ut etc. 29, 31. *cf.* 2, 40. *it.* 4, 12.

poſtquam ipſa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata eſſet, 10, 24.

PERVIUS ſaltus, 9, 43.—ſpecus, 10, 1.—ut pervium ordinem faceret, 30, 10.

frontibus velut pedeſtris acies urgebant, perviæque naves pugnantibus erant, 26, 39. *i. e. ordines navium laxi, ut tranſitus navibus aliis eſſet.*

PERURERE, 24, 20. peruſti late agri. *cf.* 26, 13.

PES cum pede collatus, 28, 2.—pede collato pugnare, 38, 21. *cf.* 10, 29.—ad pedes pugna ierat, 21, 46.

peditem ne ad pedes degreſſo equiti parem eſſe, 3, 62. tuo conſilio equitem ad pedes deduxeris, 4, 40.

ad

Digitized by Google

ad pedes descensum a Romanis, 9, 22.

ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent, 24, 18.

minimum pedibus itineris confectum : plerumque provolventes se simul cum armis aliisque oneribus, cum omni genere vexationis, processerunt, 44, 5.

pedibus proficisci, 26, 19. *h. e. in terra continenti. Opponitur :* navibus ire.

Argos et Lacedæmonem—sub pedibus tuis relinquemus; quæ titulum nobis liberatæ Græciæ servientes deforment? 34, 32.

in quam sententiam quum pedibus iretur, 5, 9.

PESSIMUM, 2, 1. quin pessimo publico facturus fuerit. *Sic etiam* 4, 4. *legendum videbatur Gronovio, non :* pessimo exemplo publico. *Similiter Tacitus* egregium publicum *dixit. Apud Nostrum* 4, 44. *hæc sunt :* ut in parcendo uni malum publicum fiat.

PESTIFERO fidere icti, 8, 9.

Tarquinius—mihi sibique—pestiferum hinc abstulit gaudium, 1, 58.

PESTILENS annus, 4, 52.—gravis pestilensque omnibus animalibus æstas, 5, 13.—in pestilente atque arido circa urbem solo luctari, 7, 38.

ne improbum vulgus a senatu aliquando libertatem salubri moderatione datam ad licentiam pestilentem traheret, 45, 18.

pestilens collegæ munus esse agros : illos servitutem iis, qui acceperint, laturos, 2, 41. *alibi* veneno illitum *tale munus dicitur.*

PESTILENTIA orta, 9, 28.—sedata, 7, 3.—urens simul urbem atque agros, 10, 47. *Ceterum* pestilentia *et* pestis *promiscue dicuntur*, 4, 25. *cf.* 25, 26.

et loco gravi et tempore anni (medium enim ætatis erat) ad hoc insolito odore ingruere morbi vulgo : cujus pestilentiæ metu profecti etc. 37, 23.

PESTIS publica, 8, 18. *i. q. pestilentia, vel potius veneficium sub nomine pestilentiæ.*

pestis ac bellua immanis, 29, 17. *i. e. bellua pestifera.*—illam furiam pestemque omnibus delinimentis animum avertisse atque alienasse, 30, 13.

terrorem assiduum a Volscis fuisse, quam pestem adhærentem lateri suo tot super alia aliis bellis exhaurire nequisse, 6, 10.

qui superessent pauci, si multiplici gravarentur stipendio, alia perituros peste, 23, 48.

ut alii alia peste (*mortis genere*) absumti sint, 25, 19. *cf.* 10, 28. locumque eumdem suæ pestis et Gallorum ac Samnitium fore. *i. e. interitus.*

pestis—anceps, 35, 27. (*de incendio castris illato.*)

PETERE, 35, 10. in unum locum petebant ambo patricii; et rei militaris gloria recens utrumque commendabat. *de comitiis consularibus.*

ad pacem cum precibus petendam, 9, 16.—precibus ab diis petitum, 5, 18.

diemque

Digitized by Google

diemque comitiis a—prætore urbano petiit, 43, 16.

petere—ſe quoque in gratia reconciliatæ pacis poſſe uti, 44, 14. pro *petere, ut poſſit etc.*

magis tentata eſt triumphi ſpes, quam petita pertinaciter, 28, 38. *niſi, quoniam duriuſculum eſt*, ſpem petere, *cum Dukero legere malis* petitus: *quod tamen neceſſarium non videtur.*

quod iter petiturus eſſet, ignarus, 44, 2. *in eod. capite eſt:* viam petere. *vid. Intt. ad h. l.*—petere fugam, 9, 23.—vallum, 8, 38.

PETITOR, 3, 44. notam judici fabulam petitor, quippe apud ipſum auctorem argumenti, peragit.

PHALANGITÆ, 37, 42.

PHALANX Macedonum gravis atque immobilis, 33, 9. *cf.* 9, 19. —Phalanx immobilis et unius generis, 9, 19. *cf.* 8, 8. *ipſe Livius interpretatur per cuneum*, 32, 17.

PHALERÆ, 22, 52. ſi quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat—omnis cetera præda diripienda data eſt.

PIACULARIS, 29, 19. ſacrum piaculare fieri, ita ut prius ad collegium pontificum referretur, quod ſacri thefauri moti, violati eſſent, quæ piacula, quibus diis, quibus hoſtiis, fieri placeret.

PIACULUM, 39, 47. ſine piaculo rerum prætermiſſarum.

piacula iræ deûm conquirere juſſus, 40, 37. *cf.* 22, 9.

piaculum hoſtiam cædi, 8, 10. *cf.* 29, 8. *et* 19.

ipſum (*Poſtumium*) ſe cruciatibus et hoſtium iræ offerre, piaculaque pro populo Rom. dare, 9, 10. *cf.* 6, 21.

ut luendis periculis publicis piacula ſimus, 19, 28.

niſi aliquod profecto nefas eſſe, quo, ſi interſimus ſpectaculo, violaturi ſimus ludos, piaculumque merituri, 2, 38.

auctoribus ad piaculum noxæ objiciendis, 45, 10.

hæc—legatio etiam inſolentioris—legationis ſatis magnum piaculum eſſet, 45, 23.

dedendum id piaculum (*Hannibalem*) rupti fœderis, 21, 10. *i. e. ad expiandam violationem fœderis. cf.* 8, 9.

PIE, 1, 22. ita pie bellum indici poſſe. *i. q. legitime, ſine violatione fidei.*

magis pie (*ut frater*) quam civiliter (*leges reſpiciens*) vim feciſſe, 38, 56.

PIGNERARE, 29, 36. bona pigneranda pœnæ præbebant, *i. e. relinquebant, ut iis publicandis pœna fumeretur. vid. Drakenborch. ad* 6, 35.

quum—quorum propinqui extra urbem intercluſi ab hoſtibus erant, velut obſidibus datis, pigneratos haberent animos, 24, 1.

PIGNUS, 33, 22. oppidorum ac vicorum falſas et in tempus ſimulatas, ſine ullo pignore, deditiones factas eſſe. *h. e. non obſidibus datis, non traditis armis.*

quos (*equites*) pignora pacis cuſtodiendos Luceriam Samnites dederant, 9, 16.

nec obſides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, poſceret, 43, 10.

adjicit

Digitized by Google

adjicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ, filias—matrimonio jungere velle, 32, 38. *nisi* pignus *capiatur de traditione Argorum, quod non probabile admodum est. Ceterum pro* ad *aut* id *melius legeris, aut prorsus* ad *fustuleris. vid. Duker. ad h. l.*

fortunæ pignora, 9, 18. *i. e. boni duces bellici.*

conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani, 26, 27. *int. Palladium.*

dimissi circa domos apparitores, simul ad pignora capienda, 3, 38. *cf.* 37, 51. *it.* 43, 16.

PIGRITIA et PIGRITIES, 6, 4. pigritiâ ædificandi. *i. e. quod ædificare nollent.*

imminens nox—Romanis pigritiem ad sequendum locis ignotis fecit, 44, 42.

PILA librata ponderibus siguntur, 7, 23. *vid. supra in v.* libratus.

PILEATUS, 33, 23. magis in se convertit oculos Cremonensium —colonorum turba pileatorum, currum sequentium. *i. e. tamquam libertorum imperatoris. cf.* 45, 44.

PIUS, 2, 38. nisi aliquod profecto nefas esse, quo, si interfimus spectaculo, violaturi simus ludos—ideo nos ab sede piorum, cœtu concilioque abigi.

Decium consulem purum piumque deis immortalibus visum, 10, 7.

adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello, 42, 23. —justum piumque bellum, 9, 8. *vid. Drakenborch. ad h. l.*

PLACABILIS, 4, 42. Hortensii placabile ad justas preces ingenium. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 23.

PLACAMEN, 7, 2. ludi quoque scenici—inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicuntur. *cf. cap. sequ.* velut aversis jam diis, aspernantibusque placamina iræ.

PLACARE, 8, 33. his vocibus quum in se magis incitarent dictatorem, quam in magistrum equitum placarent.

ad placandos deos, mitigandosque homines, 9, 1. *cf.* 8, 33. nec preces, quæ sæpe hostem mitigavere, quæ deorum iras placant.

PLACATUS, 2, 60. tum duci, tum—Patribus quoque placatior exercitus rediit.

PLACERE, 33, 31. quum primum ei res suæ placuissent, *i. q. quum primum satis potens esset: vid. B. Patruum ad Tacit. Mor. Germ. cap.* 11.

ubi satis placuere vires, 39, 30. *i. e. satis magnæ et idoneæ visæ sunt.*

placet hibernis locus, 24, 20. *i. q. ad hiberna.*

togaque et forum placuere, 22, 26. *i. e. rebus forensibus, eaussisque agendis operam dedit: vid. Gronov. ad Tacit. Annal.* 11, 7.

in omnibus circulis atque etiam, si his placet, in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant, 44, 22. *i. e. quod maxime stultum: solent enim hæc verba ironice dici. cf.* 4, 3.

neque illos recte feciffe—neque senatui placere, deditos spoliari, 39, 54. *de senatus decreto.*

PLACIDE, 38, 20. animadvertit meridiana regione terrenos et placide acclivos ad quemdam finem colles esse. *Vid.* pascere.

PLACI-

Digitized by Google

PLACIDUS, 3, 15. accipiunt civitatem placidiorem conſules.

PLAGA una (Materinam ipſi appellant) non continuit modo ceteros in armis, ſed confeſtim ad certamen egit, 9, 41. *plaga h. l. pro parte exercitus hoſtilis dicta eſt. Cel. Strothius* pagum *vel* tribum *interpretatur.*

PLAGULA, 39, 6. veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas—Romam advexerunt: *pro aulæis, tapetibus, accipiuntur a Dukero, quibus parietes et lecti cubiculares obducuntur. Apud Suetonium in Tito cap.* 10. *ſunt dimotæ plagulæ in lectica; ſed lecticæ tum non in uſu videntur fuiſſe. Poſſis huc commode referre locum Eutropii,* 9, 12. *ubi lecticulæ pallia occurrunt. Proprie plagulæ ſunt ſegmenta lintei panni etc.*

PLANICIES (*et* PLANICIA) ſubmiſſa faſtigio, 27, 18. *i. e. mons declivior a faſtigio, nec deſcenſu abrupto, ſed, qui ſenſim in planiciem abit, dum veniatur in æquum. Similiter* 25, 36. omnia faſtigio leni ſubvexa.

partem planiciæ aut Jovis templum aut oppidum tenet, 44, 6.

PLANUS, 9, 26. urbs ſita in plano.—a planioribus aditu locis, 1, 33.

PLAUSTRUM, 9, 30. in plauſtra ſomno victos (*tibicines*) conjiciunt ac Romam deportant, nec prius ſenſere, quam, plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppreſſit.

PLEBEIUS, 22, 34. nec finem ante belli habituros, quam conſulem vere plebeium, id eſt hominem novum, feciſſent.

PLEBICOLA, 3, 68. aſſentatores publicos, plebicolas iſtos etc. *cf. cap.* 33.

PLEBISCITUM. *Dicitur etiam diviſum* plebis ſcitum, *interjecta copula* que, 22, 26. *item* plebiſque ſcitus, 25, 7.

PLEBS, *it.* PLEBES, 3, 14. alloqui plebis homines. *cf.* 8, 33. de plebe multitudo, 5, 39. *vid. Drakenborch. ad* 5, 12. *it. ſupra in v.* multitudo. *Honeſtius autem* de plebe *dicitur, quum ſermo eſt de ordinum in republica diverſitate, in primis, qua in magiſtratibus creandis huc reſpiciebatur. Nam qui ex ordine plebeio in ſenatum allecti erant, et ipſi* de plebe *dicuntur, v. c.* 6, 42. Sextius de plebe primus conſul. *cf.* 7, 17. Marcius Rutilus dictator et cenſor primus de plebe. (*alibi, v. c.* 6, 37. *eſt etiam* ex plebe). *Itaque et* plebeius conſulatus *memoratur,* 6, 39. *et* plebeii magiſtratus, 6, 11. *Unde porro intelligitur* plebeios *et* de plebe *nihil a ſe invicem diſcrepare. Antiquioribus autem temporibus, ut ultima repetamus, quum non niſi patricii ſenatores eſſent, quotquot* plebeii *erant, iidem etiam* de plebe, *h. e. non* ſenatores, *nec* patricii *erant, et contra. vid. Duker. ad* 39, 17.

a plebe, conſenſu populi, conſulibus negotium mandatur, 4, 51.

prætor is, qui jus populo plebeique dabit ſummum, 25, 12.

ut plebes ab optimatibus diſſentirent, 24, 2.

plebem ſuam impelli poſſe, ut arma caperent, 2, 35.

non enim populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe, 2, 56. *vid. infra in v.* populus.

tribunus plebis tulit ad plebem, plebeſque ſcivit, 34, 53.

PLENUS,

Digitized by Google

PLENUS, 1, 14. plenis portis effusi hostes. *i. e. ut portæ multitudine repleantur.*

pleno gradu ad castra hostium tendunt, 9, 45. *vid.* gradus.

eunt in pugnam irarum speique pleni, 2, 45.—pleni adhortantium vocibus, 1, 25.—ignominiæ cladisque pleni, 4, 10.—pleni populationum, 2, 43.—lacrimarum, 7, 31. *it. cap.* 40.—crapulæ, 9, 30.—minarum iræque, 8, 30. *vid. Drakenborch. ad* 3, 25.

omnia votorum lacrimarumque plena, 7, 30.

plenior aliquanto animorum irarumque, 6, 18.

PLERIQUE, *pro multis*, 10, 13. eo anno plerisque dies dicta ab ædilibus. *vid. Duker. ad Epit.* 34. *Id postea magis frequentatum est ætate argentea.*

PLERUMQUE, 40, 46. ex infestis hostibus plerumque socii fideles. *i. q. non raro.*

finis incliti per Europæ plerumque, atque Asiam omnem regni, 45, 9. *adjective. nisi vero cum Dukero legas* pleraque.

PLORATUS, 2, 33. clamor inde oppidanorum, mixtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut solet, primo ortu et Romanis auxit animum etc. *vid. Drakenborch. ad h. l. it. ad* 26, 9.

PLUERE, 3, 10. inter alia prodigia et carnem pluit. *Sunt, qui* carne *præferant. Sic* lapidibus pluit, 1, 31.—terra pluit, 34, 45. *vid.* sanguis. *Etiam* pluvit *in aliis locis optimi codices exhibent.*

PLURES Samnitium cecidere, plures Romani vulnerati sunt, 8, 36.

PLURIMUS, 41, 4. plurimos hostium occidit.—ubi plurimum belli fuerat, 2, 31.—quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset, 21, 57.

quorum secundum Ætolos plurima fuit opera in eo bello, 36, 7.—plurima præda, 10, 45.

plurimo—clamore—orto excitos reges, 1, 39.

cœlum visum est ardere plurimo igni, 3, 5.—facibus ardentibus plurimum simul ignem conjecerunt, 23, 37.

PLUS, 40, 2. quum plus annum æger fuisset, pro *per annum amplius.*—paullo plus ducentos passus a castris Romanis, 31, 34.

nulla (*navis*) plus quam triginta remis agatur, 38, 38. plus tamen hostium fuga, quam prœlium absumsit, 2, 42.

plus mille capti, 24, 41. *cf.* 42, 23.

parte plus dimidia rem auctam, 29, 25.

PLUVIA, 21, 56. aut nihil sensere obstrepente pluvia, aut—sentire se dissimularunt.

POCILLUM mulsi—sese facturum, 10, 42. *i. e. sacrificandi caussa oblaturum*; pro *pocillo facturum.*

PŒNA, 8, 30. dictatorem avidum pœnæ venire. *scil. sumendæ a magistro equitum.*

has dea pœnas a templi sui spoliatoribus habet, 29, 18.

PŒNITERE, 1, 8. me haud pœnitet eorum sententiæ esse. *i. e. non dubito etc.*

pœniteat nunc vos plebeii consulis, 4, 3. *i. q. pudeat.*—neminem noxæ pœnitebat, 2, 54.

nec

nec aut eventus eorum Romanum, aut morae, qua trahebant bellum, pœnitebat, 9, 27.

Volumnium provinciæ haud pœnituit; multa fecunda prœlia fecit, 9, 42.

ut nos cladium noſtrarum non pœniteat, 28, 39.

quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Rom. pœnituit, 9, 18. *cf.* 22, 12.

quippe minime pœnitere ſe virium ſuarum, ſi bellum placeat, 8, 23. pro *ſatis virium ſibi eſſe etc. cf.* 4, 58.

Ætolos quoque—ſi pœnitere poſſint, poſſe et incolumes eſſe, 36, 22.

ſub haud pœnitendo magiſtro, ipſo Anco rege, 1, 35.

POLIRE, 40, 51. columnaſque circa poliendas albo locavit. *verbum proprium de opere albario vel tectorio: vid. Cel. Ruhnkenium ad Velleii* 2, 22.

POLLERE, 1, 24. quanto magis potes polleſque.—qui (*populus*) certe unus plus, quam tua dictatura, poteſt polletque, 8, 33.

nec arma modo, ſed jura etiam Romana, late pollebant, 9, 20.—Etruria terra marique pollens, 5, 54.

quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet, 6, 35.

POLLICITATIO, 42, 38. decepti pollicitationibus regis.—pollicitatio benigna, 31, 25. *Sic et* 9, 30. benigne polliceri.

POLLUERE, 6, 41. omnes cærimonias polluimus, *cf.* 7, 2.—vulgata dein religio a pollutis, nec matronis ſolum, ſed omnis ordinis feminis, 10, 23.

polluta ſemel militari diſciplina, 8, 34.

ſacram hanc inſulam (*Samothracam*) et auguſti totam atque inviolati ſoli eſſe?—cur igitur—pollutam homicida ſanguine regis Eumenis violavit? 45, 5. *i. e. polluit atque violavit. niſi legatur cum Gronovio* pollutus.

POMŒRIUM verbi vim ſolam intuentes, poſtmœrium interpretantur eſſe etc. 1, 44.

POMPA, 2, 54. conſulares vero faſces, prætextam curulemque ſellam, nihil aliud, quam pompam funeris putent: claris insignibus velut inſulis velatos ad mortem deſtinari.

PONDO, 8, 14. uſque ad mille pondo clarigatio eſſet. *i. q. mille æris, ſive mille aſſes, qui tum libram pondo erant. Sic Dukerus.*

torquis aureus duo pondo, 44, 14. *Gronovius Pec. Vet. p.* 36. duapondo *legi vult, i. e. duas pondo libras. cf.* 21, 62. donum ex auri pondo (*pondere librarum*) quadraginta Lanuvium—portatum eſt. *cf.* 28, 45.

PONDUS, 5, 51. qui (*hoſtes*) cæci avaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt.

PONE, 44, 16. ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni ſignum—in publicum emit.

PONERE, 4, 20. dictator coronam—in Capitolio Jovi donum poſuit. *cf.* 26, 24. 32, 27. 42, 6. *vid.* donarium. *it.* ſacratus.

aramque ibi poſuit, 10, 23.—in ædem Herculis ſignum dei poſitum, 38, 35. *cf.* 31, 44.

ſigna.

Digitized by Google

ſigna ænea quinque in ærario poſuerunt, 31, 50. pro *repoſuerunt ſervanda. Hæc forma uſitatior eſt, quam caſus quarti.*

ſtatuamque auratam—patri Glabrioni poſuit, 40, 34.

legatorum—ſtatuæ publice in Roſtris poſitæ ſunt, 4, 17.

ni abditi poſt tumulum opportune ad id poſitum etc. 28, 13. *i. q. ſitum.*

navium carinæ—quum eſſent poſitæ, 28, 45. *vid.* carina.

in conſpectu erant poſita in plano (*caſtra*), 5, 28.

in urbe alieno ſolo poſita, 4, 48. *i. q. ſtatuta, conſtituta, condita: ita enim hiſtorici, in tali re, loqui ſolent. cf.* 39, 27.

cum urbe ſimul poſitæ traditæque per manus religiones, 5, 51.

pilis ante pedes poſitis, gladiis tantum dextras armemus, 6, 12.

piloque poſito, ſtricto gladio in hoſtem impetum facit, 7, 16.

cætratos—haſtis poſitis, quarum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet, 33, 8. *i. e. reclinatis, demiſſis, ut e Græco* κατακλωῦσι *Polybii vertendum fuiſſe putat Creverius. cf.* 35, 35.

tabulam poſuiſſe, et juraſſe, (*Flavium, ſcribam*) ſe ſcriptum non facturum, 9, 46.

poſitis omnium aliarum rerum curis, 7, 32.

dii immortales ita vos potentes hujus conſilii fecerunt, ut, ſit Latium deinde, an non ſit, in veſtra manu poſuerint, 8, 13.

inter quos (*auctores*) me ipſe in re dubia poni malim, 29, 25.

ut in dubio poneret, utrum—matronæ ſua ſponte, an nobis auctoribus, feciſſent, 34, 5.—in incerto, 4, 23. pro *reponere, relinquere.*

haud in magno equidem ponam diſcrimine, *Præfat.*

in quo (*Papirio*) tum ſumma rei bellicæ ponebatur, 9, 38.

ad mœnia urbis perveniſſe—in gloria ponebant, 26, 37.

in Romanos odii regnum poſuerat præmium, 41, 23. *i. q. propoſuerat.*

ſi quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo, 6, 40. pro *apponat.*

PONS fluminis, 23, 24.—Romani ponte Ticinum jungunt, 21, 45.

ponte ſublicio tum primum in Tiberi facto, 1, 33.—portum et pilas pontis in Tiberim, 40, 51.

PONTIFEX *pro Pontifice maximo*, 34, 44. *vid. Jac. Gronov. ad* 1, 32.

pontificum ſcita, 1, 20.—ſcribæ, 22, 57.—penetralia, 9, 46. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

pontifices ſuffecti, 25, 2.—ante hunc nemo—pontifex creatus fuerat, qui ſella curuli non ſediſſet, *ibid. cap.* 5.

POPULARI, 3, 6. urbem Romanam ſubita deûm ira morbo populari. (*paſſive dictum*)

ſi qua licentia populando effuſus exercitus, 9, 31.

conſul quum aliquoties per omnem hoſtium agrum populabundus iſſet, 3, 3. *cf.* 2, 63. *it.* 25, 14.

POPULARIS, *qui eſt ejuſdem populi*, 34, 27. tria millia mercenariorum militum, decem millia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit.—Karthaginienſes, duces ſuarum gentium inter populares, 30, 33.

tribuni

Digitized by Google

tribuni plebis popularem poteſtatem lege populari celebrabant, 2, 42.

dictator—in actione minime popularis, 22, 25. *Gronovius malebat* populari.

conſenſu opprimi popularem virum, 6, 20.—minime popularе miniſterium agro aſſignando ſociis, 4, 11.—populare ingenium, 5, 17*. *i. e. populo tractando, capiendo, aptum.*

POPULATIO effuſa, 10, 2.—in agris, 38, 14. *i. e. agrorum.*—populationibus feſſi, 9, 20.—populationum plenus, 2, 43. *h. e. rerum populando congeſtarum.*

quum populationem ſepulchris diruendis exercuiſſet, 31, 26.

non populationem, nec prædonum parvas manus—adeſſe, 3, 3.

prædæ populationumque ſpes, 22, 1. *cf.* 22, 9.

POPULATOR, 3, 68. niſi paucis diebus hos populatores agrorum noſtrorum fuſos fugatoſque caſtris exuero. *cf.* 10, 21. *it.* 22, 12.

POPULUS, 2, 56. non populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe.—ea mihi populo plebique Romanæ—bene verruncent, 29, 27. *cf.* 3, 19.—prætor is, qui jus populo plebeique dabit ſummum, 25, 12.

cujus populi ea, cujuſque gentis claſſis fuerit, 7, 26.—in omnibus Græciæ gentibus populiſque, 45, 31.

neminem neque populum neque privatum fugio, 9, 1.

nec facturum æqua Samnitium populum, 7, 31.—ex omnium Samnitium populis, 10, 14.—ab frequentibus populis, 9, 20.

populus cultoribus frequens, 21, 34.

non ex eiſdem ſemper populis exercitus ſcriptos, quamquam eadem ſemper gens bellum intulerit, 6, 12.

ſe (*tribunos plebis*) ad populum laturos, 10, 13. *i. q. ad plebem. cf.* 7, 42. 25, 3.

frumenti vim binis æris in modios populo (*plebi*) diviſerunt, 31, 50. *cf. cap.* 4. *it.* 33, 42.

concurſus populi, mirantium, quid rei eſſet, 1, 41.

PORRICERE, 29, 27. cruda exta victimæ in mare porricit.

PORRIGERE manus ad cœlum, 30, 21.

ratem unam—a terra in amnem porrexerunt, 21, 28. in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem, 7, 10. *eleganter* pro *ſtravit, ad proceritatem hominis ſimul exprimendam.*

ab ſitu porrectæ in dorſo urbis, 1, 3. *i. e. in longitudinem extenſæ.*

ſimul, ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demtum introrſus porrectis ordinibus duplicat, 33, 8. *i. e. dimidio de fronte demto introrſus porrectos ordines duplicat. cf.* 25, 21.

et facem Setiæ ab ortu ſolis ad occidentem porrigi viſam, 29, 14.

PORRO, 1, 7. ex loco infeſto armenta porro agere cœpit.—quum infenſus ira porro inde abiturus videretur, *ibid. cap.* 53.

PORTA extraordinaria, 40, 27. *i. e. prætoria, ubi tendebant extraordinarii.*—dextra et ſiniſtra principalis porta, *ibid.*—nocte per averſam portam ſilentio exceſſerunt, 10, 34.

porta Collina urbem intravere, 3, 51.—Capena cum exercitu ingreſſus, 26, 10.—Carmentali in urbem ductæ, 27, 37.

Digitized by Google

portarum exitus, 9, 37.—fores, 25, 30. *vid.* clauſtra.—plenis portis effuſi hoſtes, 1, 14.—in ipſis portis hoſtium, 21, 30. *it.* 54.

PORTARE, 45, 1. magna pars hominum ad conjuges liberoſque lætum nuncium portabant.

— iis quoque (*regulis*) quæ darentur, portata, 27, 4.

has ſpes cogitationeſque ſecum portantes, 1, 34.

PORTENDERE, 5, 15. quidnam eo dii portenderent prodigio.—aliud, magnitudinem imperii portendens, prodigium, 1, 55.—quam ſibi ſpem (*oraculum*) portenderet, 29, 11.

dii—auguriis auſpiciiſque—omnia læta ac proſpera portendunt, 26, 41. *cf.* 31, 7.

quo maturius fatis, ominibus, oraculiſque portendentis ſeſe victoriæ compotes fierent, 29, 10.

ominatur, quibus quondam auſpiciis patres eorum pugnaverint ad Ægates inſulas, ea illis exeuntibus in aciem portendiſſe deos, 30, 32. *Hic manifeſte dicitur* portendere auſpicia, *quod negabat Dukerus: non bene: nam* portendere *eſt* oſtendere.

PORTIO, 7, 1. pro portione et ex multitudine alia multa funera fuiſſe.

quibus aliquid novi adjectum commodi fit, eis laborem etiam novum pro portione injungi, 5, 4.

æquis portionibus ſolveretur, 6, 35. *uſitatius foret*, penſionibus, *atque ita legendum videbatur Cujacio: ſed codices non addicunt; nec eſt neceſſarium, quia penſiones tamen ſunt portiones æquæ, plerumque certe, ſummæ univerſæ.*

PORTORIUM, 32, 7. portoria venalium—item Caſtrorum portorium, quo in loco nunc oppidum eſt, fruendum locarunt. *vid. Drakenborch. ad h. l.*

PORTUS, 45, 30. alii (*portus*) ad inſulam Euboeam, alii ad Helleſpontum opportune verſi.

ex patenti utrimque coactum in anguſtias mare ſpeciem intuenti primo gemini portus in ora duo verſi præbuerit, 28, 6.

ante os ipſum portus anchoras jacit, 25, 11.

caſtra munita, portum ad omnes caſus, 44, 39. *i. q. perfugium.*

POSCERE, 1, 24. ſagmina te rex poſco. *cf.* 7, 32. vid. *expoſcere.*

privatis dictatorem poſcere reum verecundiæ non fuit, 9, 26.

arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora poſcent, 6, 6.

POSSE, 8, 33. qui (*populus*) certe unus plus, quam tua dictatura, poteſt polletque.

ab illis, etiam quæ non poſſint, tentari, 9, 26.

omnia ut poſſes in nobis, dii dederunt, 30, 12.

concionem Argivorum poſtulabat rex, ut id ſciri poſſet, 32, 40. pro *ſciretur, cognoſceretur. Sic, pleonaſtice, ſæpius dicitur. vid. Gronov. ad* 32, 13.

deleri totus exercitus potuit, 32, 12. pro *potuiſſet.*

POST, 41, 9. poſtque ea.—poſtve eos cenſores, 39, 3.

poſt paucis diebus, 32, 5. *uſitatius poſt caſum ponitur hoc ſenſu. cf.* 40, 47. *et* 57.

poſt tertium diem, 6, 1. *i. q. tertio die. Eadem ratione dicitur: ante diem tertium v. c. Kalendas Octobres.*

Hannibalem

Digitized by Google

Hannibalem poſt paullo audiſtis, 22, 60. *cf.* 5, 55.

POSTEA, 41, 24. legati deinde poſtea miſſi ab rege.

inde poſtea ad Demetriadem—ſub ipſis mœnibus urbis collocutus fuerat, 44, 24.

POSTERIUS, 26, 34. alios in vincula condendos, ac de his poſterius conſulendum. pro *poſthæc.*

POSTERUS, 1, 10. nec irritam conditoris templi vocem eſſe, qua laturos ea ſpolia poſteros nuncupavit. *i. q. futuros reges.*

POSTFERRE, 3, 64. qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent.

POSTHABERE, 7, 36. qui (*Decius*) auctor omnia poſthabendi—perpulit conſulem, ut hoſtes—aggrederetur. *i. e. auctor erat, ut ſine mora etc.*

POSTICUS, 23, 8. hortus erat poſticis ædium partibus. *cf.* 40, 2.

POSTMODO, 26, 29. ut comploratio eorum flebileſque voces et extemplo oculos hominum converterent, et poſtmodo ſermones præbuerint. *cf.* 2, 24. *it.* 25, 38.

POSTMODUM, 2, 9. hæc indulgentia Patrum aſperis poſtmodum rebus—adeo concordem civitatem tenuit, ut etc.

POSTREMO, 4, 14. et primum circumſpectans tergiverſari: poſtremo quum etc.—laceſſere ad pugnam: primo obequitando caſtris provocandoque; poſtremo etc. 2, 45. pro *primo—deinde—poſtremo. Sic* denique, *etiam apud Ciceronem, pro* ſecundo, deinde, *quamquam rarius, reperitur.*

POSTULARE, 5, 47. prout poſtularet locus.—quæ belli uſus poſtulabant, 34, 6.

poſtulabantur ergo nobiles homines, 9, 26. *i. q. accuſabantur.*

ut virginem in ſervitutem affereret, neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias, 3, 44.

POSTULATUM, 3, 53. quærentibus legatis, quæ poſtulata plebis eſſent,—ea poſtulavit, ut etc.

POSTULATUS, 4, 9. quum res peragi intra parietes nequiſſet, ventum in jus eſt: poſtulatu audito matris tutorumque, magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant jus nuptiarum. *Sic apud Ciceronem reperitur* peccatus.

POTENS, 21, 54. rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia eſſent.

neque pugnæ, neque fugæ ſatis potentes cæduntur, 8, 39.

ut potentes rerum ſuarum atque urbis Pœnum inde pro Romano acciperent, 23, 16.

conſules imperii potentes fecit, 22, 42. *ut imperare militibus obſequentibus poſſent.*

dii immortales ita vos potentes hujus conſilii fecerunt ut etc. 8, 13.

juvenem jam eſſe dictitans Hieronymum ac regni potentem, 24, 4.—potentes maris, 27, 30.

una natura freti æſtuſque totius certaminis potens, 28, 30.

ad id parum potentes erant, 9, 26. *ſcil. ut impedirent quæſtiones.*

blanditiis, ſatis potentibus ad animum amantis, 30, 7.

fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens, 9, 17.

Digitized by Google

foris nobis, quam domi, feliciora potentioraque arma esse, 31, 7.

POTENTATUS, 26, 38. at ille quum ab re averſus, tum æmulo potentatus inimicus.

POTENTIUS, 25, 1. ubi potentius jam eſſe id malum apparuit.

POTESTAS, 8, 33. penes quem (*populum*) omnium rerum poteſtas eſſet.

omnium rerum vobis ad conſulendum poteſtas eſt, 8, 13.

ſe in poteſtate tot principum civitatis futuros, 40, 46. *i. q. facturos, quæ ipſis placuiſſent.*

amiſſa omni de ſe poteſtate, 8, 27.

ſenatus populi poteſtatem fecit, 27, 8. *i. e. populo rem permiſit.*

ſi Marcius dimicandi poteſtatem non faciat, 9, 38.

familiam in poteſtate habere, 8, 15. *h. e. non manumittere.*

caſtella integra in poteſtatem venere, 9, 38.

quum—legatum æque ſontem—in ea poteſtate reliquerit, 29, 19.

imperia ac poteſtates, 4, 54.

magiſtrum equitum, quæ conſularis poteſtas ſit, 23, 11.

major poteſtas, 6, 11. *i. e. dictatura.*

poteſtas ſacroſancta (*tribunorum plebis*), 4, 44. *cf. cap.* 3.

neu poteſtas tribunicia—violet interceſſione ſua Romanum imperium, 8, 34.

ante tribuniciam poteſtatem creatam, 5, 2. *cf. cap.* 6.

dulcedine poteſtatis ejus capti, 5, 6.

POTIO, 21, 4. cibi potioniſque deſiderio naturali modus finitus. *cf.* 24, 16.

POTIOR, 7, 27. fides publica privatis difficultatibus potior ad curam ſenatui fuit.—omnium rerum potior cura, 5, 25. *cf.* 4, 57.

qua (*lectione*) potiores aliquot lectis præteriti eſſent, 9, 30.

POTIRI, 32, 13. Cymines et Angeas primo impetu potiti ſunt.

haud in dubia ſpe erant mature urbis hoſtium potiundæ, 8, 2.

donec mari potiantur hoſtes, 25, 11. *i. q. mare teneant, et in poteſtate habeant.*

POTISSIMUM, 1, 34. Roma eſt ad id potiſſimum viſa. *cf.* 3, 67.

POTISSIMUS, 5, 12. cur primus ac potiſſimus ad novum delibandum honorem ſit habitus. *cf.* 26, 40. *it.* 8, 33.

POTIUS, *Præfat.* cum bonis potius ominibus—libentius incipe-remus.

PRÆ, 1, 6. parvum Lavinium præ ea urbe, quæ conderetur, fore. *i. e. in comparatione ad illam urbem. cf.* 3, 26.

vix præ ſtrepitu audita lex eſt, 10, 13. *i. q. propter. cf.* 6, 40. 9, 14. 31, 24. 45, 7.

PRÆALTUS, 10, 2. oſtium fluminis prælti.—per prælta ſ fluvii ac profundas voragines, 22, 2. *cf.* 21, 54.

PRÆBERE, 40, 54. quum multa aſſoleat veritas præbere veſtigia ſui.

jam

Digitized by Google

jam altæ in ſegetibus herbæ pabulum præbere poterant, 23, 48.

præbet errorem, quod etc. 4, 61. *i. q. excitat.*—metum defectionis quum præbuiſſent, 21, 11.—terroris ſpeciem mendacio haud vanam præbere, 24, 30.

ea res tantum tumultum ac fugam præbuit, 26, 10. *cf.* 10, 20. *it.* 25, 26.

is timor frequentem ſenatum magiſtratui præbuit, 26, 13.

triginta navibus Servilio præbitis, 28, 10. *cf.* 35, 12.

ſe ſuo ſumtu operam reipublicæ præbere, 5, 4.

quod milites Romanos præbuiſſet ad miniſterium cædis, 45, 31.

qualem (*ſupellectilem militarem*) præberi conſulibus mos eſſet, 30, 17.

excluſos Romanos præbuere hoſti ad cædem, 25, 15.

longa vita (*Cyrum*) vertenti præbuit fortunæ, 9, 17.

præbituri vos telis hoſtium eſtis, 4, 28.

deſiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os, 4, 35.

PRÆCAVERE, 3, 53. decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis præcavere jubentur.

ſatis undique proviſum atque præcautum eſt, 36, 17. *cf.* 22, 42. *it.* 24, 8.

PRÆCEDERE, 22, 51. cum equite, ut prius veniſſe, quam venturum, ſciant, præcedam. *cf.* 38, 41.

ita, ſi ab annis ſeptemdecim ad ſenectutem ſemper vos ætatem meam honoribus veſtris anteiſtis, ego veſtros honores rebus gerendis præceſſi, 38, 51.

PRÆCEPS in occaſum ſol erat, 10, 42.—præcipiti jam ad veſperum die, 25, 34. *cf.* 4, 9.

omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt, 24, 7.—præceps ingenio in iram erat, 23, 7.

in præceps dare rempublicam, 27, 27.

nimiam (*libertatem*) et aliis gravem, et ipſis, qui habeant, effrenatam et præcipitem eſſe, 34, 49.

quod defenſores ſuos ſemper in præcipitem locum tollat, deinde in ipſo diſcrimine periculi deſtituat, 6, 17.

præceps periculo victoria, 9, 24. *cf.* 4, 11.—præceps pavore fugientium agmen, 22, 47.

præceps in provinciam abiit, 41, 10.

præceps legatio, 21, 18. *i. e. parum conſulto miſſa.*

genus Numidarum in Venerem præceps, 30, 12.

PRÆCEPTUM, 9, 31. poſtquam—ad ſigna undique coibant, et notis ordinibus in vetere diſciplina militiæ, jam ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies etc.

PRÆCERPERE, 45, 1. præcerptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt.

PRÆCIDERE haſtas, 32, 17.—caput, 23, 24.—ancoras, 28, 36.

præciſis manibus, 26, 12.

præciderant ſpem pacis, 42, 50.—ne ſpem reditus præciderent ſibi, 24, 31. *cf.* 4, 3. *it.* 29, 15.

PRÆCINERE ſacrificiis, 9, 30. *it.* ſacris, *ibid.*

Digitized by Google

PRÆCIPERE, 1, 7. tempore illi præcepto, at hi numero avium regnum trahebant.

non præcipiam gratiam publici beneficii, 6, 26.

nisi, antequam omnia præcipiant, divisus (*ager*) fit, 6, 5.

dum ipse longius spatium fuga præciperet falsa imagine castrorum, 22, 41.—iter præcipere, 3, 46. *i. q. anteire. cf.* 31, 39.

ipse tribus quinqueremibus Piræeum præcepit, accepitque naves ibi relictas, 32, 16.

fama prius præcepta res erat, 21, 32. *vid.* ante.

ex eo, quod acciderat, spem futuri præcipientes, 42, 61. *cf.* 31, 49.—ut præciperetur victoria animis, 10, 26.

PRÆCIPITARE, 23, 19. præcipitasse se quosdam, non tolerantes famem, constabat. *scil. in fluvium, Dukero ita supplente.*

plurimi in fossam præcipitavere (*se*) occisique sunt, 25, 11.

quum ad Cannas præcipitasset Romana res, 27, 40.

dum bellum majore animo gerunt, quam consilio, præcipitavere in insidias, 5, 18.

præcipitata raptim consilia, 31, 32.—ad rempublicam præcipitandam, 22, 12.

PRÆCIPUE, 42, 31. id præcipue provinciæ Macedoniæ datum etc. *viri docti* præcipuum *aut* præcipui *legi volunt. Sed nihil mutandum videtur. Sic enim* præcipue *et* proprie *reperitur, v. c.* 25, 28. proprie quidquam.

PRÆCIPUUS, 3, 14. præcipuum quidquam gloriæ aut invidiæ.

præcipuum supplicium pati, 9, 8. *i. e. præ ceteris.*

duobus fratribus regulis hæc (*munera*) præcipua, 43, 5.

PRÆCLARUS, 28, 28.—tot tam præclaris imperatoribus uno bello absumtis.

PRÆCURSOR, 26, 17. prœlia inter extremum Punicum agmen præcursoresque Romanorum fiebant. *i. q. velites.*

PRÆDA belli, 2, 39.—pecorum, 9, 31.—hominum, 31, 18.—prædæ abactæ hominum pecorumque, 4, 21. *cf.* 2, 64. 24, 20.—quum prædam ex agris agerent, 1, 1. *cf. cap.* 5. *it.* 3, 38. *et* 68.—præda populorum, 9, 93. *h. e. in populis facta.*

præda opulenta, 10, 39.—prædæ populationumque spes, 22, 1. *cf. cap.* 9.—spe majoris, quam ex agrestibus populationibus, prædæ, 10, 17.

legionem—prædæ sibi futuram, 24, 36.—ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint, 9, 36.—quum se suaque prædæ esse regi sineret, 1, 56.—ne quis liberum corpus violaret, reliqua prædæ futura, 25, 25.—datur prædæ oppidum, 2, 25.

quid aliud quam præda victoris erimus, 32, 21.

desertaque præda injuriæ puella stabat, 3, 48.

quem (*Darium*) prædam verius, quam hostem, incruentus devicit, 9, 17. *cf. cap.* 40.

res hostium in præda captas, quæ belli jure nostræ videbantur, 9, 1.

argenti tulit ex præda—militibus ex præda 120 asses dedit, 31, 20.

PRÆDAMNATUS, 4, 41. totam culpam ejus temporis in prædamnatum

Digitized by Google

damnatum collegam transferentem etc.—tot judiciis confossos prædamnatosque venire ad populi judicium, 5, 11.

prædamnata spe æquo dimicandi loco, 27, 18. *i. e. abjecta, vel damnata, ut quidam libri habent.*

PRÆDARI, 22, 3. medio Etruriæ agro prædatum profectus.

cohortes—in agros hostium prædatum misit, 24, 20. *cf.* 9, 31. —per speciem prædandi ex hostium agro, 24, 47.—tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi, 6, 41. *de agrorum divisione.*

exercitum prædabundum ad Anienem amnem pervenisse, 2, 26.

PRÆDATOR, 10, 2. et in terra prosperum æque in palatos prædatores prœlium fuerat. *cf.* 4, 53.

PRÆDES, 22, 60. prædibusque ac prædiis cavendum populo. *pleonastice dictum. vide B. Patruum ad Cic. Verr.* 1, 54.

PRÆDESTINARE, 45, 40. quos prætextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat.

PRÆDICARE, 4, 53. tum prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuisset. *i. q. denuncians.*

PRÆDICATIO, 4, 49. quod in urbe nuper direpta—minus prædicatione tribuni prædæ fuerit.

PRÆDICERE, 10, 14. ad prædictas hostium latebras succedit. *i. q. ante dictas. cf. ibid. cap.* 41. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 21.

itaque monere, prædicere, ut pontem interrumpant, 2, 10. *i. q. imperare. cf.* 21, 10.

PRÆDICTUM, 23, 19. quia prædictum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret. *i. e. imperium.*

velut ex prædicto ambo Scotussam petierunt, 33, 6.

PRÆDISPOSITUS, 40, 56. nuncios prædispositos misit ad Persea.

PRÆDIVES, 45, 40. Perseus contra prædives bellare cum Romanis incepit. *cf.* 4, 13.

PRÆDIUM, 45, 15. et eos, qui prædium prædiave ruffica pluris sestertium triginta millium haberent, censendi jus factum est.

PRÆDO, 38, 40. alibi prædo, alibi prædæ vindex cadit. *i. q. latro. cf.* 2, 12. 3, 3. 10, 2. 25, 9. 34, 21.

PRÆESSE, 25, 16. qui in Bruttiis præerat. *scil. exercitui: dicitur autem* præesse *ut* interesse *subinde sine casu adjecto.* vid. *interesse.*

PRÆFARI, 5, 41. pontifice maximo præfante carmen. *i. e. verba præeunte.*—sollemne carmen precationis, quod præfari magistratus solent, 39, 15. *cf.* 22, 1. *it.* præire.

PRÆFATIO, 45, 5. quum omnis præfatio sacrorum (*procul, O! procul este profani, aut simile quid*) eos, quibus non sint puræ manus, sacris arceat.

PRÆFECTUS, 9, 20. præfecti Capuæ creari cœpti. *Gronovius malebat* Capuam.

a—præfecto urbis senatus habitus, 3, 29. *al.* urbi. *illam formam retinet Livius,* 3, 3. *et* 24. *alibi.*

PRÆFEROX, 3, 38. in paucos præferocis animi etc. *cf.* 5, 36.

PRÆFERRE, 3, 70. et prælatus ille facilitati submittentis se comiter respondebat. *nonnulli legunt* facilitate.

alii, se suosque mulcatos querentes, atroci responso judicium

Digitized by Google

ſuum præferebant, 3, 12. *i. q. præ ſe ferebant, declarabant, qualem eſſent ſententiam dicturi.*

prætulit triumphi diem, 39, 5. *i. e. præcepit, maturius deſtinato habuit.*

alia in ſpeciem præferentes, 42, 14. *i. q. præ ſe ferentes.*

præferens in vultu habituque inſignem memoriam ignominiæ acceptæ, 27, 34. *cf.* 7, 5. 37, 37. 39, 28.

declinaverunt paullulum; effuſeque prælatos hoſtes—ab tergo adorti ſunt, 2, 14.

ut effuſa fuga caſtra ſua—prælati urbem peterent, 5, 26. *i. q. præterlapſi.*

præter caſtra etiam ſua fuga pavore prælati, 6, 29. *cf.* 7, 24. *vid. Gronov. ad* 28, 30. *et* 29, 32.

raptique gurgite, et in obliquum prælati, 29, 32.

neque captivi ulli ante currum ducti, neque ſpolia prælata, 31, 49.

PRÆFERVIDUS, 9, 18. quid, ſi vini amor indies fieret acrior? quid, ſi trux ac præfervida ira?

PRÆFESTINARE, 23, 14. concedendo plebei ſenatum, ubi velint, defecturos ſe, ne deficere præfeſtinarent, effeciſſe.

PRÆFICERE, 1, 19. ſacerdotes ſuos cuique deorum præficere. *i. e. conſtituere, qui deorum cultum curent. Similiter annonæ præfici dicuntur, qui curant et adminiſtrant.*

præfeceruntque ludis ipſum imperatorem, 34, 41. *i. q. præſidere, honoratiſſimo loco ſedere voluerunt. apud Suetonium idem honos imperatoribus habitus dicitur ab iis, qui ſuis ſumtibus ludos ederent. Gr.* προεδρεύειν.

PRÆFLORARE, 37, 58. gloriamque ejus victoriæ præfloratam ad Thermopylas eſſe. *i. q. præreptam.*

PRÆFLUERE, 1, 45. infima valle præfluit Tiberis. *i. q. præterfluit. cf.* 44, 31.

PRÆFRINGERE, 27, 33. ad eminentem ramum cornu alterum galeæ præfregit. *male alii legunt* perfregit. *cf.* 8, 10.

ſi quas (*haſtas*) incidiſſent aut præfregiſſent, 32, 17.

PRÆFULGERE, 45, 43. ſicut præfulgebat huic triumphus recens; ita apparebat, ipſum per ſe intuentibus nequaquam eſſe contemnendum.

PRÆGELIDUS, 21, 54. in locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludium prægelidis.

PRÆGRAVARE, 7, 23. prægravata inhærentibus (*telis*) gerebant ſcuta.

exonerare prægravante turba regnum cupiens, 5, 34. *i. e. nimia.*

ſi ſumma petantur, et dantem et accipientem prægravatura, 35, 42. *i. q. incommoda et noxia futura.*

PRÆGRAVIS, 44, 4. quum Romanus imperator, major ſexaginta annis, et prægravis corpore, omnia militaria munera ipſe impigre obiret.

PRÆGREDI, 35, 30. ubi ea (*caſtra*) ſunt prægreſſi. pro *prætergreſſi, quæ eſt lectio aliarum editionum.*

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆGUSTARE, 40, 59. de menſa oleas præguſtaſſe mures in prodigium verſum eſt.

PRÆIRE, 26, 27. hac circumfuſus multitudine—Romam præivit.

obſecratio facta eſt, duumviris præeuntibus, 4, 21. *ſcil. verba: quod alibi additur v. c.* 42, 28. præeunte verba Lepido, pontifice maximo, id votum ſuſceptum eſt. *cf.* 8, 9. *it.* 9, 46.

omnia, uti decemviri præierunt, facta, 43, 13. *i. e. præceperunt: quemadmodum et legi volebat Dukerus, quoniam hoc ſignificatu nuſpiam* præire *apud Livium occurreret.*

PRÆJUDICARE, 26, 2. ne id ipſum, quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato (*Marcius*) ferret.

præjudicatum eventum belli habetis, 42, 61.

PRÆJUDICIUM, 3, 40. neminem—verum eſſe præjudicium rei tantæ afferre. *i. e. æquum eſſe, a nemine, jurene ſint magiſtratus, an minus, præjudicari. Sic optime Gronovius; alii aliter, ſed contortiſſime. cf.* 5, 11. *it.* 26, 29.

PRÆLIGARE, 22, 16. arida ſarmenta præligantur cornibus boum.

PRÆLONGIS haſtis velut vallum ante clipeos objecit, 31, 39. *cf.* 22, 46. *it.* 37, 42.

PRÆMEDITARI, 40, 23. jam ante præmeditatis in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent. *Gronovius legi volebat* præmeditati. *Sic* 38, 3. *Enimvero paſſivum neminem offenderit.*

PRÆMIUM, 9, 40. ditem hoſtem, quamvis pauperis victoris præmium eſſe.

promittens, ſi ſibi præmio foret, ſe Arpos proditurum eſſe, 24, 45.

PRÆMOLIRI, 28, 17. præmoliendas ſibi ratus jam res conciliandoſque regum gentiumque animos. *i. q. præparandas, meditandas.*

PRÆMONERE, 22, 18. hæc nequidquam præmonito magiſtro equitum, Romam (*Fabius*) eſt profectus.

quum aruſpices, ad imperatorem id pertinere prodigium, præmonuiſſent, 25, 16.

PRÆMORTUUS, 3, 72. Scaptium ipſum id quidem, etſi præmortui jam ſit pudoris, non facturum.

PRÆOCCUPARE, 29, 24. avertit a vero falſis præoccupando mentes hominum.—adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarum ſenſum voluptatum, 33, 32.

ad præoccupanda aliorum conſilia, 24, 7.—præoccupati beneficio animi, 6, 20.

ad præoccupandas in Bœotia res, 42, 56.

ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo potuerint, 42, 47.

legem—ipſi præoccupaverunt ferre, 4, 30.

PRÆOPTARE, 9, 45. ſuas leges Romanæ ſocietati præoptaverint. —Punicam Romanæ ſocietatem—præoptandam eſſe, 23, 43.—otium urbanum militiæ laboribus præoptat, 44, 22. *cf.* 28, 21. *it.* 29, 30.

PRÆPARARE, 4, 57. primoribus Patrum ſplendore gratiaque ad petendum præparatis. *i. e. ſubornatis.*

clariſſimis viris ex compoſito præparatis ad petendum, 5, 14.

Digitized by Google

ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt, 10, 41. *cf.* 28, 29.

frumentum in decem annos præparare, 42, 12. *i. q. comparare, comportare.*

PRÆPEDIRE, 7, 36. torpidos ſomno inſuper pavore exanimat; quo præpediti, nec arma impigre capere nec obſiſtere—poterant. *cf.* 9, 6. *et* 44.

PRÆPILATUS, 26, 51. præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt.

PRÆPOLLENS divitiis gens, 1, 57.—virtute fortunaque quum ſua, tum publica, præpollens, 5, 34.

PRÆPONERE, 27, 15. blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem cuſtodiæ loci, cui præpoſitus erat.

Antipatrum—in lævo (*cornu*) præpoſuit, 37, 41.

PRÆPOTENS opibus populus, 7, 31.—rex, 42, 50.—armis Romanus, 9, 31.—Cilnium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœptum, 10, 3.

PRÆPROPERE, 2, 45. Veiens hoſtis—eo magis præpropere agere; laceſſere ad pugnam etc. *cf.* 22, 3.

raptimque omnia præpropere agendo, 22, 19.

PRÆPROPERUS, 22, 41. temeritati conſulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit. *i. q. præcipiti.*

PRÆRAPIDUS, 29, 32. duobus in conſpectu hoſtium in prærapidum gurgitem hauſtis etc.

PRÆROGATIVA, 5, 18. prærogativa tribunum militum non petentem creant.

quum comitia conſulibus rogandis haberet, prærogativa—declaravit, 26, 22.

prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ, 10, 22.

ne comitiorum militarium prærogativam urbana comitia, iiſdem tribunis plebis creandis, ſequerentur, 3, 51. *i. e. creationem ſuperiorem, tamquam prærogativam, cujus ſuffragia ceteræ centuriæ ſolebant ſequi.*

in Haſdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua—imperator—appellatus erat, favor etiam plebis ſequeretur, 21, 3.

PRÆRUPTUS, 38, 20. ſi qua periculoſa et prærupta (*loca*) occurrant.

PRÆS, *vid.* PRÆDES.

PRÆSCISCERE, 27, 35. et præſciſcere, quam quiſque eorum provinciam, quem hoſtem haberet, volebant. pro *præſcire, ex archaiſmo.*

PRÆSCRIPTUM, 10, 22. poſtridie ad præſcriptum conſulis—comitia habita.

PRÆSENS, 1, 12. tua præſenti ope ſervatam urbem eſſe. *i. e. præſtanti, efficaci.*

præſentibus ac fecundis diis ire in prœlium jubet, 7, 26. *paullo poſt:* dii hominesque illi affuere pugnæ.—præſentis deæ numen, 29, 18.

amicitiam in perpetuum auxilium præſens (*in præſens*) a vobis petitum, 7, 30.—minor præſens cura, 6, 27. *ubi Gronovius legi vult* minus præſens.

adeo

Digitized by Google

adeo injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum, memoria præſentior erat, 8, 2.

id vero haud ſecus, quam præſentem mercedem regni, aſpernata plebes, 2, 41.

ut partem aliquam præſentem ferret, 44, 25.

cujus ſummæ dimidium præſens numeretur, 38, 8. *i. q. repræſentaretur.*—præſens omne daturos, 36, 4.—præſentia talenta, 37, 45. *cf.* 29, 16. *it.* 44, 27.

præſens pecunia, 27, 10.—præſens victoria, 5, 27. *i. q. haud dubia.*

rerum præſens effectus, 44, 34.—præſenti admoto terrore, 45, 4.—præſentior res, 2, 36. *i. e. magis urgens, periculoſior.*

in re præſenti cognoſcere, 42, 23.—cur præſentes evocarent, 45, 31. *h. e. ut præſentes eſſent.*

hi pacti erant, eques denos præſentes aureos, pedes etc. 44, 26. *paullo poſt:* quod præſens pepigiſſent.

PRÆSENTIA, 6, 26. pacem in præſentia, nec ita multo poſt civitatem etiam impetraverunt. *Lubenter uti Livium* in præſentia, *in oppoſitione etiam variarum particularum,* poſtmodo, mox, *item* in perpetuum, in futurum *etc. docuit ad h. l. Drakenborchius.*

PRÆSES, 3, 7. deſerta omnia, ſine capite, ſine viribus, dii præſides ac fortuna urbis tutata eſt. *i. q. dii tutelares.*

præſides provinciarum exercitus, 23, 48. *i. e. defenſores.*—ficcine veſtrum militem ac præſidem finitis vexari? 6, 16. *cf.* 28, 42.

juris atque eloquentiæ conſultos—urbi ac foro præſides habendos, 10, 22.

PRÆSIDERE, 22, 11. alii, ut urbi præſiderent, relicti. *i. e. præſidio eſſent.*

nullus jam exercitus Samnio præſidet, 10, 17. *cf.* 23, 32.

ad prætorem venerunt præſidentem claſſi Brundiſio Calabriæque circa littoribus, 24, 40.

PRÆSIDIUM, 9, 45. cum levibus præſidiis urbium relictarum.—præſidio exceſſere, 22, 17.

præſidio loci ejus relicto—legato cum claſſe inſtructa paratoque, 24, 40.

ſtativum præſidium pro caſtris, 44, 40. *cf.* 41, 1. *eodem ſenſu,* 10, 4. *dicitur* præſidium Romanum, *i. e. ſtatio.*—qui ſigna relinquit aut præſidio decedit, 5, 6.

cum præſidio legionis unius Piſis præerat, 41, 12.—præſidio ejus loci præfuerat, 27, 42.

qui Luceriæ in præſidio erant, 9, 15.

Scipione in præſidio ibi relicto, 29, 7.

Rhegium—in præſidium miſſa legio, 28, 28. *cf.* 31, 16.—præſidia ſummittere, 32, 15. *i. q. auxilia in præſidium ſummittere.*

qui—præſidium eorum (*Samnitium*) in urbem acceperant, 9, 16.

ubi miles, ubi navis intra præſidia ſua fuiſſet, 45, 23.

in præſidia adverſariorum, appellationem et tribunicium auxilium, patricii confugerunt, 9, 26.

in ea (*lege*) firmum libertati fore præſidium, 3, 45.

Digitized by Google

quove præſidio unus per tot gentes diſſonas ſermone moribuſque perveniſſet, 1, 18. *i. e. qua ratione, quo auxilio, quo duce.*

præſidia fortunarum corporumque, 28, 22. *h. e. pretioſa, uxores, liberi.*

PRÆSTARE inviƈtum Romanum imperium, 9, 17. *i. e. promittere et ſpondere, inviƈtum ſemper fore.*

pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Rom. auƈtores, 9, 20.

quonam modo id præſtaturus eſſet, 9, 24. *cf.* 31, 11.

ſtipendium ejus anni exercitui præſtarent, 5, 32. *i. q. ſuppeditarent.*

ut vetuſtate et gradu honoris nos præſtent, 7, 30. *cf.* 3, 61. *it.* 44, 38.

quantum numero, quantum genere militum præſtarent tironibus, 42, 52.

dico, quantum vel vir viro, vel gens genti præſtat, 31, 7.

PRÆSTITUERE, 10, 20. præſtituta die. *cf.* 3, 22. *it.* 6, 4.—nullo præſtituto militiæ tempore, 23, 25.

PRÆSTO, 37, 20. ad juſſa præſto eſſe jubet.

ad portas Camillo præſto fuere, 5, 45.

PRÆSTRINGERE, 40, 58. fulguribus præſtringentibus aciem oculorum.

PRÆSTRUERE, 28, 42. præſtruit ſibi fidem fraus. *i. q. ante præparat.*

PRÆSULTARE, 7, 10. quando adeo ferox præſultat hoſtium ignis.

PRÆSULTATOR, 2, 36. ſibi (*Jovi*) ludis præſultatorem diſplicuiſſe.

PRÆTEGERE, 44, 9. prætecta (*ſcuta habebant*) pugnantium more. *nempe ut tegeretur corpus. Sed Drakenborchio et Dukero legendum videtur* prætenta.

PRÆTENDERE legem poſtulationi ſuæ, 3, 45. *ibid. cap.* 47. quem decreto ſermonem prætenderit. *h. e. præmiſerit, ut ſpecioſum fieret. cf.* 39, 28.

ubi deorum numen prætenditur ſceleribus, *ibid. cap.* 16.

id ipſum argumenti prætendentibus (*legatis*) orationis, 45, 42.—titulum prætendere belli, 37, 54.

PRÆTENTUS, 10, 2. tenue prætentum littus eſſe.—armata acies toto prætenta in littore, 22, 20.

PRÆTER, 38, 41. fines præter Apollinis—templum ſuperant.

qua ab occaſu præter Axium amnem (*Pæonia*) porrigitur, 45, 29.

præterque aciem ipſam Gallorum—ad caſtra effuſo curſu ferebantur, 10, 29.

pacato mari præter oram Italiæ—vecƈus, 28, 42.

ne quis præter armatos violaretur, 4, 59. *ubi Drakenborchio reſtituendum videbatur* præter armatus, *ut* præter *pro* præterquam *acciperetur. Vide ipſum ad* 5, 52.

PRÆTEREQUITARE, 3, 61. jam fugam undique capeſſentes pleroſque a caſtris avertunt, præterequitanteſque abſterrent.

PRÆTERFERRE, 21, 55. ſimul latebras eorum improvida præterlata acies eſt. *Vid.* præferre.

PRÆTER-

Digitized by Google

PRÆTERIRE, 6, 40. utrumque ex Patribus præterire liceat. *de comitiis conſularibus.*

retinuit quoſdam Lepidus a collega (*cenſore*) præteritos, 40, 51. *h. l. quos voluerat in legendo ſenatu præterire. vid. Gronov. ad* 34, 1.

PRÆTERMITTERE, 5, 51. quum vindicari deberet (*jus gentium*) eadem negligentia deorum prætermiſſum.

PRÆTERQUAM hoſtili odio, 30, 6. pro *præterquam quod ex hoſtili odio. cf.* 10, 20. *Sæpius enim illud* quod *deſideratur: vid. Drakenborch. ad* 22, 53.

præterquam majeſtate petentium, religione etiam adtoniti homines—creavere etc. 5, 14.

nec—quidquam eſt, præterquam ut—hominum numero ſimus, 4, 4.

PRÆTERVEHI, 21, 41. quum prætervehi navibus Galliæ oram.—quam (*oram*) prætervecti fuerant. *cf.* 22, 20.

PRÆTERVOLARE, 25, 38. in occaſionis momento, cujus prætervolat opportunitas.

PRÆTEXTUS, 36, 6. ſub levi verborum prætextu.

PRÆTOR *pro magiſtratibus omnium populorum. Sic* Athenienſium, 31, 24.—Saguntinus, 21, 12.—Bœotorum, 42, 43.—Epirotarum, 29, 12.—Præneſtinus, 9, 16. *ubi vide Drakenborchium.*

prætor urbis, 31, 4. *vid. Dukerum ad* 22, 33.—qui jus in urbe diceret, 6, 42.

prætor maximus, 7, 3. *i. q. conſul, ex antiquiori dicendi conſuetudine.*

prætor in eam provinciam profectus erat, 39, 21. *pro Proprætore. vid. Duker. ad* 39, 29.

conſulente collegio prætorum, 22, 10. *vid. Drakenborch. ad h. l.*

PRÆTORIUM, 26, 15. dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis ſociûm imperavit, uti etc. *Hi ergo, in primiſque legati, ſed et centuriones præcipui, in conſilium adhiberi ſolebant. cf.* 30, 5. —prætorium miſſum, 21, 54.

tria prætoria circa Capuam erecta, 25, 22. *i. e. tres exercitus ibi erant, quorum tentoria proprie dicuntur prætoria.*—in prætorio tetendere Albius et Atrius, 28, 27.

PRÆVALERE, *Præfat.* prævalentis populi vires ſe ipſæ conficiunt. *cf.* 2, 55. *it.* 5, 15.

PRÆVALIDUS, 26, 16. quibuſdam delendam cenſentibus urbem prævalidam etc. *cf.* 40, 47. *it.* 3, 43.

PRÆVEHI, 9, 35. equites Romani, prævecti per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent etc.

præter undecim faſces equo prævectus ſenex etc. 24, 44.

PRÆVENIRE, 9, 23. quo quum prior Romanus exercitus—magnis itineribus prævenisſet.

prævenit inceptum eorum Marcellus, 24, 13.

ut beneficio prævenirent deſiderium plebis, 8, 16.

PRÆVERTERE, 24, 5. fuga prævertere metum ſupplicîorum.

coactique novi conſules omnibus eam rem præverti, 8, 13.

nec poſſe—bello prævertiſſe quidquam, 2, 24. *cf.* 9, 17. *ad quem locum vide Drakenborchium. Cic. de divinat.* 1, 6. neque habes aliquid quod huic ſermoni prævertendum putas.

decem-

Digitized by Google

decemviros, quo cuique eorum videatur, exercitus ducere: nec rem aliam præverti, 3, 40.

PRÆUSTUS, 21, 40. præusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu etc. *al.* perusti.

PRANDERE, 9, 32. ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat.

ut ante lucem viri equique curati et pransi essent, 28, 14. *Sunt, qui* curati *ad equos*, pransi *ad viros referri velint, indignum esse rati, si* prandere *dicantur equi. Enimvero utrumque maxime ad viros refertur, ad equos secundario, per σύλληψιν.*

PRATA, 8, 19. ædes fuere in Palatio ejus, quæ Vacci prata, diruto ædificio, publicatoque solo, appellata, *i. q. area, campus. vid. Cic. Or. pro domo cap.* 38.

PRAVUS, 1, 53. dux belli pravus.

si occæcatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset, 8, 32. *cf.* 10, 19.—pravum gaudium, 40, 14.

præsidium ab Lysimachia—deduci pravo—consilio jussit, 37, 31. *i. q. stulte, per imprudentiam.*—pravæ mentis homo, 4, 49.

deformatum ordinem prava lectione senatus, qua potiores aliquot lectis præteriti essent, 9, 30. *paullo post:* sine recti pravique discrimine.

PRECARI, 35, 31. nihil quemquam ab diis immortalibus precari posse, quod non Magnetes ab illis haberent.

deos—ipsos ablatos esse: parietes postesque nudatos, quos adorent, ad quos precentur et supplicent, Ambracienses superesse, 38, 43.

eam precari mentem hostibus, ut ne etc. 9, 14. pro *imprecari.*

PRECARIO, 34, 62. precario ab se iter per eum ipsum agrum, tamquam haud dubie Karthaginiensium juris, petisset.

PRECARIUS, 8, 35. donatur tribuniciæ potestati precarium, non justum auxilium ferenti.

non orare solum precariam opem, sed pro debita petere, 3, 47.

specie—æquum est fœdus: re apud Achæos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est, 39, 37. *i. q. precario data.*

PRECATIO, 9, 5. ubi (*in fœdere*) precatione res transigitur, pro *imprecatione, eaque dira. cf.* 21, 45.

PRECES, 1, 16. precibus pacem exposcere. *Sic et* petere, orare *junguntur* precibus. *v. c.* 5, 18.—precationibus, 42, 2.

ad pacem cum precibus petendam, 9, 16.—*sine præpositione*, 43, 4. *Videtur hæc inprimis forma sollemnis et religiosa fuisse, eodemque modo sine emphasi dicta, uti* fraudem fraudare, servitutem servire, occidione occidi, *alia.*

preces suas acceptas ab diis immortalibus ominati, 42, 30.

matronæ in preces obtestationesque versæ, 27, 50. *it.* ad preces, 8, 35.

efficaces habebant preces, 9, 20.—infimæ preces, 29, 30.

PREHENDERE, 29, 21. Locrensibus se permittere, ut quod sui quisque cognosset, prehenderet: si quid non compareret, repeteret. *cf.* 3, 18.

quem-

Digitized by Google

quemcumque lictor jussu consulis prehendisset, 3, 11. *etiam* comprehendere *sic dicitur. vid. Drakenborch. ad h. l.*

PREMERE, 22, 12. premendorumque superiorum arte—sese extollebat. *i. e. criminandorum et in invidiam adducendorum. cf. cap.* 59. *Gronovius, non male, sic volebat legi:* premendoque superiorem—sese extollebat.

Manlium malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere, 7, 4.

premebat reum—crimen unum, 3, 13. *i. e. maxime nocebat. cf.* 39, 40.

eques, luce demum ausus incursare in hostem, carpendo novissimos, premendoque iniquis ad transitum locis, agmen detinuit, 8, 38.

dum—quies nocturna hostes premeret, 22, 50.

Luceriam premendo, 22, 14. *i. q. oppugnando.*

presso pede eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant, 8, 8.

PRENDERE, 29, 20. quem—prendere tribuni juberent. *cf.* 8, 33. *it.* 9, 34.

PRETIUM recte et perperam facti, 5, 47. *per syllepsin dictum; nam perperam factis pretia h. e. præmia, non proponuntur.*

capita hostium, pretia libertati facta, 24, 15.

nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, 21, 48.

PRIDIE quam rogationis ferendæ dies adesset, 22, 25. *vid. Gronov. ad* 23, 31.

PRIMO, 22, 43. querentiumque annonam primo, postremo famem. *Vid.* postremo.

primo quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quam etc. 4, 2. *i. e. in principio certaminum.*

quum primo vocatæ—consulem dicerent omnes centuriæ, 10, 15.

PRIMORDIUM, *Præfat.* a primordio urbis. *rarius tamen in singulari numero usurpatur: vid. Lexicographos.*

PRIMORES, 1, 1. processisse Latinum inter primores. *i. q. in primam aciem. Ita et cap.* 12. ipse ad primores Romulus provolat.

primores equitum centurionumque, 25, 6.

primores Patrum, 1, 49.—primores duorum populorum, 7, 8.

prorsus auferri a primoribus ad plebem summum imperium credebant, 4, 1. *i. e. a patriciis.*

primore juventute conscripta, 24, 20.

PRIMUS, 2, 20. provolant in primum.—nec sustinere frons prima tam longum certamen—potuisset, 10, 14.—inter prima signa, 10, 41.

arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant, 10, 41. *cf.* 25, 21.

in primis parum proderat, 3, 65. *i. e. iis, quibus primum auxilio essent.*

in primo *sequ.* dein, 2, 40. *vid. Gronov. ad* 10, 14.

primum ipsum bellatorem ducemque, 9, 1.

prima hodierna luce, 1, 16.

primisque hostiis perlitatum est, 36, 1.

primus

Digitized by Google

primus tumultus, 1, 6. *pro initio tumultus. cf.* 10, 28.

intentus ad primum initium moti certaminis, 6, 12. *Sic* prima origo *dicitur*, 7, 2.

ut illa palam prima poſtrema—recitata ſunt, 1, 24.

ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum, 42, 48. *vid. Drakenborch. ad* 4, 58.

PRINCEPS, 21, 4. equitum peditumque idem longe primus erat: princeps in prœlium ibat, ultimus conferto prœlio excedebat. *cf.* 1, 12. *it. cap.* 26. *it.* 25, 14.

regionum principes donis coluerat, 40, 57.

ſtationibus per principes regionum urbis diſpoſitis, 24, 21. *i. q. per primarias regiones. Sic recte interpretatus eſt Cel. Strothius.*

digna Romano principe, 45, 40. (*Æmilio Paullo*)—princeps civitatis, 3, 1.—princeps *ſimpliciter dictus eodem ſenſu*, 5, 30.—principes plebis, 6, 34.—principes coloniæ, 3, 4.—juventutis, 6, 13. *de Latinis. cf.* 9, 25. princeps tertiæ legionis, 25, 14. *eſt idem, qui* princeps primus centurio, *ibid. Liſius autem cum Dukero legi malebat* princeps primæ centuriæ, *aut* prioris centuriæ. *Sed vulgata recte ſe habet, intelligiturque centurio primi principis, i. e. primæ centuriæ principum. Sic Cæſar. B. C.* 3, 64. omnibus primæ cohortis centurionibus interfectis, præter principem priorem. *vid. Salmaſ. de re militari p.* 60.

quod princeps familiæ ſuæ auſus in regibus effet, 3, 17. *h. e. auctor ſui cognominis, Valerius Publicola. vid. Gronov. ad h. l.*

Sabinum advenam principem nobilitatis veſtræ—illi antiqui patricii in ſuum numerum acceperunt, 10, 8.

lectus a Sempronio princeps in ſenatu, 27, 11.

princeps legationis, 7, 31.—qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat, 9, 4.

princeps ætatis ſuæ belli domique, 9, 34.—omnium conſenſu princeps belli paciſque artibus, 2, 16.

principum quoque ſigna, 30, 34. *cf.* 36, 9. *it.* 37, 39.

PRINCIPALIS, 10, 33. manipulos legionum principali via inducit.—*porta* principalis dextra, 4, 19. *cf.* 40, 27.

PRINCIPIUM, 39, 31. atrox in principio prœlium fuit.—principio anni tribuni nihil moverunt, 5, 26.

quod utroque anno eadem curia (*Faucia*) fuerat principium, 9, 38.

in quos (*clivos*) poſt principia integris ordinibus tutus receptus fuit, 2, 65. *h. e. iis, qui poſt primos ordines aciei erant. Aliter, contra quam putabat Cel. Strothius*, 7, 12. principia *ſunt accipienda. ibi enim ex adjecto* prætorio, *intelligitur, opinor, de principiis caſtrenſibus, prætorio vicinis, ſermonem eſſe.*

PRIOR, 4, 13. prioris anni conſules. *i. q. proximi, ſuperioris.*

quo die illum omnes centuriæ priorem conſulem dixiſſent, 29, 22. *h. e. qui primus ex duobus declaratus et renunciatus eſt.*

quia Italiæ cura prior potiorque erat, 23, 28. *etiam ſimpliciter* priorem curam *pro* potiori *dixit Noſter. v. c.* 2, 48.

PRISTINUS, 9, 23. in quæ (*caſtra*) infecta victoria, ſicut priſtino die,

Digitized by Google

die, vos recipiatis. *i. e. uno de superioribus diebus, non proximo, ac ne proximis quidem.*

PRIVATIM infestus, 9, 38. *i. q. privata de caussa.*

maximo privatim periculo, 6, 39.

et privatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent, 6, 41. *nisi legas cum Creverio* privati.

privatim se tenere, 23, 7. *i. q. in privato s. domi.*

quod ad se privatim attineat, 5, 30.

PRIVATUS luctus, 5, 39.—dolor, 2, 56. *nempe privatis de caussis.*

privatum meritum, 3, 63.—privata pietas, 28, 29.—in privato servari, 32, 26. *Oppos. in publicum prodire.*

ut ipsi in privato animadverterent in eas, 39, 18.—in publico —*ibid. cf.* 2, 24. *it.* 34, 2.

privatus, si vis absit, 3, 38. *omnino privatus opponitur magistratibus, omnis generis, etiam provincialibus, sacerdotibus item, flaminibus etc. vid.* 5, 52. *it.* 38, 50.

PRIUS, 31, 3. ne—auderet Philippus, quod Pyrrhus prius ausus—esset. *i. q. olim.*

prius sedendo ad Sueffulam, et tum etc. 7, 37.—prius—deinde, 22, 39.

prius præcipere, 21, 32. *Sic pluribus verbis compositis ex* præ *jungitur* prius *v. c.* præmeditari, 38, 3.—prior prævenire, 9, 23. *alia.* vid. *ante.*

meminisse eum debere prius, se consulem P. R. quam fratrem P. Claudii esse, 39, 32. pro *potius.*

PRIUSQUAM complexum accipio, 2, 40. *vid. Drakenborch. ad* 9, 13.

PRO collegio decemvirorum, 38, 36. *i. e. ex auctoritate ac nomine collegii. cf.* 4, 26.—pro collegii sententia, 4, 44. pro pontifice, 2, 27. *i. q. ut pontifex.*

tribunis militum pro consule ad Veios fuerat, 4, 41. *Sic* 10, 25. pro prætore.—quem relinqueret pro se, 23, 27. *i. e. loco suo. sed possunt tamen illa* pro consule, pro prætore *nominative capi, si verbum finitum sequatur. vide B. Patruum ad Sueton. Jul.* 54.

ut pro bonis et fidelibus sociis facerent, 24, 48. *h. e. ita uti boni et fideles socii facere solerent. cf.* 35, 46.

haud pro dubio consulem esse, 6, 40. *i. q. haud dubie, haud dubium etc.*

pro firmato stetit magistratus ejus jus, 4, 7. pro *tamquam firmatum.*

pro victis abierunt, 8, 1.—pro victis esse, 10, 35.—pro hoste esse, 43, 5. *vid. Drakenborch. ad* 3, 17.

ut nihil, ne pro minimis quidem debeant, 6, 41. *i. q. ne minimum quidem.*

et loca sua et genus pugnæ pro hoste fuere, 39, 30. *i. e. hosti opportuna, faventia. cf.* 9, 24.

pro inopia commeatuum, 36, 7. *pro habita ratione commeatuum*

ne cui vestrum majus id audaciusque consilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum, aut pro ætate mea, videatur, 26, 41.

Hernicum

Digitized by Google

Hernicum bellum nequaquam pro præſenti terrore ac vetuſtate gentis gloriæ fuit, 9, 43.

antiquos mores pro his novis ſumere, 3, 68.

fierique ſe pro tribu ædilem videret, 9, 46. *i. q. a prima tribu.*

pro eo, ut ipſi ex alieno agro raperent agerentque, ſuas terras ſedem belli eſſe—viderunt, 22, 1.

PROAVUS, 34, 58. Seleucus, proavus ejus etc. *pro abavo. vid. Intt. ad h. l.*

PROBABILIS, 7, 14. quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat.

quod et virginitati decorum et conſenſu obſidum ipſorum probabile erat, 2, 13.

probabilis cauſſa tranſitionis, 26, 12.

PROBARE villam publicam, 4, 22. *de cenſoribus dicitur, quum a redemtoribus ex locationis formula exſtructam invenerunt. cf.* 45, 15. *it. Cic. Verr.* 1, 50.

PROBE factum eſto, 22, 10. *formula in antiquis legibus ſæpe obvia. Sic* recte atque ordine facere.

PROBUS, 32, 2. probum argentum. *Sic proprie dicitur. Oppoſ. adulterinum. hinc numi probi* ſunt *genuini.* vid. *intertrimentum.*

PROCACIUS, 28, 24. flagitatum ſtipendium procacius quam ex more et modeſtia militari erat.

PROCEDERE, 1, 44. et in urbis incremento ſemper, quantum mœnia procedura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur.

ante portam procederunt, 35, 46.—quum ſtationes procederent, 5, 48. *ſcil. in locum aſſignatum, explicante Drakenborchio, vel, ut Gronovio placebat, a feſſis licet fame continuarentur.*

quum anceps prœlium in multum diei proceſſiſſet, 9, 44.—eoque ira proceſſit, *ibid. cap.* 26.

velut Licinio proceſſiſſet, 2, 44. pro *feliciter ceſſiſſet*—magiſque ex ſententia reſpublica veſtra vobis procedet, 23, 11.

procedunt æra militibus, 5, 7. *cf.* 25, 5. procedunt ſtipendia militibus. *it.* 27, 11. *Similiter Cicero* (*Verr.* 4, 9.) tibi iſta laudatio procedat in numerum. *Vid. Gronov. ad* 5, 48.

in multum vini proceſſerat, 37, 7.

PROCELLA, 6, 32. proſperæ ſpei pugnam imber ingentibus procellis ſuſus diremit. *cf.* 23, 44.

imber—ſonituque primo largioris procellæ ſtrepitum molientium portam exaudiri prohibuit, 24, 46.

hæc velut procella, 37, 41. *ſcil. telorum*; *præcedit enim:* tela ingerere.

procellæ tribuniciæ, 2, 1.—ſeditionum, 28, 25.—procella eruptionis, 43, 10.

procella equeſtri hoſtes circumfundere, 29, 2. *cf.* 10, 5. 30, 18. 35, 5.

PROCELLOSUS, 28, 6. venti ab utriuſque terræ prærupti montibus ſubiti ac procelloſi ſe dejiciunt.—ver procelloſum eo anno fuit, 40, 2.

PROCERES, 10, 28. orat proceres juventutis, in hoſtem ut ſecum impetum faciant. *i. e. equites. cf.* 3, 61.

PROCI-

Digitized by Google

PROCIDERE, 21, 14. quaſſata turris prociderat.—Victoriis—ad Victorias, quæ in antefixis erant, hæſit, neque inde procidit, 26, 23. *cf.* 31, 46.

ſecundum talem orationem univerſi rurſus prociderunt, ramoſque oleæ ſupplices jactantes etc. 45, 25.

PROCLAMARE, 22, 26. proclamando pro fordidis hominibus cauſſiſque adverſus rem et famam bonorum.

PROCONSUL *de proprætore*, 37, 46. *vide Dukerum ad h. l. it. ad* 39, 29. *de prætore*, 41, 15.

PROCONSULARIS, 5, 2. qui proconſularem imaginem tam ſævam ac trucem fecerint. *de tribunis militum conſulari poteſtate.*

PROCUL, 6, 16. jamque haud procul ſeditione res erat.—nec procul ſeditione aberant, 8, 32.

res repetentes legatos noſtros, haud procul afuit, quin violarent, 5, 4. *cf.* 9, 2.

procul jaculari, 37, 20. *i. q. e longinquo.*—muro urbis conjuncta procul videtur, 44, 46.

PROCULCARE, 10, 36. et turbatus eques ſua ipſe ſubſidia territis equis proculcavit.

PROCUMBERE, 1, 7. Herculem—et ipſum feſſum via procubuiſſe.

more adulantium procubuerunt, 30, 16. *cf.* 7, 31.

male denſatus agger pondere ſuperſtantium in foſſam procubuit, 10, 5.

PROCURARE, 10, 8. divinis rebus procurandis.—procurandis religionibus, 7, 3.—procurare prodigia, 5, 15.—familiare oſtentum, 26, 6.

PROCURATIO, 4, 8. ſpecioſi miniſterii procurationem intuentes. *de præfectura annonæ cap.* 12. curatio miniſterii *dicitur.*

PROCURRERE, 30, 10. qua procurrere ſpeculatoriæ naves in hoſtem poſſent. *cf.* 10, 36.

ſi ferocius procucurriſſent, 25, 11.

PROCURSARE, 3, 61. quid latrocinii modo procurſantes pauci, recurrenteſque tererent tempus.—ad laceſſendum hoſtem carptim et procurſando recipiendoque ſeſe pugnavere, 22, 16.

PROCURSATIO, 5, 19. a procurſationibus—edicto, ne quis injuſſu pugnaret, ad opus milites traducti.

procurſationes leviaque certamina vario eventu inita, 23, 40.

PRODERE, 2, 54. deſertam ac proditam cauſſam publicam queri. ſi quid projectis ac proditis ad inconſultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, 22, 44.—ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat, 10, 19. *Sic explicanda ſunt:* prodere libertatem, 3, 38.—diſciplinam, 2, 59.—ſalutem, 9, 14. —publica, 26, 36.

eodem anno Alexandriam proditum conditam, 8, 24. *ſcil. memoriæ.*

alia prodita dies ad frumentum majore apparatu petendum, 25, 13.

interregem prodamus, 6, 41. *verbum ſollemne de hoc genere electionis. cf.* 3, 40. *it.* 5, 31.

prodendi exempli cauſſa, ne quid uſquam fidum proditori eſſet, 1, 11.

quæ

Digitized by Google

quæ vox (*cantherium in foſſam*) in ruſticum inde proverbium prodita, 23, 47.

PRODICERE, 3, 57. tribunus ei diem prodixit. *alias proferre, ampliare. cf.* 2, 61.—prodicta die, 6, 20. *cf.* 3, 58.

PRODICTATOR, 22, 8. quod numquam ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creavit. *cf. cap.* 31.

PRODIGIUM, 1, 31. miſſis ad id viſendum prodigium, in conſpectu—crebri cecidere cœlo lapides.—perita—cœleſtium prodigiorum mulier, *ibid. cap.* 34. *cf.* 55.

prodigia aliquot viſa nunciataque ſunt, 26, 23.—nunciata acciderunt, 31, 12.—hoſtiis majoribus procurata, 26, 23.

prodigia—jam alia vulgata miracula erant, 24, 10. *vid.* ſuſcipere.

PRODIRE, 43, 14. tu—ex edicto—cenſorum ad delectum prodito—in delectu prodibis.

PRODITIO, 24, 45. quumque res Romana contra ſpem votaque ejus velut reſurgeret, turpius videatur novam referre proditionem proditis olim—ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum eſſet.

PRODITOR, 2, 59. invectus haud falſo in proditorem exercitum militaris diſciplinæ, deſertorem ſignorum.

PRODUCERE, 3, 64. conſules producti ad populum interrogatique. *cf.* 10, 26. *vid. Duker. ad* 45, 2.

omni genere honoris producere eum non deſtitit, 40, 56.

quum res prope ad interregnum producta eſſet, 4, 25. *ita MS. unus: reliqui omnes* perducta. *cf.* 7, 21. *ubi eſt* perduxit *eadem de re.*

in ſerum noctis convivium productum, 33, 48. *i. q. protractum.. Sæpius ea ſignificatione hoc verbum commutatum cum* perducere. *vid. Duker. ad* 38, 49.

PRŒLIUM, 31, 2. in prœlio eſſe.—prœlia facere, 35, 1.

uno prœlio victus bello victus eſſet, 9, 19.—profligato prœlio, 28, 2.

quod nec in acie ancipiti uſquam certaverunt prœlio, 5, 41.

dura ibi prœlia aliquot facta, 40, 16. *Gronovius malebat* dubia.

in ipſo itinere tumultuario prœlio conflixit: agminibus magis, quam acie, pugnatum eſt, 29, 36.

nonne intercurſu matronarum inter acies duas prœlium ſedatum eſt, 34, 5.

fatigatio ipſorum equorumque, incerta victoria, diremit prœlium, 31, 33. *de concurſu alarum equitum.*

nuſquam prœlium, omnibus locis cædes eſt. 5, 45. *cf.* 2, 53.

PROFANUS, 5, 52. hæc omnia in profano deſeri placet ſacra. *cf.* 9, 9. *ubi* profani *et* ſacroſancti (*tribuni plebis*) *opponuntur.*

PROFECTIO tanti ſpectaculi, 29, 26. *de claſſe.*

claſſico ſignum profectionis dedit, 2, 59. *cf.* 9, 38.

ubi profectione hoſtium conceſſam victoriam videt, 10, 12. *i. e. fuga.*—poſt profectionem Catonis rebellaverant, 35, 1.

PROFECTUS, 1, 15. ab illo profectu viribus datis tantum valuit etc. *i. e. principio.*

PROFERRE

Digitized by Google

PROFERRE pomœrium, 1, 44.—proferre inde caſtra Romanum, 10, 33.—de proferendo exercitu agere, 3, 20.

nunc ſigna extra vallum proferte, 22, 29.—ſigna in aciem conſul proferret, 9, 43.

ut commeatus—ex agris deviis in viam proferrent, 26, 8.

omnium rerum, etiam parvarum, eventus proferebatur in dies, 10, 39.

vicit ſententia, quæ diem non proferebat, 41, 1. *i. e. proferri volebat.*—prolatæ in annum res, 4, 25.

PROFESSIO, 35, 7. poſtquam profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni.

PROFICERE, 3, 61. parvaque certamina in ſummam totius profecerant ſpei.—in ſummam belli profectum foret, 31, 37. *cf.* 10, 14. *it.* 18.

PROFICISCI, 2, 4. conſules—profecti domo ſine tumultu rem omnem oppreſſere. *i. e. domo egreſſi; neque enim Roma exierant.* —profecti ex loco, 21, 27.

cum claſſe profectus Karthaginem, 25, 27. *cf.* 29, 27.

Tarentum ad certiorem ſpem proditionis proficiſcitur, 24, 17. in eam legationem profecti, 21, 63.

grave erat, in Æquos—proficiſci? 3, 68. *i. e. ad bellum c. Æ. gerendum.*

magnis copiis peditum equitumque profecti, 2, 19. pro *cum m. c. Sic ſæpiſſime. vid. Intt. ad* 22, 9.

PROFLIGARE, 3, 50. profligata res eſt. *i. q. maximam partem tranſacta, victa.*

hac expeditione conſulis motum latius erat, quam profligatum bellum, 9, 37.—bellum—commiſſum ac profligatum conficere, 21, 40.

PROFUNDERE, 23, 20. in queſtus flebiles—ſeſe in veſtibulo curiæ profuderunt.

PROFUSE tendentibus ſuis in caſtra, 10, 36.

PROGENIES nepotum, 1, 13. *h. e. ipſi nepotes. cf. cap.* 16.

Sicinium, progeniem ejus, quem etc. 3, 54. *de uno homine varius dicitur: apud Livium tamen adhuc aliquoties occurrit. v. c.* 9, 34. *it.* 21, 10.

PROGREDI, 38, 15. progredienti præter paludes.

ad—urbem progreſſus omni exercitu civium etc. 28, 13.

PROHIBERE, 31, 25. agros ſociorum populationibus prohibiturum.

prohibiti in æde Jovis veſci, 9, 30.

jam ſe ad prohibenda circumdari opera Æqui parabant, 3, 28.

imber—ſtrepitum molientium portam exaudiri prohibuit, 24, 46.

PROJICERE, 2, 23. magno natu quidam cum omnium malorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit.

quid in muliebres et inutiles ſe projeciſſent fletus, 25, 37.

projecto præ ſe clipeo, 32, 25. *i. q. prætento.*

projectis ac proditis ad inconſultam atque improvidam pugnam legionibus, 22, 44.—inſepultos projecit, 29, 9.

nec

Digitized by Google

nec continentis modo projectas oras prætervecta, 22, 20. *i. q. prominentes, excurrentes in altum.*

PROLABI, 1, 56. velut ſi prolapſus cecidiſſet. *cf.* 5, 21.—prolapſaque in vulnus moribunda cecidit, 1, 58.

quod rem temeritate ejus prolapſam reſtituit, 6, 22.

equus—quum prolapſum per caput regem effudiſſet, 27, 32.

in miſericordiam prolapſus eſt animus victoris, 30, 12.

in hæc deflenda prolapſos ab recenti nuncio animos, 29, 4.

adoleſcens cupiditate regni prolapſus, 40, 23.

prolapſum clade Romanum imperium, 23, 5.

PROLATARE, 2, 36. cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta eſt debilitate ſubita.—prolatandis comitiis, 7, 21.

nihil prolatandum ratus, ne ſe quoque—cunctantem caſus aliquis opprimeret, 21, 5.

ſi ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur, 37, 19. *cf.* 27, 46.

PROLATIO, 22, 13. Punicum abhorrens (*os*) ab Latinorum nominum prolatione. *cf.* 23, 5.

aruſpices, in bonum verſurum id prodigium, prolationemque finium et interitum perduellium portendi, reſponderunt, 42, 20. *cf.* 31, 5.

PROLOQUI, 4, 2. audeat Canuleius in ſenatu proloqui. *cf.* 39, 15.

pontibus ac molibus ex humanorum corporum ſtrue faciendis, et, quod proloqui etiam piget, veſci humanis corporibus docendo, 23, 5.

PROMERE, 30, 12. apud ignaros regis caſus, neque, quæ acta eſſent, promendo, nec minis—valuit etc. *vid.* promtus.

PROMINERE, 28, 43. prominet maxima pars gloriæ cupiditatis in memoriam et poſteritatem. *i. e. ſpectat maxima etc.*

penitus prominere in altum, 37, 23. *de promontorio. cf.* 27, 48.—prominens acies, 22, 47. *de cuneo.*

PROMISCUUS, 34, 44. in promiſcuo ſpectare ludos. *i. e. ſine diſcrimine ordinum. cf.* 29, 17.

habuere et in promiſcuo præterea pecuniam: ex ea communiter locarunt, 40, 51. *cf.* 5, 13.

PROMISSA barba, 5, 41.—multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, 6, 16.

PROMITTERE, 10, 14. pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc promiſſis onerat. *cf.* 32, 11. promiſſis ingentibus oneratum.

PROMONTORIUM in altum excurrens, 32, 23.—prægreſſus ſigna Hannibal in promontorio quodam, 21, 35. *i. e. in monte prærupto et eminente. Sermo enim eſt de Alpibus.*

PROMOVERE, 10, 4. caſtra in agrum Ruſellanum promovit.—vere primo in Vaccæos promotum bellum, 21, 5.

PROMTUS lingua, 2, 45.—adoleſcens et conſilio et manu promtus, 2, 33. *cf.* 3, 11.—non promtus ingenio tantum, ſed uſu etiam exercitatus, 5, 3. *Etiam ſine tali adjectione* promtus *ad ingenii laudes pertinet. Vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 75.

omnia

Digitized by Google

omnia cara in promtu relicta, 22, 42.
promtiorem (*gentem*) veniæ dandæ, 25, 16.
mœnia haudquaquam promta oppugnanti, 23, 1.

PROMULGARE, 6, 39. ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito, apparuit, quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora essent.
tribunus pl. promulgavit, ut agrum Campanum censores fruendum locarent, 42, 19. *Sic fanus locus, quod Drakenborchio non videtur, notandus est, qui promulgandi verbum simpliciter dictum exhibeat.*

PRONUNCIARE, 32, 25. mos erat, comitiorum die primo, velut ominis causſa, prætores pronunciare Jovem, Apollinemque et Herculem: additum legi erat, ut iis Philippus rex adjiceretur etc.
pullarius—tripudium solistimum consuli nunciavit: consul lætus auspicium egregium esse—pronunciat, 10, 40.
consulti augures vitiosum videri dictatorem pronunciaverunt, 8, 23. *cf.* 23, 31.
prœlio in posterum diem pronunciato, 24, 14. *i. e. promisso.*
vocatis ad concionem certa præmia pronunciat, 21, 45. *i. q. proponit, pollicetur.*
pronunciatum iter, 30, 10. *i. e. indictum. cf.* 4, 59. *it.* 27, 43.

PRONUS, 4, 59. urbs prona in paludes.
pronior in vitia sua, 22, 3. *h. e. qui facile ad ea prolabitur et in agendo sequitur.*
pronius ad fidem, 21, 28. *i. q. credibilius.*

PROPAGARE, 23, 25. consuli propagari in annum imperium. *alias:* prorogare, *idque, quoniam lege ad eam rem opus est, magis proprie dicitur. Sed nec desunt exempla verbi* propagare *similiter apud alios scriptores usurpati. Vid. Oudendorp. ad Sueton. Aug. cap.* 23.
eo bello terminos populi Romani propagari, 36, 1.

PROPALAM minantes bellum, 5, 36.—in vulgus, 22, 12.—propalam duces loqui, 10, 20.—vi aperta propalam usurus, 31, 24.

PROPATULUM, 26, 13. magno rogo in propatulo ædium accenso. *cf.* 24, 16.
vulgo apertis januis in propatulo epulati sunt, 25, 12.
tota urbe patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, 5, 13. *de lectisternio privato.*

PROPE, 34, 33. nox prope diremit colloquium. *Dukerus accipit pro* nocte propinqua, *atque ita scripsisse Livium putat. Drakenborchius* noctem exsistentem *interpretatur.*
prope seceſſionem plebis res—venit, 6, 42. *cf.* 26, 48.
eo majori gaudio quo prope metum res fuerat, 1, 25. *int. magis.* vid. *propius.*
et jam prope erat, ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret, 10, 18. *alibi: haud procul erat.*

PROPELLERE, 2, 11. ut—pecus quoque, omne in urbem compelleretur, neque quisquam extra portas propellere auderet. *paullo post* expellere.
ad illecebras propulsa pecora, 2, 51.—pecora, quæ pastum propulsa essent, ad urbem agere, 25, 8.

PROPE-

Digitized by Google

PROPEMODO, 24, 20. quum propemodo muris acceſſiſſet.

PROPERARE, 39, 10. vitricus ergo—pudicitiam, famam, ſpem vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.

PROPERE, 2, 28. tum vero ad ſellas conſulum propere convolavere etc. *Sic ediderat Gronovius. Drakenborchio* prope *placebat. Vid.* præpropere.

PROPINQUARE, 21, 46. denſior deinde inceſſu tot hominum equorumque oriens pulvis ſignum propinquantium hoſtium fuit.

PROPINQUUS, 6, 18. in propinquum certamen aderat et Manlius. *i. e. imminens, inſtans. vid. Intt. ad h. l.*—ex propinquis itineris locis, 6, 25.

PROPIOR pugna, 9, 35. *ubi cominus res geritur.*

propior petendo quam gerendo magiſtratui, 3, 35.—propior excuſanti quam glorianti, 27, 17.—paucitas propior damno ſentiendo, 2, 64.—propior dolor plebi fœneris ingraveſcentis erat, 7, 21.—fama propior vero, 23, 12.

PROPITIUS, 39, 11. quod probus adoleſcens (dii propitii eſſent) obſcœnis—ſacris initiari nollet. *Formula optantis ac bene precantis.*

PROPIUS eſſe in Aſiam ex Græcia, quam ex Italia in Græciam trajicere, 36, 41.

propius faſtidium gloriæ *ſenes ſunt*, quam deſiderium, 28, 40.

propius urbem, 29, 5.—quo propius ſpem belli perficiendi ſit, 23, 12.—quo propius ſpem venerant, 26, 37.—ut propius periculum fuerint, qui vicerunt, 21, 1.—propiuſque inopiam erant obſidentes, quam obſeſſi, 25, 11.

PROPONERE, 9, 46. faſtos circa forum in albo propoſuit.

ſignum pugnæ propoſuit, 7, 32. *it.* 9, 14.

propoſitum bello ſe fore ratus, 28, 2. *inſtar ſcopi, quem non deſinat petere Scipio. Sic Gronovius explicat.*

præmia atque honores, qui remanerent, ac militare ſecum voluiſſent, propoſuit, 23, 15.

ſervis quoque dominos proſecutis libertatem proponit, 21, 45. *i. e. oſtendit, præmii loco. cf.* 39, 17.

nedum ego, perfunctus honoribus, certamina mihi atque æmulationes cum adoleſcente florentiſſimo proponam, 28, 40.

PROPRÆTOR *de prætore, vid. Duker. ad* 39, 29.

PROPRIE, 25, 28. neve alteri proprie ſibi paciſcerentur quidquam.

ut non plus ſui roboris ſuarumque proprie virium in caſtris habeant, 25, 33. *Oppoſ. auxilia.*

veſtramque amicitiam ac ſocietatem proprie non violavi, 34, 32.

a prudentibus, et proprie rei militaris peritis, et uſu doctis, monendi imperatores ſunt, 44, 22. *i. e. præcipue. vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 9.

PROPRIETAS, 38, 17. quantum terræ proprietas cœlique, ſub quo aluntur, mutat. *i. e. clima, quod dicunt, et quæ ſunt cum eo conjuncta. Gr.* ἰδιώματα.—multæ frugum proprietates, 45, 30.

PROPRIUS, 3, 70. ni ſuo proprio eum prœlio equites—exceptum aliquamdiu tenuiſſent.

quo,

Digitized by Google

quod, bono publico, ſibi proprias ſimultates irritavit, 33, 46. ſuperbo decreto addidit propriam contumeliam, 35, 33. nunc proprii unius et parvi ad tuendam Nolam præſidii præda ſumus, 23, 42.

PROPTER, 9, 2. caſtra propter aquam vallo circumdant. *al.* prope. *cf.* 28, 46. *it.* 34, 22.

PROPUGNACULUM, 23, 18. ſocii Romanorum propugnacula adverſus vineas ſtatuere etc.—telaque in propugnacula congerere cogebantur, 24, 1. firmiſſimo propugnaculo uti, quod litterarum nihil ad quemquam attuliſſet, 34, 61. *i. e. defenſionis hoc argumento etc.*

PROPUGNARE, 26, 6. legati pro vallo acriter propugnant.

PROPUGNATOR, 9, 39. cadunt antefignani: et, ne nudentur propugnatoribus ſigna, fit ex ſecunda prima acies.—navis ſupprimitur: telis ſubruuntur propugnatores, 37, 11.

PROPULSARE, 21, 46. periculumque intercurſu tum primum pubeſcentis filii propulſatum.

PRORIPERE, 8, 30. miſſo repente ſenatu ſe ex curia proripuit. *cf.* 8, 6. *it.* 24, 26. ex tota urbe proripientium ſe ex privato, 2, 24.—accenſus ira domo ſe proripuit, 29, 9.

PROROGARE, 26, 1. prorogatum imperium eſt, atque exercitus, quos habebant, decreti. *cf.* 9, 42. *vid.* propagare.

PROROGATIO, 42, 30. prorogationem imperii portendi. *ubi quidem Perizonius Animadv. Hiſtor. p.* 229. *legendum eſſe docuit* propagationem, *quia decreti, aut legis nulla mentio eſſet, per quam fieret prorogatio; itaque ſimpliciter continuationem intelligi. Vide Drakenborch. ad* 23, 25. *Ceterum* prorogatio imperii *prima memoratur* 8, 26.

PRORUERE, 9, 14. vellerent vallum atque in foſſas proruerent. —quantum inter turres muri erat prorutum, 32, 24. *cf.* 22, 5.

PRORUPTUS, 44, 8. et ſupra rupes ingentes gurgitibus facit, et intra prorupta, in mare evolvendo terram etc.

PROSECARE, 5, 21. qui ejus hoſtiæ exta proſecuiſſet, ei victoriam dari. *vid. Intt. ad Sueton. Octav. ſub init.*

PROSEQUI, 3, 52. ſecuta exercitum plebs—proſequuntur conjuges liberique.—ſpeculatores, qui proſequerentur agmen, miſſi, 27, 15.

PROSILIRE, 5, 2. in concionem proſiliunt (*tribuni pl.*) ſollicitant plebis animos. *cf.* 28, 14.

PROSPECTARE, 24, 21. pars ex tectis feneſtriſque proſpectant. *cf.* 22, 14.

PROSPECTUS, 22, 46. ventus adverſus Romanis coortus, multo pulvere in ipſa ora volvendo proſpectum ademit. *cf.* 10, 32. proſpectu in urbem agrumque capto, 1, 18. *de augure.*

PROSPECULARI, 3, 43. Siccium—proſpeculatum ad locum caſtris capiendum mittunt. *cf.* 33, 1.

PROSPER, 7, 4. ſi quid ex progenie ſua parum proſperum ſit.—cetera proſpera eveniſſent, 21, 21. *niſi legatur* proſpere.

PROSPERARE, 8, 9. uti populo Romano Quiritium vim victoriamque proſperetis.

Digitized by Google

PROSPERE, 5, 51. invenietis omnia prospere eveniſſe ſequentibus deos, adverſa ſpernentibus. *Creverius legit* proſpera.

inter multa proſpere geſta, 42, 49. *cf.* 22, 28. *it.* 29, 30.

PROSPICERE, 44, 16. commeatus a prætore proſpectos in hiemem habere.

ex ſpeculis proſpicerent adventantem hoſtium claſſem, 21, 49.

PROSTERNERE, 9, 6. circa viam—omnium egeni corpora humi proſtraverunt.

qui (*motus terræ*) multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, 22, 5.

PROTEGERE, 22, 49. ut alieno crimine innocentiam meam protegam.—fraudem audacia protegens, 25, 5.

PROTINUS, 9, 28. egregia victoria parta, protinus inde—legiones ducit. *cf.* 21, 9.

PROTRAHERE, 27, 3. novum in occulto gliſcens per indicium protractum eſt facinus.

PROTURBARE, 5, 47. jamque et alii congregati telis miſſilibuſque ſaxis proturbare hoſtes, ruinaque tota prolapſa acies in præceps deferri.

PROVEHERE, 40, 14. illo etiam gaudio provehente. *ſcil.* ſe. —provectus annis, 21, 2.—paullulum ab ſuis equo provectus, 8, 7. *cf.* 27, 47.

PROVENIRE, 45, 13. neque emere ea, ex fructibus agri ab ſe dati, quæ ibi proveniant.

PROVENTUS, 45, 41. ſecundarum rerum velut proventus ſecutus eſt. *Nempe proventus in bonam partem dicitur. Gr.* φορά.

PROVIDENS, 25, 34. dux cautus et providens Scipio.

PROVIDENTIA, 30, 5. ſeductos obteſtatur, ut, quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentia expleant curaque.

PROVIDERE, 44, 35. ubi, quid petatur, procul provideri nequeat.

providendum et præcavendum, 24, 8. *cf.* 22, 42.—omniaque cauta proviſaque fuerunt, 23, 43. *cf.* 2, 34.

PROVIDUS, 23, 36. nec eum provida futuri fefellit opinio. *Sic plane Horatius de formica:* incauta futuri.

PROVINCIA *proprie dicitur de finibus iis, intra quos bellum gerendum eſt.* 40, 1. conſulibus nulla (*provincia*) præter Ligures, quæ decerneretur, erat. *cf.* 2, 40. *it.* 5, 12.—quam (*Africam*) nec ſenatus cenſuit in hunc annum provinciam eſſe etc. 28, 40. —velut Italia ei provincia decreta, 21, 5. *cf.* 27, 22.

prætorum provinciæ in ſortem conjectæ, 30, 1.—conſules inter ſe provincias partiti, 9, 31.—provincia ſine ſorte, ſine comparatione, extra ordinem data, 6, 30.

cui claſſis provincia evenerat, 44, 1. *cf.* 42, 48.

prætoribus provinciæ decretæ: duæ jure Romæ dicendo etc. 42, 28.—juris dicendi Romæ provincia, 39, 45.—ut Fulvio extra ordinem urbana provincia eſſet, 24, 9. *cf.* 25, 3.

PROVOCATIO non eſt longius ab urbe mille paſſuum, 3, 20.

ſi a duumviris provocarit, provocatione certato, 1, 26.—de provocatione certatum ad populum eſt, *ibid.*

cum

Digitized by Google

cum hoſte per provocationem pugnavi, 45, 39.

PROVOLARE, 2, 46. in primum infeſtis haſtis provolant. *cf.* 2, 20. *it.* 3, 62.—provolat eques atque infeſtis cuſpidibus in medium agmen hoſtium ruit, 10, 41.

PROVOLVERE, 24, 10. fontem ſub terra tanta vi aquarum fluxiſſe, ut ſerias doliaque, quæ in eo loco erant, provoluta velut impetus torrentis tulerit.

PROXIME morem Romanum, 24, 48.—proxime ſpeciem, 30, 10. *cf.* 2, 48. *it.* 23, 15.

PROXIMO *adverb.* 4, 23. bellumque tanto majore, quam proximo, conatu apparatum eſt. *Sunt tamen, qui* proxime *legi malint.*

PROXIMUS, 2, 33. cædeque in proxima urbis facta: pro *in proximis.*

proximo legum ac pœnarum metu, 1, 21.

proximus invidiæ, 3, 51.—qui proximi forte tribunali ſtetérant, 8, 32.—qui proximus eum forte ſteterat, 29, 7.

ut quiſque proximus ab oppreſſo ſit, 37, 25.

ſilentio proximæ noctis, 2, 7. *h. e. proxime ſequentis.*

poſt acceptam proximam pugnæ cladem, 2, 51. *ſic eod. capite:* hesterna felicitas pugnæ.

PRUINÆ, 5, 2. militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruiniſque obrutum, ſub pellibus durare. *cf. cap.* 6.

PUBER, 2, 50. unum prope puberem ætate relictum.—jam filii prope puberem ætatem erant, 1, 35.

PUBES, 1, 9. ægre id Romana pubes paſſa.—*paullo poſt:* juventus Romana.

PUBLICANUS omnibus malis artibus et reipublicæ et ſocietatibus infidus damnoſuſque, 25, 1.—ubi publicanus eſt, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem ſociis nullam eſſe, 45, 18.

PUBLICARE, 31, 13. publicata pecunia. *i. e. in publicos uſus confiſcata.*

de Aventino publicando lata lex, 3, 31. *i. q. ædificationibus deſtinando.*

PUBLICE veſcuntur (*Prytanes*), 41, 20. *i. q. ſumtibus publicis.*—nullo publice emolumento, 6, 39.

exſulatum publice ire, 5, 53. *de toto populo Veios migraturo.*

Cumanis—permiſſum—ut publice Latine loquerentur, et præconibus Latine vendendi jus eſſet, 40, 42.

legatorum—ſtatuæ publice in roſtris poſitæ ſunt, 4, 17. *i. e. auctoritate publica. cf.* 2, 41.

PUBLICUM, 2, 9. arbitrium ſalis in publicum ſumtum.

tabernas in publicum emit, 39, 44.

boniſque eorum in publicum Ardeatium redactis, 4, 10.

PUBLICUS, 41, 6. non publico tantum ſe premi imperio. *niſi cum Dukero legas* publice.

publica pœna, 2, 5. *qua quis reipublicæ cauſſa afficitur.*—ſollicitudo, 2, 41. *de republica.*—indignatio, 3, 48. *de reipublicæ damno.*

Digitized by Google

publica decora, 2, 13.—conſilia (*de voluntate ſenatus*), 1, 42.—poſt publicam cauſſam privatum dolorem habere, 2, 56.

publicus pavor, 5, 39.—publicum parricidium, 28, 29.—incendium, 5, 53. *de urbe a Gallis incenſa.*—commodum, 3, 68. *i. e. patriciis et plebeiis commune.*—malum publicum, 4, 44.—peſſimum publicum, 2, 1.

dum in eo publico eſſent, 23, 49. *ſcil. miniſterio, negotio. Gr.* λειτουργεῖν.

ut, quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent, *ibid.*

publicum et privatum jus, 2, 55.—publicum ſervitium, 1, 25.

venditiſque ibi publicis locis, 41, 27.—ager publicus populi Rom. 40, 38.—quod ejus (*agri*) publicum populi Rom. eſſet, 31, 4.

PUDERE, 40, 8. prope ut puderet regii nominis, *i. e. tamquam nimis auguſti, quum ſint vires inferiores regio faſtigio.*

neque pudendum aut pœnitendum eum regem, 40, 56.

quarum non minus puderet quam pœniteret, 45, 10. *cf.* 27, 13.

pudet deorum hominumque, 3, 19.

pudere ſe numeri ſui nequidquam aucti, 3, 31.

PUDOR, 3, 44. omnia pudore ſepta. (*de Lucretia*) *cf. cap. ſq.* pudicitia ſaltem in tuto ſit.

fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii, 3, 31.—cum pudore populi Romani, 44, 19.—quantus pudor eſſet obſideri, 40, 27.

pudor maritimæ ignominiæ, 35, 27. (*ob cladem navalem*)—pudor intuendæ lucis, 9, 7.—tantuſque pudor regi pavoris ejus fuit, 44, 10.

bellum ingenti pudore noſtro tractum, 45, 39.—ne tibi pudori eſſem, 40, 15. *vid.* præmortuus.

PUER, 8, 24. miniſter ex regiis pueris.—Hannibalem (*ſcil. puerum*) annorum ferme novem pueriliter blandientem patri, 21, 1.

PUGNA, 28, 2. pugnam conſerere.—mediam tueri, 22, 45. *i. e. aciem. cf.* 3, 70.—pugnam pugnatam, 6, 42. *cf.* 9, 37.—pugnam integram ediderunt, 8, 9.—pugna haudquaquam ambiguæ victoriæ, 10, 12.

circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur, 7, 26.

quia non cominus pugnam, ſed procul locis oppugnandis futuram præceperat animo, 38, 20. *vid.* propior.

ordinata per principes haſtatoſque ac triarios pugna, 22, 5. *i. q. acies. cf. cap.* 45.

PUGNARE, 31, 24. conſpici ſe pugnantem egregium.—feſſi labore ac pugnando, 21, 35.

duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, 7, 26.—Poſtumii prius ductu ad Tifernum pugnatum, 9, 44.

ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret, 8, 6. *cf. cap. ſq. it.* 3, 12. 25, 18.—in ſuas leges pugnatum eſſe, 6, 39.—in nuda hoſtium latera pugnabat, 27, 18.

adverſus

Digitized by Google

adverſus eos ſe pro alteris pugnaturos, 9, 14. *cf.* 5, 8.

PUGNATOR, 24, 15. fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat.

PUGNAX, 22, 37. pugnaces—miſſili telo gentes.

PULCHER, 22, 20. pulcherrimum ejus victoriæ fuit.

PULLARIUS, 10, 40. pullarium in auſpicium mittit.

PULLUS, 6, 41. ſi pulli non paſcentur.

PULSARE, 2, 29. pulſet tum mihi lictorem.

PULVINAR, 5, 52. num alibi, quam in Capitolio, pulvinar ſuſcipi poteſt. *i. e. lectiſternium inſtitui.*

ſupplicatio omnibus deis, quorum pulvinaria Romæ eſſent, indicta eſt, 24, 10.

PULVINARIUM, 21, 62. corvum—in ipſo pulvinario conſediſſe. *i. q. pulvinar.*

PUNCTIM magis, quam cæſim—petere hoſtem, 22, 46.

PUNIRE, 3, 55. plebeſque ſcivit, qui plebem ſine tribunis reliquiſſet—tergo ac capite puniretur.

PUPILLARIS, 24, 18. pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum, cœptæ conferri.

PUPILLUS, 26, 6. matrem ejus quondam pro pupillo eo procurantem familiare oſtentum. *paullo poſt* puer *dicitur.*

PURE lautis corporibus, candida veſte—venerabundi templum iniere, 5, 22.—ni moritur, neque ſuum neque publicum divinum pure faciet, qui ſeſe devoverit, 8, 10.—pureque et caſte a matronis ſacrificatum, 27, 37.

PURGAMENTUM, 1, 56. cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, ſub terram agendam.

PURGARE, 23, 24. purgato inde capite—calvam auro cælavere.

ad purganda ea, quæ inimici decernerent, 27, 20. *i. e. crimina, ob quæ decernerent, refellenda. cf.* 8, 23.—crimen purgatum eſt, 38, 48. *vid.* ſuſpicio.

qui purgarent, nec accitos ab eo Baſtarnas, nec auctore eo quidquam facere, 41, 19. *i. e. qui dicerent excuſandi cauſſa etc.*

ut innocentiam ſuam purgarent, 9, 26. *i. q. purgando defenderent. cf.* 4, 25.

PURUS, 24, 14. puro ac patenti campo.—purum ab humano cultu ſolum, 1, 44.

uti loco puro ea prodigia—procuraret, 25, 17. *Opponitur* polluto.

duas mihi aliquis conciones parumper faciat—puram alteram, integrioris judicii, et a favore et odio, univerſo judicante populo Romano, 45, 37. *Drakenborchius conjiciebat:* alteram integrioris judicii, et puram a favore et odio.

PURPURATI et propinqui regis, 30, 42. *cf.* 31, 35. *it.* 44, 26.—honorati Philippi amici *vocantur*, 40, 54.

PUTREFACERE, 21, 37. ſaxa infuſo aceto putrefaciunt.

Digitized by Google

Q.

QUA, 1, 44. qua murum ducturi erant. *i. e. qua parte, ubi. cf.* 5, 43.

evastatis prius agris,—qua—diversa agmina iere, 33, 29. *per quos. Ita emendavit Gelenius. cf.* 45. 9.

retro, qua venerat—regionem repetiit, 40, 58. *unde.*

qua proxime itinera *ad hostem* ducerent, 40, 21. *Gronoviana habet* quæ; *haud dubie operarum vitio; nam ipse Gronovius alibi aliter h. l. laudavit.*

qua quisque ducturus esset; summotis iis, quam potissimum peteret, 44, 2. *scil. e superiori* qua *repetendum est* viam. *cf.* 9, 2.

nihil movebant, qua consules, qua exercitum increpando, 2, 45. pro *partim—partim. cf.* 2, 35. *it.* 10, 38.

QUADRUPLATOR, 3, 72. populum R. quadruplatoris et interceptoris litis alienæ personam laturum.

QUÆRERE, 9, 17. nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest, quam ut—quærerem—ut quærere libeat etc.

caussa seditionum nequidquam a Pœtelio quæsita, 4, 12.

difficilia loca, hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant, 9, 31. *cf.* 5, 54.

sibi gloriæ satis quæsitum esse, 36, 40. *cf.* 7, 1.

eaque ipsa affinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quæsierat, 6, 34. *i. e. conciliaverat.*

nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæsita sunt, 2, 43. *i. e. reperta.*

ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur, 25, 6. *i. q. afferretur.*

imbellem Asiam quæsisset, 9, 19. *h. e. optasset.*

quem rogatione Petillia quærere vellent, 38, 55. *i. q. quæstionem instituere, exercere. cf.* 42, 21.

quum quæstiones severius—exerceret, contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis objectata ab inimicis est etc. 9, 34. *cf.* 32, 26. *it.* 45, 16.

quæsivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere, 40, 49. *nisi fortasse, cum aliis, legendum* anne, *vel etiam* num.—quæro de te, 8, 32.

QUÆSITOR, 9, 26. quæsitores idoneos ejus criminis esse.

QUÆSTIO, 39, 14. quæstionem consulibus extra ordinem mandant.—quæstione habita, 9, 16.—qui de quæstione in se posita senatum consuluisset, 42, 22.

tribunis mil. de morte collegæ per senatum quæstiones decernentibus tribuni pl. intercedebant, 4, 50.

reliquias Bacchanalium quæstionis cum omni exsecutus est cura, 39, 41.

QUÆSTORIUM forum, 41, 2. *Dukero* forum *suspectum est, et glossema videtur. Schelius autem post* quæstorium *interpungendum censebat.*

Digitized by Google

censebat. Atque illud quidem verum est, quæstorium *simpliciter dici a Livio. v. c.* 10, 32. *Neque tamen absonum videatur necesse est, quum subintelligi debeat* tentorium *aut simile quid, addi* forum. *Est enim quæstorium pars castrorum, ubi quæstor suum tentorium habet, haud procul prætorio: inde* porta quæstoria *dicitur*, 34, 47. *cf.* 40, 27. *eo minus forum quæstorium offendere debebat.*

QUAM, 35, 1. ut vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradiderit.—dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Rom. pendere, 45, 18.

mors, quam matura, tam acerba, 7, 1.

postero die quam venit, 36, 39. *cf.* 29, 35.

homo non, quam isti sunt, glorioſus, 35, 49.

major, quam pro numero, jactura, 21, 59.

re majore, quam quanta ea esset, 30, 23.

si transire ad Romanos velint et duplex stipendium accipere, quam quantum a Turdetanis pepigissent, 34, 19.

quibus quid aliud, quam admonemus, 4, 3. *vid.* alius.

ipsorum, quam Hannibalis, interesse, 23, 43. *int. magis: quam vocem sæpius a Livio omissam librarii temere addiderunt.*

quam plurimis locis possent, 31, 17. *i. e. quotquot locis.*

non tantum gaudii ab recenti metu attulerunt, quam averterunt famam, 37, 51.

cogitaret populus Rom. potius cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam esset, quam qua stultitia etc. 8, 25.

quandoquidem non facile loquor—quam quod locutus sum etc. 2, 56. pro *non tam facile etc.*

QUAMVIS, 1, 4. posse quamvis languida mergi aqua: *i. e. valde, admodum. cf.* 22, 8.

quæ ad usum quamvis longi temporis sufficerent, 38, 19. pro *quantumvis. Vid. Dukerum ad* 2, 51, 7.

QUANDO quod taciti indignarentur etc. 37, 57. pro *quandoquidem. cf.* 9, 8. *et* FO, 14. *vid. Drakenborch. ad* 40, 9.

QUANDOQUE, pro *quandoquidem*, 9, 10. ult.—pro *aliquando*, 21, 3. ult.—pro *quandocumque*, 1, 31. med.

QUANTO jure potentior interceſſio erat, tantum vinceretur, 6, 38.

QUANTOPERE, 4, 3. *init. vid. Drakenborch. ad h. l.*

QUANTUM procederet longius, eo majorem etc. 44, 7. *Sic* 3, 15. *it.* 6, 34. *vid. Intt. ad* 5, 10.

quantum a mari receſſisset, minus obvium fore, 21, 31.

quantum—tanto magis, 32, 5.—quantum quisque plurimum, 30, 13.—quantum maxima voce potuit, 7, 9.—quantum ad—duces attinet, 28, 43.

QUANTUS, 9, 37. itaque, quantus non umquam antea, (*tantus*) exercitus ad Sutrium venit.

potius cum quanto studio—quam qua stultitia etc. 8, 25.

quanta maxime poterat vi, 9, 10. *ubi codices nonnulli* maxima. *cf.* 24, 35.

quanta eximia celeritate poterat, 42, 15.

QUANTUSCUMQUE, 32, 5. data quantacumque quiete temporis.

Digitized by Google

poris. *Jac. Gronovius legi vult* quanticumque. *Sic* 27, 31. celebritatem quantæcumque victoriæ.

quod inter assiduas clades et lacrimas unum quantumcumque ex insperato gaudium affulserat, 30, 10. *in partem deteriorem dictum.*

QUANTUSLIBET, 9, 18. quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo.

QUASSARE, 33, 17. reficere quassata muri.—quassata turris prociderat, 21, 14.

multæ quassatæ armamentisque spoliatæ naves, 30, 39. *cf.* 37, 31.

secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rempublicam excepisse, 27, 40.

QUASSATIO, 22, 17. capitum irrita quassatio.

QUASSUS, 25, 3. in veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus impositis—quassi muri, 26, 51.

QUATENUS vallum castrorum cingit, 28, 39.—incerti, quatenus Volero exerceret victoriam, 2, 55.

QUATERE, 10, 41. ubi se cuspidem erectam quatientem vidisset.

QUE, 2, 42. largitiones, temeritatisque invitamenta: pro *hoc est, temeritatis invitamenta. Vide supra in* et, *quod eamdem vim explicandi habet: et Drakenborch. ad* 7, 15.

oculisque simul ac mente turbatum, 7, 26.—diique et homines, 5, 51.

senatuique vobisque et sociis ac nomini Latino, 31, 7.

quique Campanorum, quique Hannibalis militum erant, 24, 19. pro *et—et.*

QUERIMONIA publica, 25, 1. *vid.* excedere.

querimoniæ acceptæ cladis, 8, 1.

QUESTUS flebiles, 23, 20.—cum magnis fletibus questibusque, 22, 61.

QUI, pro *quomodo*, 28, 43. qui ego minus in Africam—trajicerem?

qui sibi minus privato ad concionem populum vocare liceat, 3, 39.

qui vos minus hodie decem tribunos plebis feceritis, *ibid. cap.* 64.

QUI, 1, 43. quibus equos alerent, viduæ attributæ. *i. q. quarum pecunia, sumtu: hinc licet explicare illud e XII. Tabb.* ni solvendo fuerit, eum secanto.

qui vere rem æstimare velit, 3, 19. pro *si quis.*

eventum senatus, quem videbitur, dabit, 6, 26. *ad Græci sermonis formam pro* qui. *Sic* 29, 20. quos iis videretur.—*it.* 31, 3. quem videretur ei.

paullo ante lucem, quod æstivis noctibus sopitæ maxime quietis tempus est, 9, 37.

ut in Tusculanos animadverteretur, quorum eorum opebellum feciissent, 8, 37.

qui—ad subita belli mitti posset, 6, 32. pro *quis.*

et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant, simul perlicit donis etc.

Digitized by Google

etc. 21, 26. pro *et eos, qui eorum ipſorum ſedes etc. ſ. et qui eorum—eos.*

QUIA, 29, 6. ſpes autem affectandæ ejus rei ex minima re affulſit, quia latrociniis magis, quam juſto bello—gerebantur res. *Sic vulgo editur. Sed Drakenborchius illud* quia *vel* quod, *ut nonnulli dederant, recte expunxit: eſt enim Livio uſitata illa ellipſis; eademque ratio eſt harum particularum, quæ τῦ* enim. *vid. ſupra in h. v.*

QUID, 4, 5. quid ſi non, quantum—bis jam experti effetis. *Haud dubie dictum pro* quaſi, *atque ita fortaſſe legendum.*

nec a me nunc quiſquam quæſiverit, quid ita ſponderim? 9, 9. pro *cur. cf.* 28, 43. *it.* 32, 21.

ne quid cederent plebi, 3, 21. *i. q. ne cederent. Sic abundat ſæpiſſime. v. c.* 3, 48. ſi quid inclementius in te ſum invectus.

ut hæc ara, quam illa, ſi quid poteſt, ſanctius et a caſtioribus coli dicatur, 10, 23. pro *ſi qua ratione fieri poteſt.*

quibus quid aliud, quam admonemus, 4, 3. pro *quid aliud agimus, quam ut iis etc. Vid. ſupra in* nihil.

quid eſt dicere aliud etc. 6, 40. *vid.* eſſe.

QUIDEM, 8, 33. nam populi quidem—ne iram quidem umquam atrociorem fuiſſe etc.

ſemper quidem et alias frequens (*ludicrum*), 33, 32. *His nihil in ſequentibus reſpondet. Solent autem* tamen, attamen *et ſimilia poſt* quidem *deſiderari.*

novo quidem et ſingulari genere odii, 40, 12. *videtur h. l. legendum eſſe* quodam. *Neque enim ſubſtantivum præcedit, quo illud* quidem *referatur: ita demum eleganter in tali textu ponitur.*

QUIDQUAM, 9, 8. nec quidquam ex ea, præterquam corpora noſtra, debentur Samnitibus.

nec aperti quidquam erat, quod peteret, 31, 39.—prædæ nec erat quidquam, *ibid.* 45. *vid. Intt. ad* 32, 37.

QUIDQUID, 2, 35. quidquid erat Patrum, reos diceres.—quidquid deorum eſt, 3, 25.

quidquid—appropinquabant, 21, 54.—quidquid ab urbe longius proferrent arma, 7, 32. *vid. Intt. ad h. l.*

QUIES, 8, 6. in quiete utrique conſuli eadem dicitur viſa ſpecies. *al. per quietem. Vid.* ſomnus.

Gallis vix quietem ferentibus in mari, 44, 28.

ſi qua ejus mali (*peſtilentiæ*) quies veniat, 3, 6. *cf. cap.* 16. per aliorum quietem malorum.

QUIESCERE, 6, 36. bella opportune quievere.—quieſcunt Romana fœdera, 21, 10. *i. e. non violantur.*

QUIETUS, 2, 34. quieta omnia a bello.—ne tribunal quidem ſatis quietum erat, 8, 32.

QUILIBET unus ex iis, quos nominavi, 9, 17.—unus Quiritium quilibet, 6, 40. *vid.* unus.

QUIN, 8, 4. quid abeſt, quin—dicto pareamus. *Vid.* abeſſe.

quin (*ex emendatione Gronovii*) ſuperſint aliqui nuncii, 27, 49. pro *immo potius. cf.* 2, 29.

QUINQUEVIRI menſarii *et eorum negotia*, 7, 21.

Digitized by Google

QUIPPE qui mercenarios milites alant, 26, 43. *cf.* 3, 21.

QUIRITATIO, 33, 28. fuga comitum et quiritatio facta, et tumultus tota urbe diſcurrentium cum luminibus.

QUIRITES, 8, 9. reſpublica Quiritium.—pro patria Quiritibuſque Romanis, 5, 41.—pro exercitu populi Romani Quiritium, 10, 28.—exercitus Quiritium Romanorum, 26, 2. *cf.* 45, 37.

QUISQUAM, 5, 4. nec ſatis quidquam juſti doloris eſt, quod nos ad perſeverandum ſtimulet. *eleganter, ut alibi, abundat, it. poſt* nullus, nemo, nihil *etc.*

nec quiſquam unus malis artibus etc. 2, 9. *cf.* 32, 20.

cavere quiſquam ſuperſit, a quibus—vis—timeri poſſit, 24, 38.

QUISQUE, 7, 32. virtute ſua quemque fretos ire in aciem debere.

cujuſque populi cives eo certamine viciſſent, 1, 24. pro *cujuſcumque. cf.* 25, 29.

QUISQUIS, 41, 8. liberos ſuos quibuſquibus Romanis—mancipio dabant.

QUO, 40, 26. ſi quo uſui eſſe—exercitui poſſet. *i. e. quomodo. cf.* 4, 1.

quo tu meo imperio ſpreto—auſus es? 8, 32. *i. q. quare. cf.* 35, 38.

quo minus timoris ratio reddi poterat—majorem inferens metum etc. 26, 20. pro *eo majorem.*

quo minus credunt—creſcit ardor, 2, 45. eo magis *in ſequentibus deſideratur.*

urbem—quo tranſmigremus, 5, 54.

in concionem itur: quo—quum eſcendiſſet, 8, 33. *i. e. in tribunal.*

quo ultra iram violentiamque ejus exceſſuram fuiſſe, *ibid.*

ex ſociis circa populis, quo æſtate (*frumentum*) comportatum erat, 25, 13.

QUOAD dedita arx eſt, 26, 46. pro *donec.*

quod ſtipendium ſerius quoad diem præſtaret, 42, 6. *Viris doctis legendum potius videtur* quam ad.

quoad inſequi potuit, 2, 25.—quoad uſque ad memoriam noſtram tribuniciis conſularibuſque certatum viribus eſt, 6, 38.

QUOD ſine jactura fieri poſſet, 26, 32. pro *quoad, uti et nonnulli legunt. cf.* 1, 24. *it.* 44, 17.

quod ego fui ad Traſimenum, id tu hodie es, 30, 30.

quod nondum factum eſt—ea fieri oportet, 4, 4.

Gallogræci vere quod appellantur, 38, 17.

quod quidem continens memoria ſit, 5, 34.

quod ſui quiſque cognoſſet, 29, 21.

quod ubi videre ipſum Camillum, 6, 8. *ita abundat, ut in* quodſi.

quod manu, quod voce poterat, 8, 39. pro *quantum: in repetitione eſt emphaſis, ſtudium viri exprimens.*

ſi quo minus inventum foret, 31, 12.

nec quod ab hoſte crudelius pati poſſent, reliqui quidquam fuit, quam quæ ab ſociis patiebantur, 32, 13. *illud* quæ, *ut alibi, prorſus abundat.*

QUOT,

Digitized by Google

QUOT, 2, 13. et ſubeunda dimicatio toties, quot conjurati ſupereſſent.

QUUM Appius—jus de creditis pecuniis dicere, 2, 27. pro *diceret. cf.* 4, 51.

quum ſe non rem novam petere, et Tatium ex hoſte regem factum, 1, 35. pro *tum Tatium etc. Vid. Cel. Strothium ad* 21, 36.

Livius—dicitur *quum* ſæpius revocatus vocem obtudiſſet, petita venia puerum ad canendum ante tibicinem *quum* ſtatuiſſet, canticum egiſſe, 7, 2.

quum—milites aliquot, *quum* paſſim toto prope ſaltu pugnaretur, cecidiſſent, 38, 41. *it.* 45, 4.

R.

RABIES, 22, 51. in rabiem irâ verſus.—rabies hoſtilis, 29, 8.—impotens, *ibid. cap.* 9.

fatalem rabiem temporis accuſat, 28, 44.

RADIUS, 33, 5. aliuſque per alium immiſſi radii locum ad inſerendam manum non relinquunt. *de vallo Romano. Sunt vallorum ſeu ſtipitum rami ex parte relicti et conſerti.*

RAMUS, 10, 41. frondoſos ramos per terram trahebant.

RAPERE, 22, 39. in diem rapto vivit.

ipſum (*ducem*) circumſiſtunt, inſidentemque equo captum ad conſulem Romanum rapiunt, 10, 20.

ad Haſdrubalem citatum agmen rapiunt, 25, 35. *cf.* 23, 36.

venandi ſtudium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes ſilvaſque rapit, 5, 6.

quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amiſiſſet, 28, 7.

ob—arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in ſe rapientium, 33, 11.

qui adveniens caſtra urbeſque primo impetu rapere ſit ſolitus, 6, 23.

raptæ inter arma nuptiæ, 30, 14. *i. e. feſtinatæ, præcipitatæ.*

RAPIDUS, 22, 12. ferox rapiduſque in conſiliis.

RAPTIM et avide, 9, 35. *cf.* 26, 5.

præcipitata raptim conſilia, 31, 32.—raptimque omnia præpropere agendo, 22, 19.

raptim mutatione in contrarium facta, 5, 13. *de intemperie cæli.*

RARUS, 6, 1. quod parvæ et raræ per ea tempora litteræ fuere. *cf.* 7, 3. *vid.* litteræ.

rara lanceis vulnera facta, 31, 34. *i. q. pauciora.*

rara hoſtium apparebant arma, 2, 50.—rari in confertos illati, 23, 27.

Digitized by Google

raris ordinibus—conſtiterant, 9, 27. *i. e. latius patefacta ſtetit ſcil. dextra pars.*

RATES, 21, 47. tranſire non potuit pontem, ut (*utprimum*) extrema reſoluta erant, tota rate in ſecundam aquam labente. *i. e. toto ponte. Sic bene explicat Cel. Strothius, quem vide.*

RATIO, 22, 39. agentem te ratio ducat, non fortuna.

et impleret homines certioris ſpei, quam quantam fides promiſſi humani, aut ratio ex fiducia rerum ſubjicere ſolet, 26, 19.

ea ratione, 34, 50. *i. e. ſecundum hanc computationem; ſequuntur enim hæc:* adjice nunc pro portione, quot verisimile ſit totam Græciam habuiſſe.

RATUS, 25, 12. alterius (*carminis*) poſt rem actam editi cum rato auctoritas eventu.

tantum peditī daturum fuiſſe credunt, et pro rata aliis, 45, 40. *i. e. duplex vel triplex iis, qui ordinarie ſtipendium duplex vel triplex peditis accipiebant.*

haud dubie videre aliqua impedimenta, 44, 36. *ſcil. ratus.*

REÆDIFICARE, 5, 53. quia piget reædificare. *Drakenborchius edidit* ædificare.

REBELLARE, 9, 12. Samnites ſimul rebellaſſe et viciſſe crederent Romanum. *cf.* 4, 23.—Etruria rebellans, 10, 31.

omnibus indignitatibus compulſum ad rebellandum, 42, 52.

REBELLIO, 2, 16. ut diu nihil inde rebellionis timere poſſent. *cf. ibid. cap.* 18. *it.* 8, 14. 9, 41. 25, 16.

REBELLIUM, 42, 21. qui deditis contra jus ac fas bellum intuliſſet, et pacatos ad rebellium incitaſſet.

RECELLERE, 24, 34. gravi libramento plumbi recellente ad ſolum.

RECENS ab excidio Sagunti Hannibal Iberum tranſiit, 21, 15.

recens ad Regillum lacum accepta clades, 2, 22. *i. q. recenter.*

RECENSERE legiones, 2, 39.—recenſente conſule biduo acceptam cladem, 10, 36.

RECEPTACULUM, 6, 33. quæ (*urbs*) receptaculum eis adverſæ pugnæ fuerat. *cf.* 8, 19.—ne receptaculo (*caſtella*) hoſtibus eſſent, 9, 41.

RECEPTARE, 5, 8. neglectum Anxuri præſidium—Volſcos mercatores vulgo receptando—oppreſſum eſt.

RECEPTUS, 27, 27. nec receptum a tergo circumventi haberent. *cf.* 28, 23. *it.* 29, 7.

impeditus ac difficilis ad receptum locus, 32, 17.

parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum, finitimo receptu, 22, 12.

non tutiſſimus a malis conſiliis receptus, 28, 25.—unde receptum ad pœnitendum non haberent, 42, 13. *cf.* 3, 2.

libenter ſe daturum tempus iis fuiſſe ad receptum nimis pertinacis ſententiæ, 4, 57.

RECESSUS, 5, 6. nec, ſicut æſtivas aves, ſtatim autumno tecta ac receſſum circumſpicere.

RECIDERE, 24, 32. in antiquam ſervitutem reciderunt.—ut in eam fortunam recideret, 44, 31.

pleraque

Digitized by Google

pleraque (*maleficia*) eorum, quo debuerint, recidiſſe, 25, 31.—ex quantis opibus quo recidiſſent Karthaginienſium res, 30, 42.

RECIPERARE, 7, 18. anno—quinto tricesimo, quam a Gallis (*urbs Romana*) reciperata etc.

RECIPERE in deditionem, 8, 13.—in jus ditionemque, 21, 61.—nomina, 9, 26. recepta provincia in ditione populi Rom. eſt, 26, 41.

intentus recipiendo exercitui eſſe, 10, 42. *i. e. reducendo. vid. Drakenborch. ad* 39, 23.

ut antiquam frequentiam recipere vaſtam ac deſertam bellis urbem paterentur, 24, 3. *i. q. recuperare. Fortaſſe ſcripſit Livius* reciperare.

non, quin breviter reddi reſponſum potuerit, non recipi reges etc. 2, 15.

ſi ſucceſſiſſet cœptis, recepturum ſe afflictas res, 25, 37. *Dukerus legi vult* refecturum: *non male, quoad ſenſum*; *ſed* reficere *minus reſpondet* afflictis. *h. e. projectis, proculcatis, ad terram adactis, inclinatis, quam* recipere, *i. e. ſuſcipere, ſublevare, erigere.*

re non ultra recipiente cunctationem, 29, 24.

qui auſpicio adeſt, ſi quid falſi nunciat, in ſemetipſum religionem recipit, 10, 40. *i. e. auſpicium ſibi perniciosum reddit.*

Perſeus tandem a pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo etc. 44, 10.

jam non recipiebat ſe Romanus miles, ſed immemor recentis ferociæ veteriſque decoris, terga paſſim dabat, atque effuſo curſu caſtra repetebat, 6, 24. *cf.* 33, 18.

nullum ſpatium reſpirandi, recipiendique ſe, dedit, 10, 28.

dictator—facturum, quod milites vellent, ſe recepit, 7, 14. *i. e. promiſit.*

RECIPROCARE, 28, 30. quinqueremem ſatis credens deprehenſam rapido in freto, in adverſum æſtum reciprocari non poſſe.

fretum ipſum Euripi non ſepties die—temporibus ſtatis reciprocat, 28, 6.

quum jam ſpiritum includeret, nec reciprocare animam fineret, 21, 58.

RECITARE, 29, 37. cenſores ſenatum recitaverunt. *ſcil. e tabulis, in quibus ſenatum a ſe lectum ſcripſerant.*—ex ſcripto recitare, 23, 11.

RECOGNITIO, 42, 19. quia per recognitionem conſulis magna pars agri—recuperata in publicum erat.

RECOGNOSCERE, 42, 8. agris recognoſcendis in Campania occupatus aberat.

ut ibi recognoſceret ſocios navales, 42, 31. *i. q. recenſeret.*

recognoſcere ſua, 5, 16. *i. q. noſcere, cognoſcere: paullo poſt:* incognita veniere. *vid. ſupra in h. v.*

RECOLERE, 27, 5. deſertam recoli tandem terram.

RECONCILIARE, 8, 2. amicitia de integro reconciliatur.—eam (*concordiam*) reconciliandam civitati eſſe, 2, 32.

reconciliare

Digitized by Google

reconciliare pacem, 9, 16. *cf.* 42, 46.—gratiam, 41, 22.—cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse, 1, 50.
RECONCILIATIO, 40, 46. quos conjunxit suffragiis suis populus Rom. hac etiam reconciliatione gratiæ conjungi a nobis finatis.
RECONDITUS, 8, 18. medicamenta et alia recondita.
RECRESCERE, 26, 41. nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.
RECRUDESCERE, 6, 18. recrudescente Manliana seditione.—recruduit pugna, 10, 19.
RECTE restituito, 38, 38. *i. e. sine fraude. cf.* 34, 35 —suos imperatores recte et ordine, et ex voluntate senatus fecisse, 28, 39.
quod—qui comitiis eorum præfuerat, parum recte tabernaculum cepisset, 4, 7. *i. e. vitio, vitiose.*
suffectum consulem negabant recte comitia habere posse, 41, 18. *h. e. salva religione et jure publico.*
negabant unam cellam duobus recte dedicari, 27, 25. *i. e. amplius quam uni deo; quemadmodum ante Drakenborchium vulgo legebatur.*
RECTOR, 4, 14. qui tumultus—aut dictatoriam majestatem, aut Quinctium—rectorem reipublicæ quæsisset. *cf.* 27, 49.
RECTUS, 34, 28. rectæ acies. *Opponuntur* circumducto agmini.
ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles—demittere se posset, 21, 36. *capite præcedenti est:* pleraque Alpium arrectiora. *cf.* 38, 20. ad septemtrionem arduas et rectas prope rupes.
sine recti pravique discrimine, 9, 30.
RECUPERATOR, 43, 2. prætori—negotium datum est, ut in singulos, a quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine senatorio daret etc. *cf.* 26, 48.
REDDERE, 1, 56. ex infimo specu vocem redditam ferunt. *de consulto oraculo.*
Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita, cum eo, ut etc. 8, 14. *i. q. relicta. Idem alibi sic de legibus dicitur.*
reddidere—antiquum belli decus amissum, 5, 51.
connubiis redditis unam tandem hanc civitatem facitis, 4, 5. *i. q. datis, concessis, de more illius ætatis. Sic* imperatori exercituique honos suus redditus, 3, 10.
ut parem dolorem hosti redderent, 9, 21.—haud multo minorem, quam—acceperat, reddidit hosti cladem, 24, 20.—terrorem, 3, 60.—reddere eventus inceptis pares, 2, 49.
se ipse convivio reddidit, 23, 9.
REDEMTURA, 23, 48. qui redemturis auxissent patrimonia. *Redemturæ dicuntur de iis, qui suscipiunt, certa mercede, ex pacto, ædificare, præbere exercitui necessaria etc. unde redemtores audiunt.*
REDIGERE, 21, 9. fusum fugatumque in castra redigunt.—submoverique atque in castra redigi, 26, 10. *cf. cap.* 12.—turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant, 37, 43. *i. q. circumagant.*
civitates omnes, quæ defecerant, in ditionem redegit, 26, 21.
præda ad quæstorem redacta, 5, 26.—quantum venditis omnibus bonis redigi non posset, 38, 59.

REDI-

Digitized by Google

REDIMERE, 26, 27. in publicum (*ſervi*) redemti ac manumiſſi ſunt.—igitur victi captique ac redemti, tantum pœnarum diis hominibuſque dedimus etc. 5, 51.

REDIRE, 1, 41. jam ad ſe rediſſe (*regem ſopitum ſubito ictu*).

res ad interregnum redit, 1, 22. *i. e. venit.*

ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum, 3, 68.

quum dimiſſo exercitu urbem rediſſet, 4, 29. *Sic certe optimi codices legi volunt.*

rurſus ad antiqua reditum, 2, 55. *cf.* 9, 24. *it.* 37, 7.

REDITUS in patriam ac parentes, 9, 5. *niſi cum Creverio legas, rectius quidem*, ad parentes. *vid. Intt. ad h. l.*

REDUCERE, 43, 20. in Peneſtas rurſus exercitum reducit.

Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto, 10, 5.

cum gratulatione ac favore ingenti populi domum eſt reductus, 4, 24.

REDUX, 29, 27. præda onuſtos triumphanteſque mecum domos reduces ſiſtatis.

REFERRE, 3, 55. relatis quibuſdam ex magno intervallo cærimoniis. *i. e. repetitis, reſtitutis.*

lex—ab toto relata collegio, novos aggreſſa conſules eſt, 3, 10.

quum, in quæ (*templa*) referri oporteret (*aurum*) confuſa memoria eſſet, 5, 50.

caſtra referre, 4, 17. *opp. proferre.*

in cenſum referre, 39, 44.

idem illud reſponſum retulit, 37, 6. *i. e. repetiit. cf.* 9, 16. *it.* 26, 19.

neque tu iſtud umquam decretum ſine cæde noſtra referes, 3, 45.

legatione Romam relata, 7, 32. *i. q. renunciata.*

nec ullum factum contra utilitatem veſtram vere referri poſſe, 6, 40.—relatu facilia, 1, 59.

quia ſe Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt, 27, 30.

ut in tempore et bene cumulatam gratiam referant, 24, 48.

novam referre proditionem proditis olim, 24, 45. *i. e. ſatis facere, gratum facere, proditis.*

ut nec triumviri accipiundo nec ſcribæ referundo ſufficerent, 26, 36.

ne illud quidem refert, conſul, an dictator, an prætor ſpoponderit, 9, 9.

ut ubi ſim, quam qui ſim, magis referat, 2, 7.—id referre tantum, utrum—an etc. 8, 39. *cf.* 25, 16.

REFICERE urbem, 6, 1. *i. e. reædificare.*—eoſdem tribunos refici, 3, 21. *i. q. iterum creari. cf.* 6, 39.—prætor unus refectus—novi alii creati, 24, 9. *cf.* 10, 13. *Similiter* 3, 10. reficere exercitus, *i. e. novos ſcribere. cf.* 8, 36.

quod inde refectum eſt (*pecuniæ*), 35, 1. *i. e. redactum eſt.*—quum divendenda præda quadringenta talenta argenti aurique refeciſſet, 1, 53.

tum refecta tandem ſpe, caſtra propius hoſtem movit, 23, 26.

refecti

Digitized by Google

refecti ſunt militum animi, 21, 25.—refectuſque miles, hiberniſ itineribus affectus, 22, 9.

REFORMIDARE, 9, 34. niſi univerſam rempublicam eo nefario obſtrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus.

REFRAGRARI, 45, 40. ſi aut non refragrati honori ejus fuiſſent aut etc.

REFRINGERE, 10, 43. ſimul et refringebantur portæ. *cf.* 24, 30. *it.* 25, 9.—refracturoſque carcerem minabantur, 6, 17.

adeo occæcat animos fortuna, ubi vim ſuam ingruentem refringi non vult, 5, 37.

REFUGERE, 21, 28. quum refugientem in aquam nantem ſequeretur. *i. q. fugientem.*

ad Philippum captiva navis ex curſu refugit, 23, 39. *cf.* 31, 36.

REFUGIUM, 9, 37. ſilvæ tutius dedere refugium: nam caſtra in campis ſita eodem die capiuntur.

REGALIS, 27, 19. regalem animum in ſe eſſe. *i. q. rege dignum.*

REGALITER, 42, 51. ipſe centum hoſtiis ſacrificio regaliter Minervæ—confecto etc.

REGERE, 10, 13. jam regi leges, non regere.

REGERERE, 44, 11. quia nuſquam cumuli apparebant, quo regeſta e foſſa terra foret.

REGIMEN, 4, 31. quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur. *i. e. rector. Sic explicat Drakenborchius.*

REGIO, 3, 66. populabundi regione portæ Eſquilinæ acceſſere.—portis regione platearum patentibus, 25, 25. regionibus partiri imperium, 27, 7. *i. e. ſecundum regiones in Italia etc.*

in quatuor regiones diviſa Macedonia, 45, 29. *earum ſingulæ populos plures complectebantur. Sed* regio *tamen, et* pars *promiſcue dicuntur eod. cap. ut et cap. ſequenti.*

REGIUS, 4, 32. regia pugna, *i. e. cum rege.*—inimicitias impotenti ac prope regia ira exercere, 39, 4.

tulit et Romana regia (*domus*) ſceleris tragici exemplum, 1, 46.—per hujuſce regiæ deos, 30, 12.

REGNARE, 1, 17. regnari tamen omnes volebant. *i. e. regium imperium conſervari.*

nec jam libertate contentos eſſe, niſi etiam regnent ac dominentur, 24, 29.

quem privatum viribus et audacia regnantem videtis, 3, 11. *cf.* 6, 40.

REGNUM conſociant, imperium omne conferunt Romam, 1, 13.—tenere, 4, 3.—ſe patrio regno tutoris fraude pulſos, 1, 40.—qui obſtare regnum ſuum ſaluti civium nolit, 5, 5.

quod tribuni mil. in plebe Rom. regnum exercerent, 5, 2.——non in regno populum Rom. ſed in libertate eſſe, 2, 15. *cf.* 1, 57.

REGREDI, 38, 4. ne—regreſſus inde in tutum non eſſet. *al. in tuto. cf.* 21, 41.

REGULUS, 29, 4. mittique ad Syphacem legationes alioſque regulos—cœptæ.—et reguli quidam et tyranni, 38, 48. *cf.* 27, 4. *it.* 28, 43.

ita

Digitized by Google

ita regulus (*Guluſſa Maſiniſſæ filius*) Karthaginienſeſque dimiſſi, 42, 24.—reſponſum regulo (*Maſgabæ regis Maſiniſſæ filio*) eſt, 45, 14. *Ex his locis manifeſtum eſſe arbitror, non ipſos tantum reges, ſed eorum liberos quoque regulos dictos eſſe. Vid. infra in v.* rex.

REJICERE, 23, 8. rejecta ab humero toga latus ſuccinctum gladio nudat.

ſi, quod imperio conſulari exſequendum eſſet, invidiam ejus conſules ad ſenatum rejicerent, 2, 28.

ad conſules rejiciebant, 42, 32. *ſcil. centuriones, vel, cognitionem de eorum cauſſa, vel, ipſi eo rejiciebantur. cf.* 9, 43. *vid. Drakenborch. ad* 2, 22.

RELANGUESCERE, 35, 45. ut tædio et impetus relangueſcat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant.

RELEGARE, 25, 6. nemo eorum relegatus in exſilium eſt. *ibid. paullo poſt:* non ſolum a patria procul Italiaque, ſed ab hoſte etiam relegati ſumus. *cf.* 9, 26. *it.* 26, 2.

RELEGATIO, 3, 10. exſilio et relegatione ulciſcentes tribunos. *cf.* 4, 4.

RELIGIO, 5, 51. cum urbe ſimul poſitæ traditæque religiones.—nullus locus non religionum deorumque eſt plenus, 5, 52. *cf.* 6, 5.—negligentiores publicarum religionum, 5, 52.—quid de religionibus atque auſpiciis loquar, 6, 41.—apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur, 9, 9.—turbatis religionibus, 8, 32. *i. e. non repetitis auſpiciis, quum incerta eſſent,* dubiis diis, *uti paullo poſt Livius dixit.*—religionibus quibuſdam animo objectis, 41, 22.—ut his religionibus (*ritibus externis*) populum liberaret, 25, 1.—et novas religiones excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nunciata, 30, 2.

ne exercitus mitterentur, religio obſtitit, 4, 30. *cf. cap. ſq.*—religio infixa animis, 29, 18.—quæ dictatori religio impedimento fuerit, 8, 32.—quoſdam religio ceperit, ulterius quidquam eo die conandi, 28, 15.—movendi inde theſauros incuſſa erat religio, 29, 18.—collegam ſufficere, cenſori religio erat, 6, 27. *cf.* 2, 62. —ejus rei religio tenuit ſenatum, 9, 30. *cf.* 43, 13.

quæ res poſtea religioni fuit, 5, 31. *cf.* 41, 16.

in religionem trahebant, 5, 23.—in religionem moti animi, 21, 62.—reſpublica in religionem venit, 10, 37.

quod dimovendis ſtatu ſuo ſacris religionem facere poſſet, 9, 29.—qui auſpicio adeſt, ſi quid falſi nunciat, in ſemetipſum religionem recipit, 10, 40.

ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, 6, 1.

quamquam haud ſane liber erat religione animus, 2, 36.—liberaret religione templum, 45, 5. *i. e. violatione, profanatione.*—Punica religione ſervata fides ab Hannibale eſt, 22, 6. *vid.* exſolvere.

RELIGIOSIUS, 10, 7. caſtius eum ſacra privata facere, et religioſius deos colere quam ſe?

RELIGIOSUS, 5, 52. transferri ſacra religioſum fuit. *i. q. religio, nefas fuit. cf.* 2, 5. 3, 22. 6, 27.

de

Digitized by Google

de diebus religiosis agitari cœptum, 6, 1. *h. e. qui insignes essent rei nulli publicæ privatimque agendæ. Sic Livius ipse interpretatur.*

illum diem religiosum Karthaginiensibus ad agendum quidquam rei feriæ esse, 26, 17.

quia dies forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter inciderant, 37, 33.

RELINQUERE, 5, 40. muliebris fletus et concursatio incerta—nihil, quod humanis superesset malis, relinquebant. *i. e. summam omnino miseriam exhibebant, referebant.*

non modo pacis, sed ne belli quidem jura relicta erant, 24, 33. *i. q. servata, observata erant.*

certamen sine effectu in beneficio apud primores Patrum reliquere, 4, 7. *h. e. pro beneficio imputavere.*

nec, deductis præsidiis, spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem, 26, 38. *egregia concinnitas.*

quæ Seleucus—per summum decus parta reliquerit, 34, 58. *scil. regni sui hæredi.*

egregia spe futuri status fidissima gente relicta, 43, 17. *i. q. in spe egregia.*

RELIQUIÆ cladis, 22, 56. *i. e. qui e clade reliqui fuerant.*—duorum exercituum, 25, 22.—persequi reliquias belli, 9, 29.

reliquiæ direptæ fortunæ, 26, 30. *i. e. fortunarum. Sic proprie imprimis in re pecuniaria, de exigendis, dicitur.*

RELIQUUS, 9, 16. reliqua belli perfecta.—Agrigentum, quod belli reliquum erat, 26, 40.—reliquum vitæ, 39, 13.

quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, 9, 24.

nec, quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quidquam fuit, 32, 13.

ad confirmandos in reliquum sociorum animos, 36, 10. *i. e. in posterum. cf.* 23, 20.

REMANERE, 9, 1. remanet aliquid ex contagione noxæ.—quia remanendi in Græcia retinendique exercitus Argos et Nabim causam facerent, 34, 23.

REMEARE, 9, 16. nisi præsidio Samnitium interfecto aut tradito, ad se (*legati*) ne remearent.

REMEDIUM, 2, 45. simulationem intestinæ discordiæ remedium timoris inventum.—id remedium timori fuit, 3, 3.

quum utrumque (*præfectum et leges*) ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent, 9, 20.

REMIGIUM classicique milites tranquillo in altum evecti, 26, 51. *i. e. remiges. cf.* 21, 22. 33, 48. 37, 11.

REMITTERE, 33, 6. nuncios in castra remissos—opperientes. *i. e. dum nuncii eo missi redirent.*

ut memoriam simultatium patriæ remitteret, 9, 38. *i. e. in gratiam patriæ earum oblivisceretur. Sic* 8, 35. ut sibi pœnam magistri equitum dictator remitteret.

si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam remittere industriam, 2, 58.

justitium remittitur, quod fuerat dies decem et octo, supplicaque perlæta fuit, 10, 21.

simul

Digitized by Google

ſimul a religione animos remiſerunt, 5, 25.—ſpes remiſit a certamine animos, 9, 12.

remittentibus tribunis pl. 6, 36. *i. e. permittentibus; eſt enim* remittere *i. q. concedere de jure ſuo. ſed vide Drakenborchium ad h. l.*

ſuperatis, ubi primum (*ſcil. ſe*) remiſerunt imbres, amnibus, 40, 33. *cf.* 2, 34.

REMORARI, 27, 12. ne remorandi quidem cauſſam in Italia fore. *i. q. morandi.*

REMORDERE, 8, 4. libertatis deſiderium remordet animos, pro *mordere, angere. vid.* morſus. *Sic Virgilius: quando hæc te cura remordet.*

REMOVERE, 9, 24. caſtra ut (*ab urbe expugnanda*) removerentur.

ſenatuſconſulto eos a republica remotos eſſe, 5, 11.

tribu remoti et ærarii facti, 45, 15. *ubi Gronovius* moti, *alii* emoti *legi volunt. illud ſane uſitatius foret.*

RENATUS, 6, 1. velut ab ſtirpibus lætius feraciuſque renatæ urbis.—renatum bellum, 9, 12.

RENITI, 5, 49. quum illi renitentes pactos dicerent ſeſe, negat eam pactionem ratam eſſe etc.

RENOVARE auſpicia, 6, 5. *propter vitium aliquod, quo ſuperiora auſpicia irrita facta ſunt, denuo auſpicari. cf.* 5, 18. *et* 31. *vid. Drakenborch. ad* 8, 30.—fœdus renovatum, 9, 43.

renovato modica quiete exercitu, 36, 14. *i. q. recreato.*—quies —renovavit corpora animoſque ad omnia de integro patienda, 21, 21.

robur plenius nitidiuſque ex morbo velut renovatus flos juventæ faciebat, 28, 35. *vid. Intt. ad* 3, 51.

ipſis quoque tribunis, ut ſacroſancti viderentur—renovarunt, 3, 55.

RENOVATIO, 5, 52. inſtauratio ſacrorum auſpiciorumque renovatio.

RENUNCIARE, 45, 25. hæc Rhodum nunciata—in gaudium renunciata verterunt.

ita renunciant legationem, 23, 6. *i. e. quid in legatione effecerint, narrant. cf.* 9, 4.—hæc dicta legatis renunciataque in concilium, 29, 3.

qui (*magiſtratus*) priuſquam renunciarentur, 5, 18. *de ſuffragio quidem prærogativæ.*

dictator comitia conſularia habuit, æmulumque—Valerium—conſulem renunciavit, 7, 26. *vid.* pronunciare.

decreverunt ſocietatem renunciare Achæis, 38, 31.—ſocietas eis et amicitia renuncianda, 36, 3.

decemviri (*adire libros juſſi*) renunciarunt, 42, 20.—ver ſacrum —quum—non eſſe recte factum renunciaſſet, 34, 44.

REPARARE, 3, 37. quonam modo tribuniciam poteſtatem—rem intermiſſam, repararent.

bellum ab Æquis reparari cœptum, 4, 45. *cf.* 30, 7.

REPELLERE, 25, 41. qui Hannibalem ſubniſum victoria Cannenſi ab Nola repuliſſet.

et

Digitized by Google

et hi repulſi—dilati, 39, 32. *dicitur ſimpliciter de iis, qui irrito conatu magiſtratus petierunt.*

REPENS, 6, 42. fama repens belli Gallici allata.—repens tumultus, 21, 26.—repens alia nunciatur clades, 22, 8. *cf.* 1, 14. *it.* 10, 7.

REPENTE, 21, 41. utrum alios repente (*al. derepente*) Karthaginienſes—terra ediderit.

REPENTINUS et tumultuarius exercitus, 41, 10.—repentina cohors, *ibid. cap.* 1.—repentina nobilitas, 1, 34.

REPERCUSSUS, 21, 33. quos (*clamores*) repercuſſæ valles augebant.

REPETERE, 5, 17. auſpicia de integro repeterentur. *cf.* 8, 30. *vid.* renovare.

memoria ex annalibus repetita, 8, 18.

res repetere, 7, 32. *i. e. poſcere, ut ſatisfiat, etſi nihil ablatum ſit. alibi ſignificat res vere ablatas reddendas expoſcere.*

qua cœpiſſet ire via, an eam, qua veniſſet, repetere melius eſſet, 35, 28.

qui onerarias retro in Africam repetere juberent, 25, 27. *cf.* 22, 18. *it.* 40, 58.

quid (*urbem*) repetiimus? 5, 51.—ad Nolam armis repetendam, 9, 28.—repetentes pugnam conſpexit, 37, 43.

bello ſuperatas (*urbes*) in antiquum jus repetit, 35, 16.

REPLERE, 24, 42. brevi replevit exercitum. *i. e. ſupplevit; præcedit enim* conquiſitio militum. *Niſi vero* replere *ſimpliciter* pro *reficere, recreare, accipere, velis; præſertim quum addiderit Livius:* animoſque ad tentandum de integro certamen fecit. *Eſt autem hæc exquiſitior ſignificatio verbi* replere. *vid. Cel. Ruhnken. ad Velleii* 2, 56.

aſſidentes curanteſque eadem vi morbi (*peſtilentia*) repletos ſecum traherent, 25, 26.

repletas ſemitas—puerorum et mulierum huc atque illuc euntium, 6, 25.—ſtrage hominum armorumque inſignium campi repleri, 9, 40.

REPONERE, 29, 19. duplamque pecuniam in theſauros reponi. *cf.* 31, 13. *Dicitur etiam* in theſauris, 29, 18. *et* 21.

acceptas litteras quum in gremio repoſuiſſet, 26, 15.

qui plus in eo, ne poſſet decipi, quam in fide Siculorum, reponeret, 24, 37.

REPORTARE, 38, 50. qui confecta provincia exercitum reportaſſet. *cf. cap.* 42.

REPRÆSENTARE, 2, 36. quum minas iraſque cœleſtes repræſentatas caſibus ſuis expoſuiſſet. *i. e. quæ ſtatim ratæ factæ eſſent, eventum habuiſſent. Nam proprie* repræſentare *eſt idem quod præſenti pecunia, ex arca ſolvere. Et paullo ante legitur:* præſentior res erat.—et vera eſſe et apte ad repræſentandam iram deum ficta poſſunt, 8, 6.

REPREHENSARE, 2, 10. reprehenſans ſingulos (*Horatius Cocles*) obſiſtens, obteſtanſque etc.

REPUGNARE, 29, 33. pertinacior (*turma*) in repugnando telis obruta et confixa eſt. *i. q. pugnando, defendendo ſe.*

REPULSA,

Digitized by Google

REPULSA, 10, 37. conſul quum—videret—collegæ amicos, ad ſolatium æquatæ repulſæ ſibi quoque negare triumphum etc.

REPURGARE, 44, 4. præmiſſis, qui repurgarent iter.—*paullo poſt*: aperire ſaltum.

REQUIETUS, 44, 38. militem quem neque viæ labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum, integrum, in tentorio ſuo arma capere jubeas.

RES immenſi operis, *Præfat.*—magni diſcriminis res, 25, 41.—haud magni certaminis, *ibid.*—ſecundæ belli res, 3, 9.—adverſa belli res, 10, 6.—res meliores faciliorеſque, 23, 11.

quis enim rem tam veterem pro certo affirmet? 1, 3.

in rem emendabilem viſus lapſus eſſe, 44, 10. *niſi legendum cum Gronovio* in errorem.

ante rem nitent arma, 9, 40. *i. e. ante pugnam.*—rem gerere ac tentare, 23, 18.

quâ fortuna rem daret, eâ inclinare vires, 1, 27. *i. e. occaſionem tranſeundi ad hoſtes, aut manendi.*—ſummam rem complectar, 34, 32. *i. e. ſummam rei. vid.* ſummus.

non tam magni momenti ad ſummam rem populi R. 33, 45.—res Romana, 1, 23. *pro utilitate publica. vid.* reſpublica.

interpretando verſa Romam res, 9, 26. (*crimen et quæſtio.*)

dilata in ſpeciem actione, re ipſa ſublata, 3, 9. *cf.* 39, 35.

ſi ſpem pro re ferentes dimittant, 36, 40.

rei capitalis diem Poſtumio dixerunt, 25, 4.—ne mulieris libertinæ cum amatore ſermonem in rem, non ſeriam modo, ſed capitalem etiam verti vellet, 39, 13.

quietæ externæ res Romanis eſſent, 6, 42.—bonis rebus veſtris, 7, 30.—pro remedio ægris rebus, 9, 20.—res Capuæ ſtabilitas Romana diſciplina, *ibid. cf.* 8, 27.

omnium rerum cauſſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes, 6, 41. *cf.* 36, 42.

haud procul juſto prœlio res erant, 7, 14.

ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inſcitia res, 6, 30.

ex ea tantum præda, quæ rerum moventium ſit, 5, 25. *int. ſe. i. e. mobilium. cf. A. Gellium* 11, 18.—præda oppidi parvi pretii rerum fuit, 21, 60.

factis benignus pro re, 7, 33. *i. e. prouti res vel patiebatur vel poſtulabat.*

nihil eſt aliud in re, 10, 8.—quid enim in re eſt aliud? 4, 4.

nunciata ea clades majorem, quam res erat, terrorem excivit, 10, 4.

verbo ſocios, re vera ſubjectos imperio, 37, 53.—pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, 7, 30.

inter ſcriptores rerum diſcrepat, 38, 56.—inter antiquos rerum auctores conſtat, 7, 42.

res ad Patres redit, 1, 32. *i. e. imperium in interregno.*—parva iſta non contemnendo majores noſtri maximam hanc rem fecerunt, 6, 41.

prope ſeceſſionem plebis res terribileſque alias minas civilium certaminum venit, 6, 42.—et res et gloria integra eſt, 7, 13.

magna res—Chalcis et Euripus, ademta regi forent, 31, 23.—

tantis

Digitized by Google

tantis rebus ſine cauſſa relictis, 44, 7. *de locis opportunis, oppido munito, eoque ornatiſſimo ædificiis.*—vallum foſſamque, ingentis utramque rem operis, 5, 5.

quæ cognoſſe in rem erat, 22, 3.

RESCINDERE pontem, 2, 10.—dum alii pontem ſublicium reſcindunt, *Epitom. ejuſd. libri: ubi vide Drakenborchium.*

RESCRIPTUS, 9, 10. reſcriptæ ex eodem milite novæ legiones. pro *iterum ſcriptæ.*

RESERARE, 25, 16. quum intentius exta reſerata ſervarentur.

RESERVARE, 25, 6. nos vulgo homines laudabant, quod reipublicæ nos reſervaſſemus.—in unum pugnæ laborem reſervati, 7, 7.

RESIDERE, 35, 38. poſtquam reſedit terror.—quin iram ejus, ſi qua ex certamine reſidet, ſimplicitate et hilaritate noſtra lenimus? 40, 7.—longiore certamine ſenſim reſidere Samnitium animos, 10, 28.

RESIDES ipſi ac ſegnes, tamquam nec manus nec arma habeamus, 25, 6. *cf.* 2, 32. *it.* 6, 23.

RESISTERE, 3, 13. contra vi reſiſtunt.—vix deorum opibus, quin obruatur Romana res, reſiſti poſſe, 4, 43.

RESOLVERE, 26, 15. acceptas litteras, neque reſolutas, quum in gremio repoſuiſſet, præconi imperavit, ut etc.

RESPECTARE, 8, 39. ubi reſpectantes hoſtium anteſignanos, turbataque ſigna et fluctuantem aciem vidit.—reſpectans ad tribunal, 3, 48.

RESPECTUS, 8, 38. urgentes ſcutis ſine reſpiratione ac reſpectu pugnabant.

rex primo effuſe ac ſine reſpectu fugit, 32, 12.—qui reſpectum habent, 21, 44. *i. q. receptum, qui a tergo tuti ſunt.*

ſi nullus alio ſit, quam ad Romanos reſpectus, 42, 46.

ni reſpectus equitum ſexcentorum—præpediſſet animos, 9, 14.

reſpectu rerum ſuarum, 31, 46. *cf.* 2, 30. *it.* 9, 45.—liberûmque ſuorum reſpectu, 8, 28.—ſui aliquo reſpectu, 42, 9.

nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindamus, 9, 23.

et in præſens tempus mitiores eos juſtioreſque reſpectu populi Rom. habere ſe, 45, 18.

recepta (*Capua*) inclinatura rurſus animos videbatur ad veteris imperii reſpectum, 26, 1.

RESPICERE, 4, 17. obſtringi Fidenatium populum, ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet, conſcientiâ tanti ſceleris voluiſſe. pro *exſpectare, ſperare; nam ipſe reſpiciendi geſtus deſiderium et confidentiam indicat.*—ſubſidia, quæ reſpicerent in re trepida, *ibid. cap.* 46.

RESPIRARE, 4, 25. ſi plebi reſpirare ab eorum mixtis precibus miniſque liceat. *i. q. ſine interpellatione conſilia inire, agitare.*

Gallica acies nullum ſpatium reſpirandi recipiendique ſe dedit, 10, 28. *cf.* 28, 31.

RESPIRATIO, *vid. paullo ante in v.* reſpectus.

RESPONDERE, 31, 5. precationem admiſiſſe deos, aruſpices reſpondere. *verbum proprium in hoc genere.*

Papirio

Papirio brevi ad ſpem eventus reſpondit, 9, 15. *cf.* 28, 6.—ad nomina non reſpondere, 7, 4. *de delectu.*

nec abſurde adverſus utroſque reſpondiſſe viſus eſt, 35, 50. *cf.* 8, 32. *it.* 30, 31.

RESPONSUM, 1, 56. neque reſponſa ſortium (*oraculi Delphici*) ulli alii committere auſus.

quum—legatis—triſte reſponſum ab conſule redditum eſſet, 9, 16.—idem illud reſponſum retulit, 37, 6. *cf. cap.* 28.—ſine reſponſo ac mentione facti ſui legatos dimiſit, 9, 38.

RESPUBLICA *it. diviſim* reſque publica, 8, 13. *it.* 5, 52.—reque de publica, 22, 11.

reſp. Quiritium, 8, 9. *vide* Quirites.—populi Rom. 3, 19. *ex antiqua formula ſic dicitur. cf.* 28, 28. *it.* 45, 14.

de ſumma rep. conſultatum, 26, 10. *i. e. de univerſæ reip. ſalute, et re, ex qua illa pendet.*

quo die de provinciis et de rep. (*conſules*) retulerunt, 38, 42. *de rep. univerſa, nulla re et parte nominatim.*

ut ſua cuique reſp. in manu eſſet, 26, 8. *i. q. cives. cf.* 2, 57.—feceſſiſſe aliquando a vobis plebem, nec in poteſtate veſtra remp. fuiſſe, 45, 23.

rempublicam egregie gerere, 40, 40. *de victoria.*

ut quatuordecim legionibus—centum navibus longis reſp. adminiſtraretur, 30, 41. *i. e. bellum gereretur. cf.* 10, 25.

ſenatuſconſulto eos ab rep. remotos eſſe, et recuſantes abdicare ſe magiſtratu, 5, 11.

RESTAGNARE, 44, 6. oſtium late reſtagnans. *i. e. latiſſimum, ut maris vel ſtagni ſimilitudinem habeat.*

RESTARE, 9, 15. qui obſeſſor Luceriæ reſtiterat. *i. q. manſerat. cf. cap.* 29.—unam ſibi ſpem reliquam reſtare, 10, 16.

ſumma vi reſtare nunciabantur, 4, 58. *i. e. reſiſtere.*—nunc paucis plures vix reſtatis, 23, 45.—reſtantes ac circumventos occidit, 8, 39. *cf.* 6, 30. *it.* 29, 2.

RESTINGUERE, 28, 23. rivique ſanguinis flammam orientem reſtinguerent.—quæ (*ſtudia*) verecundia legum reſtinguenda ratus, 10, 13.

RESTITARE, 10, 19. hæc monendo obteſtandoque, prope reſtitantes conſules in concionem pertraxerunt. *cf.* 7, 39. *it.* 30, 31.

RESTITUERE, 25, 37. res perditas reſtituit.

ſoſpiteſque omnes ad propinquos reſtituit, 2, 13. *cf.* 24, 47.

ut interfecto Punico præſidio reſtituerent ſe Romanis, 23, 7.

reſtituendi vos in amicitiam noſtram fortuna oblata eſt, 31, 31.

ut ſe reſtituerent in patrium ac legitimum regnum, 38, 1.—reſtituturumque ſe in antiquam formulam juriſque ac ditionis eorum, 26, 24.

RESUPINARE, 4, 19. aſſurgentem ibi regem umbone reſupinat etc.

RETENTARE, 10, 5. quo magis feſtinantes videt dictator, eo impenſius retentat agmen ac ſenſim incedere jubet.

RETICERE, 3, 41. ad Valerium, negantem ſe privato reticere, lictorem accedere juſſit. *i. e. ſe juſſu privati tacere. cf.* 23, 12.

RETI-

Digitized by Google

RETINERE, 37, 51. conſulem—ad ſacra retinuerat—pontifex maximus.—quod ſacris ut ſollemne retentum ſit, 3, 39.

retinere Quinctium in ſenatu, ne frater quidem—ſi tum cenſor eſſet, potuiſſet, 39, 42. *ſcil. retinent cenſores, quos non movent ordine. vid. B. Patruum ad Sueton. Ner.* 37.

ſi ab hoſtibus metu retenti ſumus, 5, 52. *i. e. Capitolio incluſi.*

quem (*flaminem*) neque mittere ab ſacris, neque retinere poſſumus, ut non deûm aut belli deſeramus curam, 24, 8.

RETRACTARE, 3, 49. retractantem arripi—jubet. *i. e. ſemper ſe ſubducentem, non obſequentem.*—ſecuta exercitum plebs, nullo, qui per ætatem ire poſſet, retractante, 3, 52. *cf.* 37, 18. *ubi plures MSS. cum edd. antiq.* diſcrimen etc. retractante.

arma retractare, 2, 30.

RETRACTATIO, 6, 28. juniores Romani ad edictum, ſine retractatione, convenere. *ante Drakenborchium legebatur* detrectatione. *vid. Cic. Or. Philipp.* 14, 14.

RETRAHERE, 30, 20. qui, vetando ſupplementum et pecuniam mitti, jam pridem retrahebant. *cf.* 10, 25.

miſſique, qui ſequerentur ab Tarracina comprehenſos omnes retraxerunt, 25, 7. ne forte deprehenſus—retraheretur ut tranſfuga, 2, 12.

retractus ſinus, 26, 42. *vid. Drakenborch. ad h. l. Apud Virgilium quidem eſt* reductus.

ne ante fauces quidem ſaltus—ſed intra penitus retractis caſtris, 36, 17. *vid. Intt. ad h. l.*

RETRIBUERE, 2, 41. pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo.

RETRO via repetenda, 9, 2. *cf.* 22, 6. *it.* 18. *vid.* repetere.

retro in ſua caſtra rediit, 23, 28. *cf.* 24, 20.

retro in caſtra ſua ſe recepit, 23, 36. *cf. cap.* 37.

remiſſo retro nuncio, 27, 28.

fugam magis retro, quam prœlium, ſpectante milite, 8, 19.

retro revocanda et abdenda cupiditas erat, 2, 45.

RETROCEDERE, 8, 8. ſi haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant.

RETUNDERE, 2, 33. non modo impetum erumpentium retudit, ſed per patentem portam ferox irrupit.

liberandam omnem Græciam, ſi Ætolorum linguas retundere —vellent, 33, 31.

REVEHERE, 1, 35. prædaque inde revecta.

equo citato ad urbem revectus, 7, 41. *cf.* 2, 47. *it.* 34, 15.

ne quis reveheretur inde ad prœlium, 3, 70.

REVERTERE, 7, 17. præda ingenti parta victores reverterunt. *cf.* 6, 29. *it.* 26, 50. 41, 6.

REVICTUS, 6, 26. revicta rebus crimina. *i. q. convicta.*—noctis proximæ crimen facile revictum, 40, 16.

REVOCARE, 4, 35. ad ſpem conſulatus in partem revocandam. *i. q. vocandam.*—ut ad ſortem revocaret *ſcil. deſtinationem provinciarum*, 10, 24.—diſceptationem ab rege ad Romanos revocabant, 41, 22. *i. e. rejiciebant. cf.* 10, 24.

conſul

Digitized by Google

conſul ab revocando ad incitandos hortandoſque verſus milites, 25, 14.

Cornelius—omnes duces—ad urbis præſidium revocabat, 26, 8. *i. e. revocandos cenſebat.*—rurſus ad Caudium revocavit, 9, 27. *vid.* retro.

REVOLVERE, 4, 12. ad diſpenſationem inopiæ revolutus.—eo revolvi rem, 5, 11.

REUS fortunæ ejus diei, 6, 24.—rei ſatis locupletes, 9, 9.—reum qua infelicis belli, qua ignominioſæ pacis, 9, 8 —ut ſuæ quiſque partis tutandæ reus ſit, 25, 30. *i. e. loci a ſe non defenſi reus fieri poſſit.*

rei ad populum—circumeunt ſordidati, 2, 54.—ſi reum perago, quid acturi eſtis, 4, 42.—apud concionem prius reus agatur, 45, 37. *cf.* 24, 25.

REX, 2, 2. quo adjutore reges ejecerat. *i. e. regium genus.*—plurimo clamore—orto excitos reges, 1, 39. *ubi tamen de Tarquinio et uxore ejus agitur: nam id minus mirum eſt* Ptolemæum et Cleopatram reges Ægypti *appellari*, 37, 3. 45, 13.—rex Gentius cum liberis et conjuge et fratre, 45, 43. *paullo poſt* reges *appellantur.*

quod Maſiniſſam non appellaſſet modo regem, ſed feciſſet, reſtituendo in paternum regnum, 30, 17.

reges non liberi ſolum impedimentis omnibus, ſed domini rerum temporumque, trahunt conſiliis cuncta, non ſequuntur, 9, 18.

RIGARE, 5, 16. emiſſam (*aquam*) per agros rigabis. *Sic dicitur* ſacra litare, *pro ſacris etc.*

RIGERE, 21, 54. tum utique egreſſis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia eſſent. *cf. cap.* 55.

RIGIDUS, 35, 11. cervix rigida. *de Numidarum equis. vid. Clav. Cicer. in v.* obſtipus.

invicti a cupiditatibus animi (*Cato*) et rigidæ innocentiæ, 39, 40.

RIPA, 35, 33. ſuper ripam Tiberis. *i. q. ad Tiberim.*—32, 30. ſuper Mincii ripam.—profectus adverſa ripa Rhodani, 21, 31.

RITE, 27, 25. neque enim duobus, niſi certis, deis rite una hoſtia fieri. *vid. Drakenborch. ad h. l.*—pecora in fanis trucidant verius, quam rite ſacrificant, 41, 18.

RITUS, 5, 44. ſine ſtationibus ac cuſtodiis ferarum ritu ſternuntur.

placet pecudum ferarumque ritu prò miſcue in concubitus ruere? 3, 47.

RIXA, 40, 14. quomodo fefelliſſent, et alieni, et mei, et maxime ſuſpecti, quia paullo ante in rixa fuerant.

ROBUR, 30, 2. quod roboris ea provincia habuerat. *i. e. milites.*—robur omne virium, 33, 4. *cf.* 22, 40. *it.* 24, 48.—id robur toto exercitu erat, 39, 30.—id roboris in omni exercitu erat, 27, 14. —quod roboris in juventute erat, 35, 38.—cæſum in acie quod roboris fuit, 9, 39.—robore juventutis ſuæ acciſo, 7, 29.—robur animi viriumque, 23, 26.—neque his ipſis tantum umquam virium aut roboris fuit, 21, 1.—graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat etc. 21, 55. hoſtium quod roboris erat, 38, 26. ſenatus robur, 5, 39. *i. q. fortiſſimi ſenatores.*

robora militum ex duobus conſularibus exercitibus electa, 7,

Digitized by Google

12.—robora virorum, 22, 6. *et* 21, 54.—robora legionum, 23, 16. —robora ex legionibus peditum, 25, 6. *i. e. potiores milites legionarii.*—cohortes—lecta robora virorum, 7, 7.

robore navium et virtute militum Romani longe regios præstabant, 37, 30. *vid.* virtus.

in carcerem includatur et in robore et tenebris exspiret, 38, 59. *nempe, ut Festus ait, malefici arcis robustеis olim inclusi fuerant, unde postea roboris nomen carceri manſit.*

ROBUSTUS, 38, 5. in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum, stipitesve robustos incutiebant.

ROGARE, 32, 26. sacramento rogatos—sequi cogebat. *cf.* 40, 26.

quum plebeiis (*lege Licinia*) consulatus rogabatur, 10, 7. *cf.* 8, 13.

comitia consulibus rogandis, 38, 42. *cf.* 26, 22.—uni consuli rogando, 23, 31.—rogando collegæ, 22, 35.

Livius—primus rogatus sententiam, 37, 14.

omnes—tribus, uti rogatæ, jusserunt, 33, 25.

ROGATIO, 33, 25. ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est.

quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora essent: nam de fœnore—rogationes jubebant etc. 6, 39.

ROGITARE, 4, 58. quid super sanguinis, qui dari pro republica posset, rogitantes. *cf.* 5, 40. 8, 36.

ROMANUS, *pro Romanis. it. pro urbe Romana. vid. Drakenborch. ad* 2, 45. *it.* 3, 2.

diique et homines Romani, 5, 51.—nemo Romanus, 8, 30.—pro patria Quiritibusque Romanis, 5, 41. *vid.* nemo. *it.* Quirites.

ROSTRUM, 28, 30. infesto rostro petere hostium navem. *vid.* sangualis.

Rostraque id templum (*suggestum*) appellatum, 8, 14.—statuæ publice in Rostris positæ sunt, 4, 17. *ubi tamen in promtu est, per* περίληψιν *istum locum a Livio sic dictum esse.*

ROTARE, 42, 65. cum majori sinu libratum funditor habena rotaret.

RUBOR, 4, 35. minorem ruborem fore in juris iniquitate etc.—duas res ei rubori fuisse, 45, 13.

RUDERA, 26, 11. æris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent. *vid. Intt. ad h. l.*

RUDES, 26, 51. rudibus inter se, in modum justæ pugnæ, concurrerunt.

RUDIMENTUM primum puerilis regni, 1, 3.—militare, 21, 3.—adolescentiæ bello lacessentem (*Syphacem*) Romanos posuisse, 31, 11.

RUDIS ad pedestria bella, 24, 48.—ad artes oppugnandarum urbium, 21, 25.—artium homines, 1, 7.—ad spectacula, 45, 32. —ad seditionum procellas, 28, 25. *cf.* 10, 22.

RUERE in vulnera, 26, 44.—infesto agmine ruere ad urbem, 3, 3. —pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere, 3, 47.—crebris motibus terræ ruere in agris nunciabantur tecta, 4, 21.—ruunt fugientes in castra, 24, 16.

crudelitatis

Digitized by Google

crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, 3, 53.—ruit reus, 3, 11. *i. e. crimina et invidiam auget.*

RUINA rerum noſtrarum, 5, 51.—ſtrage ac ruina fudere Gallos, 5, 43.—qui Cannenſi ruinæ non ſuccubuiſſent, 23, 25.—cujus (*Camilli*) exſilium ruina urbis ſecuta fuerit, 25, 4.—per ſupinam vallem fuſi ſunt, multique in ruina majore quam fuga oppreſſi obtruncatique, 4, 46.

RUMPERE pontem, 7, 9.—mediam aciem, 26, 5.—ordines, 6, 13.—eo niſi corporibus armiſque rupere cuneo viam, 2, 50.—induciarum fidem ruperat, 9, 40—nec rupit tamen fati neceſſitatem humanis conſiliis, 1, 42.—ſi quis rumpet, occidetve inſciens, ne fraus eſto, 22, 10. *i. e. lædet, corrumpet.*

RUPES, 32, 4. nec altitudine ſolum tuta urbs, ſed quod, ſaxo undique abſciſo, rupibus impoſita eſt.

RUPTOR fœderis humani, 4, 19. *cf.* 1, 28. *it.* 25, 31.

RURSUM, 30, 16. ad Tuneta rurſum caſtra refert.—in Peneſtas rurſum exercitum reducit, 43, 20.

RURSUS novus de integro labor, 5, 5.

RUTILATUS, 38, 17. promiſſæ et rutilatæ comæ.

S.

SABURRA, 37, 14. onerarias ducere multa ſaburra gravatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere.

SACELLUM, 1, 55. ut libera a ceteris religionibus area eſſet—exaugurare fana facellaque ſtatuit. *cf.* 5, 40.

SACER lapis, *vid. ſupra in v.* lapis.

qui tribunis pl. nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet, 3, 55. *paullo poſt:* eum, qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum ſanciri.

arma lecta conjici in acervum juſſit conſul, ſacrumque id Vulcano cremavit, 41, 12. *vid. ſupra in v.* facere. *it.* obire.

ut volens propitius præbeat ſacra arma pro patria—ſeſe armantibus, 24, 21.

ut, qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit, 4, 2.

quæ ſacrorum ſecum ferenda, quæ relinquenda eſſent, 5, 40.—ſacerdotes publicos ſacraque populi Rom. pedibus ire ferrique, *ibid. int vaſa, utenſilia, ſimulacra templi* etc.

tactis ſacris (*Hannibalem*) jurejurando adactum, 21, 1.

ſacra pecunia, 29, 18. *de theſauris Proſerpinæ ſpoliatis.*

equitumque ſacræ alæ, 42, 58. *Creverius putat eſſe regias, tuentes regis corpus, uti vocantur*, 37, 40. *cf.* 42, 66.

SACERDOS, 1, 19. ejus (*deæ Egeriæ*) monitu, quæ acceptiſſima diis eſſent, ſacra inſtituere; ſacerdotes ſuos cuique deorum præficere. *Dukero videtur hæc forma ſingularis eſſe. cf.* 5, 40.

ſacerdotes publici—decemvir ſacrorum et—pontifex, 42, 28.—oppido adoleſcens ſacerdos lectus, *ibid. cf.* 40, 42.

SACERDOTIUM, 9, 29. Potitii, gens, cujus ad aram Maximam

Digitized by Google

Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſervos publicos, miniſterii delegandi cauſſa, ſollemnia ejus ſacri docuerat.

SACRAMENTUM, 4, 53. quum—nemo invitus ſacramento diceret. *cf.* 2, 24. *it.* 24, 8. 25, 5.—omnes juniores ſacramento adigit, 9, 29.

milites—jurejurando adacti—nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat, 22, 38. *Nempe hoc voluntarium erat, illud neceſſarium, uti Sigonius explicat. Vid.* conjurare.

obvios in agris ſacramento rogatos arma capere et ſequi cogebat, 32, 26. *cf.* 35, 2.

hoc ſacramento initiatos juvenes milites faciendos cenſetis? 39, 15. *de Bacchanalibus.*

SACRARE, 2, 8. ſacrandoque cum bonis capite ejus, qui etc. *i. e. certa formula caput, vitam et bona devovere, et addicere Telluri ac diis Manibus.*—caput Jovi ſacratum, 10, 38.—prædam—publicando ſacrandoque ad nihilum redegiſſe, 5, 25.

haud fruſtra te patrem deûm hominumque hac ſede ſacravimus, 8, 6.—ſacratis finibus non evocatum Terminum, 1, 55.—fanum tantum, id eſt, locus templo effatus, ſacratus fuerat, 10, 37.

hæc convenerunt, conſcriptaque biennio poſt Olympiæ ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut teſtata ſacratis monumentis eſſent, ſunt poſita, 26, 24.—fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis ſacratum fuiſſet, irritum per illos eſſe, 38, 33.

ſedemque ejus (*Fidei*) etiam in dextris ſacratam eſſe, 1, 21.—ſacratæ fide manus, 23, 9.

tribuniciæ poteſtatis ſacratarumque legum oblitum, 3, 17. *cf.* 9, 39. *it.* 36, 38. *Vid. Clav. Ciceron. in Ind. legum.*

ſacratos more Samnitium milites, eoque candida veſte, et paribus candore armis inſignes, 9, 40. *cf.* 10, 38.—ſacrata nobilitas, *ibid.*

ſacrata (*eloquentia Catonis*) ſcriptis omnis generis, 39, 40.

SACRARIUM, 1, 21. et ſoli Fidei ſollemne inſtituit: ad id ſacrarium flamines curru arcuato vehi juſſit etc.

iis ex obſcœno ſacrario eductis arma committenda? 39, 15. *de Bacchanalibus.*

SACRIFICARE, 41, 18. pecora in fanis trucidant verius paſſim quam rite ſacrificant. *cf. cap.* 17.

ut id donum (*coronam*) in cella Jovis ponere, et ſacrificare in Capitolio liceret, 44, 14.

donum pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, pureque et caſte a matronis ſacrificatum, 27, 37,

SACRIFICIUM, 45, 27. ſacrificio Jovi Hercynnæque facto.

SACRIFICULUS, 35, 48. vota nuncupantem ſacrificuli vatis modo in acie vidiſſe etc.—ſacrificuli reges, 6, 41. *it.* 2, 2.

SACRIFICUS, 40, 42. de rege ſacrifico ſufficiendo—contentio—fuit.

SACRILEGIUM, 29, 8. qui (*Pyrrhus*) cum magno piaculo ſacrilegii ſui manubias retulit. *cf.* 42, 3.

SACRI-

Digitized by Google

SACRILEGUS, 29, 18. auſi ſunt nihilominus ſacrilegas admovere manus intactis illis theſauris.

SACROSANCTUS, 3, 55. ipſis quoque tribunis, ut ſacroſancti viderentur—renovarunt.—hac lege juris interpretes negant quemquam ſacroſanctum eſſe etc.—violaturoſque denuncient ſacroſanctam poteſtatem, 4, 3.

dedite profanos nos, quos ſalva religione poteſtis: dedetis deinde et iſtos ſacroſanctos etc. 9, 9. *cf.* 3, 19.

qui (*coloni maritimi*) ſacroſanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant, 27, 38.

SÆVIRE ultra humanarum irarum fidem, 8, 24. *vid.* fœde.

nec in ullum ordinem ſævitum, 34, 44. *de cenſura.*

in ea delubra, quæ ſola religione tuta fuerint, ſæviſſe, 31, 30. *i. q. vaſtaſſe.*

in delectibus ſævire ſolitos, 2, 44. *i. e. nemini parcendo.*

SÆVITIA, 2, 58. eadem in militia ſævitia Appii, quæ domi, eſſe liberior, quod ſine tribuniciis vinculis erat.

SÆVUS, 28, 18. ſævis in alto jactatus ventis.

SAGACITER, 27, 28. ibi duo duces ſagaciter moti ſunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. *i. e. acute, ac prope divinitus perſpexere etc.*

SAGINARE plebem populares ſuos, ut jugulentur, 6, 17.—ſaginatus nuptialibus cœnis, 36, 17.—quæ copia rerum omnium ſaginaret, 38, 17.

SAGMINA poſcere, 1, 24.—ut privos lapides ſilices privaſque verbenas ſecum ferrent: uti prætor Rom. his imperaret, ut fœdus ferirent, illi prætorem ſagmina poſcerent, 30, 43.

SAGULUM, 7, 34. ſagulo gregali amictus.—militari ſagulo opertum—conſpexerunt, 21, 4.

SALARIUS, 29, 37. vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt.—ſalaria via, 7, 9.

SALICTUM, 25, 17. quum forte inter ſalicta innata ripis laterent hoſtes.

SALTUS ſilvoſus, 9, 2.—in arctas coactus fauces, 22, 15.—per ſaltus ignotæ antea viæ, 39, 45.—per invios montes valleſque ſaltus cum exercitu tranſgreſſus, 40, 53.—ſaltu anguſto ſuperatis montibus, 42, 53.

ſaltus Thermopylarum, 36, 15. *i. e. fauces, aditus prope Thermopylas.*—ſaltu excedere, 35, 11. *i. q. aditu ſaltus.*

per æſtivos ſaltus deviaſque calles exercitum ducimus, 22, 14. *cf.* 44, 36.—peragrando cacumina ſaltuſque, *ibid.*

reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt, 9, 11.—anguſtiæ ſaltibus crebris—incluſæ, 28, 1.

SALUBRIORA etiam credente (*rege*) militiæ, quam domi, juvenum corpora eſſe, 1, 31. *cf.* 3, 8.—ſalubrior exercitus, 10, 25.

SALUS, 30, 8. nec in fuga ſalus ulla oſtendebatur locis ignotis. *cf.* 5, 38.—una ſalus eſt, erumpere hinc atque abire, 7, 35. *i. e. ſalutis via.*

vix ſalute mutua reddita, 10, 18.

SALVUS, *vid.* ſatin'.

Digitized by Google

SANARE, 2, 34. domi ſanata diſcordia.—ne avocarentur animi a ſanandis domeſticis malis, 6, 18.

SANCIRE, 1, 24. pater patratus ad jusjurandum patrandum, id eſt, ſanciendum fit fœdus.—ſanguine Hannibalis ſanciam Romanum fœdus, 23, 8.—nifi capite ac ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet, 25, 16. *vid.* ſacer.

ſanciendo novam legem, 3, 55.—lex diligentius ſancta, 10, 9.—contra quam ſanctum legibus erat, 30, 19.—cauſſa nihil de hac re lege ſanciendi, 34, 4.

in omne tempus gravi documento ſancirent, ne etc. 28, 19. *i. e. caverent.*

quæ jurejurando, quæ monumentis litterarum in lapide inſculptis in æternam memoriam ſancta atque ſacrata ſunt, ea etc. 39, 37.

SANCTE, 10, 23. ut hæc ara—ſanctius et a caſtioribus coli dicatur. *i. e. majori religione. Cic. de Nat. Deor.* 2, 23. *quem majores noſtri ſancte auguſteque—conſecraverunt.*

SANCTIO, 4, 51. jacere tamdiu irritas ſanctiones, quæ de ſuis commodis ferrentur. *i. q. leges.*

SANCTITAS templi inſulæque inviolatos præſtabat omnes, 44, 29.—quum creditæ ſanctitati aſſentirentur omnes, 45, 5. *de aſylis.*

SANCTUS, 3, 19. et hi poſtulant, ut ſacroſancti habeantur, quibus ipſi dii neque ſacri neque ſancti ſunt.

gens antiquior originibus urbis hujus, hoſpitio deorum immortalium ſancta, 9, 34.

templum ſanctum omnibus circa populis, 24, 3.

nec earum ipſarum (*induciarum*) ſancta fides fuit, 8, 37.

id erat ſanctius apud illos conſilium, maximaque ad ipſum ſenatum regendum vis, 30, 16.

aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit, 27, 10.

SANCTISSIMUS, *vid.* obteſtatio.

SANGUALIS, 41, 13. avem ſangualem, quam vocant, ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe.

SANGUINEUS, *vid.* haſta.

SANGUIS, 4, 2. ut, qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis etc. *i. e. cujus generis, patricii an plebeii.*—ne ſocietur ſanguis, *ibid. cap.* 4. *de connubio.*—quam (*ſævitiam*) in—ſanguine ipſe ſuo exerceret, 7, 4. *i. q. filio.*

ſanguinis guttæ viſæ ſunt, 34, 45. *alias:* ſanguine pluit.

ſanguis factus, 35, 51. *in bello.*—a cujus ſanguine ordiens bellum, 42, 15.—victores ſanguinis cædiſque ceperat ſatias, 27, 49.

pugnatum ingenti cæde utrimque, plurimo ſanguine, 2, 64.—multo ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit, 23, 30.

SANITAS, 2, 29. nihilo plus ſanitatis in curia, quam in foro, eſſe. *i. q. ſanæ mentis.*

SANUS, 3, 17. hæc vobis forma ſanæ civitatis videtur?

quam ab ſano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem inſaniam venerit, 7, 2.

tumultu

Digitized by Google

tumultu etiam ſanos conſternante animos, 8, 27. *i. e. bene ſentientes, optimates.*

SARTA tecta exigere ſacris publicis, 42, 3. *vid.* exigere.

SATELLES, 34, 41. Nabidis dominantis ſatellitem factum populum Rom. *i. e. adminiſtrum potentiæ illius. Vid. Duker. ad h. l.*

eorum concioni ſatellites armatos circumdedit, 34, 27. *Drakenborchius ad h. l. exiſtimat, ſimpliciter pro* armatis *dictos eſſe, quoniam,* 1, 49. *ſit:* armatis corpus circumſepſit, *comparatque illos ſatellites armatos cum* præſidio armato, 40, 34. ſtationibus armatis, 32, 16.

ſatellites Hannibalis, 23, 12. *pro amicis, factione ejus.*

SATIAS, 30, 3. ſi forte jam ſatias amoris in uxore ex multa copia cepiſſet.—vini ſatias, 25, 23.—ſatias cædis, *vid.* ſanguis.

SATIATUS, 29, 9. nec ſatiatus vivorum pœna inſepultos projecit.

SATIN', 1, 58. ſatin' ſalvæ? *ſcil. res ſunt.*—ſatin' ſalva eſſent omnia, 3, 26.

SATIO, 32, 34. curam impenſamque ſationis me præſtaturum. *i. e. plantationis.*

SATIS admodum, 34, 13. *illud* admodum *videtur h. l. ita adjectum eſſe, ut alibi numeris, quum diligenter, non craſſiori modo ſignificantur. Itaque non opus eſt emendatione Drakenborchii* ad hunc modum *legentis.*

ſatis adhuc in vaſtis—montibus—nullum emolumentum tot laborum periculorumque veſtrorum vidiſtis, 21, 43. pro *ſatis diu etc.*

ſatis eſſe Italiæ unum conſulem, 34, 43.

ſi ad arcendum Italia Pœnum conſul alter ſatis eſſet, 21, 17.

militem—ne tentando quidem ſatis certamini fore, 9, 43.

ſatis ad perniciem fore rati, 21, 33.

ſatiſne eſt nobis vos metuendos eſſe? 3, 67. pro *nonne ſatis eſt. Hujus formæ et alia exempla etiam apud Ciceronem occurrunt, ſed non imitanda.*

ſatis honorum, ſatis ſuperque vitæ (*mihi*) erat, *ibid.*

Publilio triumphus decretus, quod ſatis credebatur, obſidione domitos hoſtes in fidem veniſſe, 8, 26. *i. e. quod ſufficere credebatur ad impetrandum triumphum.*

non ad præſidium modo tutandum Fabii ſatis erant, 2, 49. *cf.* 26, 28.

controverſia inde fuit, utrum populi juſſu indiceretur bellum, an ſenatuſconſultum ſatis eſſet, 4, 30.

quibus non fuit ſatis, conſules ſpondere, 9, 9. *i. e. qui non acquieverunt in ſponſione conſulum.*

ſenatus cenſuit, ſatis habendum, quod prætor jusjurandum polliceretur, 40, 29.

SATISFACERE, 32, 14. quia ab ſatisfaciendi quoque cura imperata eniſe facere videt. *i. e. gratiæ reconciliandæ cauſſa.*

SATIUS, 26, 29. obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, ſatius illi inſulæ eſſe. *i. q. utilius fore. cf.* 3, 70. *it.* 5, 20. *et* 53.

SATOR, 21, 6. qui litis erat ſator. *i. q. auctor.*

SATURA, 7, 2. impletas modis ſaturas peragebant. *h. e. fabulas non unius, ſed mixti argumenti.*

Digitized by Google

SAXUM, 1, 24. porcum ſaxo ſilice percuſſit. *i. e. ſaxo duro, in aciem facto, extenuato.*

nunc tela, nunc ſaxa—ingerere, 9, 35.

SCÆVOLÆ a clade dextræ manus cognomen inditum, 2, 13. *a σκαιὸς, ſiniſter.*

SCALA, 8, 29. oppida quoque vi expugnare adortus—ſcalis cepit.

SCANDERE, 3, 68. jam intra mœnia erit, et arcem et Capitolium ſcandet. *cf.* 4, 2.—in curru ſcandentes Capitolium, 45, 39. *de triumphantibus.*

SCELERATUS, 8, 15. viva (*Veſtalis*) ſub terram—defoſſa Sceleratо campo, credo, ab inceſto id ei loco nomen factum.

an bello perſecuti ſceleratam legionem, in poteſtatem noſtram redactam tergo et cervicibus pœnas ſociis pendere quum coëgiſſemus etc. 31, 31.

SCELUS legatorum interfectorum, 4, 32. *i. e. ob legatos interfectos.*

divinis humaniſque obruti ſceleribus, 3, 19. *i. q. in deos hominesque. cf.* 29, 18.

hæc ſcelera, quia piget ædificare, hæc dedecora pati parati eſtis? 5, 53.

SCENA, 41, 27. cenſores—locaverunt—ſcenam ædilibus prætoribuſque præbendam. *i. e. apparandam, præparandam, in uſus ædilium ludos editurorum.*

SCILICET, 7, 13. ſcilicet, dictator, inquit, (*Tullius*) condemnatum ſe univerſus exercitus a te ignaviæ ratus,—oravit me etc. *principium orationis.*

SCINDERE, 7, 37. complendas eſſe foſſas, ſcindendumque vallum, et in caſtra irrumpendum. *Verbum hiſtoricis optimis uſitatum in hac re.*

pluribus remorum ordinibus ſcindentibus vortices, 28, 30.

SCIPIO, 30, 15. Maſiniſſam—ſcipione eburneo—donat.

SCIRE, 1, 39. ſcire licet, hunc lumen quondam rebus noſtris dubiis futurum, præſidiumque regiæ afflictæ. *Eodem conſilio* ſcilicet *dictum eodem modo conſtruitur. Itaque Drakenborchius* ſcilicet *reponi vult: quod non eſt neceſſarium; nam et alii* ſcire licet *dixerunt, inprimis poëtæ, quos in multis, ut notum eſt, Livius imitatur.*

major animus et naturâ erat, quam ut reges eſſe ſciret, 38, 52. *i. e. poſſet. cf.* 1, 53. 9, 4. 24, 25. *eodem modo* didiciſſe *dicitur.*

ſcituros, quod ſine reſtituta poteſtate redigi in concordiam res nequeant, 3, 52. *i. e. cognituros. Ceterum pro* quod *interpretes recte legi volunt* quam.—inde ſcitum, legatos cum litteris captos, 23, 39.

haud ſcio an magno detrimento certamen ſtaturum fuerit, 3, 60. *cf.* 9, 15. *Vid.* neſcire.

nec quidquam ſcit, quam detrectare virtutes, 38, 49.

SCISCERE, 1, 17. id modo ſciſcerent juberentque. *cf.* 42, 21.

nec recitari rogationes, nec ſollemne quidquam aliud ad ſciſcendum plebi fieri paſſi ſunt, 6, 35.

SCISCITARI, 1, 56. cupido inceſſit animos juvenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanum eſſet venturum. *de oraculo Delphico.*—Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus eſt ſciſcitatum,

Digitized by Google

ſciſcitatum, quibus precibus etc. 22, 57.—Lebadiæ quoque templum Jovis Trophonii adiit: ibi quum vidiſſet os ſpecus, per quod oraculo utentes ſciſcitatum deos deſcendunt, ſacrificio Jovi Hercynnæque facto etc. 45, 27.

ſciſcitatus conſulis voluntatem, 7, 26.—nuncium extemplo (*ſcil. ad conſulem*) mittunt, quantæ ſecum peditum equitumque copiæ eſſent: ſciſcitatumque ſimul, utrum etc. 22, 54.—e ſuis unum ſciſcitatum Romam ad patrem mittit, quidnam ſe facere vellet, 1, 54.

SCITE, 10, 18. quam quod ductu conſulis quidquam ibi ſatis ſcite aut fortunate geſtum ſit.

quam mallem—tu a me ſtrenue facere, quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem, *ibid. cap.* 19.

SCITUM, 1, 20. publica privataque ſacra pontificis ſcitis ſubjecit.

ſcita plebis injuncta Patribus, 3, 67.—et ſcito plebis prorogatum in annum imperium eſt, 10, 22.—ſcitique plebis unus gratiam tulit, 22, 26.

SCITUS, 25, 7. comitia—de ſenatus ſententia plebiſque ſcitu ſunt habita.

SCRIBA pontificis, quos nunc minores pontifices appellant etc. 22, 57. *vid. Clav. Ciceron. in v.* pontifex.

quod ſcribam eum quæſtor—in decuriam legerat, 40, 29. *vid. Drakenborch. ad h. l. qui decernere non audet, qualis illa ſcribarum decuria fuerit. Fortaſſe fuit* ordo ſcribarum, *cujus mentio fit apud Ciceronem. Vid. Clav. Ciceron. in v.* ſcriba.

SCRIBERE, 21, 1. bellum maxime omnium memorabile—me ſcripturum.

congeſta in ingentem acervum hoſtilia arma—concremavit—ne ſuæ gloriæ fructum dictator caperet, nomenque ibi ſcriberet, 8, 30. *i. e. in monumento inſcriberet.*

Bœotorum gentem, captatam Philippo, numquam ad ſcribendum amicitiæ fœdus adduci potuiſſe, 42, 12.

conſules Fulvio—Poſtumio—ut ſumma vi fines hoſtium depopulentur, ſcribunt, 10, 27.

inopia ſcripſit legem, 34, 6. *i. e. cauſſa fuit ſcribendæ legis.*

Albam in Æquos ſex millia colonorum ſcripta, 10, 1.

ut præter eum numerum militum; quem L. Quinctius in eam provinciam ex auctoritate ſenatus ſcripſiſſet imperaſſetve etc. 36, 1.—exercitus Hiſpaniæ provinciæ ſcriptus, 21, 40.

ſcribere legiones, 9, 19.—ſupplementum, 37, 50.—exercitum, 9, 8.—navales ſocios, 35, 20.—militem *et* milites, 35, 2.

licere conſuli—quum legiones hoſtium devoveat, non utique ſe, ſed quem velit ex legione Romana ſcripta civem, devovere, 8, 10. *illud* ſcripta, *niſi corruptum, certe ſuperfluum eſt.*

SCRIPTUM facere, 9, 46. *i. e. ſcribam eſſe. vid.* tabula.—ex ſcripto recitare, 23, 11.

tabellas ei Popillius ſcriptum habentes tradit, 45, 12. *Urſinus ad Polyb. Exc. Leg.* 92. *legendum cenſet* SCtum. *Sane ſpecioſe. Sed ſubſequens verbum* circumſcripſit *tuetur, opinor, vulgatam lectionem. Etenim manifeſte hæc duo ad ſe invicem, eleganter quidem, referuntur.*

Digitized by Google

SCRIPTURA, 25, 12. carmen—perplexius ſcripturæ genere.

SCUTALE triplex, *pars fundæ, cui imponitur lapis mittendus; nominaturque a figura rhombi*, 38, 29. *paullo ante:* non ſimplicis habenæ funda. *Nempe ſi triplex eſt ſcutale, etiam triplices ſunt habenæ, futuris æque connexæ et duratæ; ſingulis ſcutalibus una cum habenis ab utraque parte e corio ſectis.—Hoc vocabulum B. Patruus meus Livio reddendum putabat*, 42, 65. *ubi dicit:* funda media, duo funalia imparia habebant. *Et profecto aptum eſt* ſcutale *huic loco*; funalia *autem commode intelligi nequeunt.*

SCUTUM, 6, 8. arrepto repente equo cum ſcuto pedeſtri. *vid. ſupra in v.* clipeus.—ſcutum Liguſtinum, 44, 35. *vid. Lipſ. Milit. Rom.* 3, 2.

SE, 6, 42. fuga ſe longinqua—ab hoſte ſeſe tutati ſunt. *bis terve ſe poſitum. Alibi omittitur v. c.* 6, 17. refracturoſque (*ſe*) carcerem minabantur. *vid. Drakenb. ad* 1, 23, 5. *Abundat etiam in illo* per ſe, *ſæpiſſime obvio. v. c.* 10, 1. ſolos per ſe Æquos ad bellum coortos etc.

SECARE, 28, 32. haud ſecus quam viſcera ſecantem ſua etc. *i. e. triſtem vel maxime atque invitum.*

SECEDERE, 2, 32. injuſſu conſulum in ſacrum montem ſeceſſiſſe. *i. e. per ſeditionem reliquiſſe urbem, et a magiſtratibus defeciſſe. cf. cap.* 34.

tribuni ad deliberandum ſecedunt, 45, 36.

SECERNERE, 7, 16. quod nihil in publicum ſecernendo (*ex præda*) augenti rem privatam militi ſavit.

quem enim bonum civem ſecernere ſua a publicis conſilia? 4, 57.

mitti tamen ad principes eorum placuit, ut ſecernerent ſe ab Etruſcis, 6, 10.

quod e grege ſe imperatorum, velut inæſtimabilem, ſecreviſſet, 35, 14.

SECESSIO, 2, 32. in Aventinum montem ſeceſſionem factam eſſe. *cf. cap. ſeq. it.* 3, 39. *et* 51.

SECLUSUS, 29, 9. ipſum ab ſuis interceptum et ſecluſum, hoſtiliter lacerant etc.

SECRETO, 32, 35. quum aliquamdiu ſecreto locuti eſſent. *cf.* 3, 36.

SECRETUS, 1, 52. ne ducem ſuum, neve ſecretum imperium, propriave ſigna haberent, miſcuit manipulos ex Latinis Romaniſque etc.

qui, per eumdem illum Hiſpanum ſecretus ab aliis ad Marcellum deductus—Achradinam redit, 25, 30. *Gronovius* ſecretim *aut* in ſecretum *legi vult, probante Creverio. Mihi quidem neutrum neceſſarium videtur. Livius alibi plane ſic loquitur, uti vulgata refert. v. c.* 6, 25. ſecreti ab aliis ad tribunos adducuntur.

nec quidquam ſecretum alter ab altero haberet, 39, 10. *cf.* 40, 8.

SECTA, 8, 19. negant ſe pro Vitruvio ſectamque ejus ſecutis precatum veniſſe, ſed pro Fundano populo.—quique meam ſectam, imperium auſpiciumque—ſequuntur, 29, 27. *cf.* 35, 49. *it.* 42, 31.

SECUBARE,

Digitized by Google

SECUBARE, 39, 10. vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet. *i. e. ſecum non cubuiſſet, ut quidam codices habent, ab concubitu ejus abſtinuiſſet, item, foris cubuiſſet.*

SECULUM, 9, 18. quum ex hac parte ſecula plura numerentur, quam ex illa anni etc. *Secula pro ætatibus, generationibus accipienda ſunt.*

SECUNDUM pœnam nocentium, 2, 5. pro *poſt. Sic ſæpius Livio dicitur. cf.* 1, 4. *et* 30. *it.* 9, 15. 24, 21. *vid. Drakenborch. ad* 8, 10.

gens alia, cujus, ſecundum Gallicos tumultus, arma terribiliora eſſent, 9, 29. *cf.* 24, 10.

ſecundum eam (*partem*) litem judices dare, 23, 4.

SECUNDUS, 21, 47. ſecunda aqua. *i. e. quæ non ad ripas eſt, ſed in medio gurgite.*

mare ſecundum, 29, 7.—æſtus ſecundus, 23, 41.—ſecundus ad eventum, 22, 9.

ſecunda iræ verba, 2, 38. *i. e. quæ illam augent.*

non ſecundis auribus Patrum auditus eſt, 42, 28.

et omnia, quæ arte belli, ſecunda ſuis, eligi—poterant, providit, 5, 49.

præſentibus ac ſecundis diis ire in prœlium jubet, 7, 26.

ſecundiſſimæ plebei leges, 8, 12.

SECURIOR, 9, 22. ſecurior (*dictator*) ab Samnitibus agere. *i. q. ſine cura.*

SECURIS, 10, 9. virgis cædi ſecurique necari.

SECUS, 28, 32. haud ſecus quam viſcera ſecantem ſua. *cf. cap.* 37. *it.* 22, 17. 23, 49.

moderatum eſſe iræ, ne quid—ſecus populo, aut ſenatui, ſcriberet, 8, 33.

SECUS, 26, 47. liberorum capitum virile ſecus (*virilem ſexum*) ad decem millia capta. *i. e. ſecundum, qua virile ſecus: nam non niſi caſus quartus in uſu eſt. vid. Intt. ad h. l.*

SED, *pro* ſed etiam, *vid.* non modo.—*De illo ipſo* ſed etiam *omiſſo, quum* non modo *præceſſiſſet, vid. ibid.*

SED enimvero, quum deteſtabilis altera res et proxima parricidio ſit, quid ad deliberationem dubii ſupereſſe? 45, 19.

SEDARE lamentationem, 25, 37.

ſedabant tumultus, ſedando interdum movebant, 3, 15.—hac ſedata contentione, alia—exorta eſt, 39, 39.

ut vix a magiſtratibus—juventus ſedaretur, 21, 20. *i. q. ad modeſtiam revocaretur, coërceretur.*—prœlium ſedatum eſt, 34, 5. *i. q. finitum.*

SEDERE, 3, 68. ſedemus deſides domi.—compreſſis—manibus ſedeas, 7, 13.—qui ſella curuli ſediſſet, 30, 19.

nebula campo quam montibus denſior ſederat, 22, 4.

ne ejus rei cauſſa (*Appius*) ſediſſe videretur, 3, 46. *ſcil. juris dicundi cauſſa: proprium in hoc genere verbum eſt.*

ita in vadis hæſitantis frumenti acervos ſediſſe illitos limo, 2, 5.

librata quum ſederit glans, 38, 29. *h. e. quum circumagenda funda glans hæret tenacius in ſcutali, ut inde certius evolet.*

Digitized by Google

ſedendo expugnaturum ſe urbem ſpem Porſena habebat, 2, 12. *cf.* 7, 37. *it.* 22, 56.
ſedendo et cunctando bellum gerebat, 22, 24. *de caſtris ſtativis. cf. cap.* 39. *it.* 9, 44. 10, 25.
SEDES, *it.* SEDIS *in caſu recto.* 9, 46. ſede honoris ſui (*e ſella curuli*) anxios invidiâ inimicos ſpectavit.
tenuit ales captam ſemel ſedem (*in galea pugnantis*), 7, 26.
generoſius in ſua quidquid ſede gignitur, 38, 17. *vid.* proprietas.
in Italia bellum gerimus, in ſede ac ſolo noſtro, 22, 39.
patriam pulſam ſede ſua reſtituiſſe, 27, 34.
Veios an Fidenas ſedem belli caperent, 4, 31. *cf.* 28, 44.
non motam Termini ſedem, 1, 55. *i. e. templum. cf.* 4, 20. 5, 39. 38, 43.
quas novas ipſi ſedes ab ſe ductæ multitudini addiderunt, 2, 1.
SEDITIO, 42, 5. erant Ætoli—in ſeditionibus.—in ſeditione ipſi inter ſe ſunt, 36, 17.
ſeditionis comes, 2, 23. *i. e. ſeditioſorum vel ſocius vel adjutor.*
ſeditiones: id—honori fuiſſe, 4, 2. pro *eas: intell. ex ſubſtantivo* ſeditiones movere, *et huc referatur illud* id.
SEDUCERE, 2, 54. ſeducta (*conſilia*) a plurium conſcientia habere. *i. e. ſeparata et arcana.*
SEDULO, 2, 38. et eos ipſos ſedulo audientes ſecunda iræ verba. *i. q. attente, cupide.*
SEGES, 23, 48. altæ in ſegetibus herbæ.
SEGNIS mora, 34, 9.—navigatio, 30, 10.—obſidio, 10, 10.—militia, 26, 21.
ſegnior ad credendum, 24, 13.—non ſegnior diſcordia domi, 2, 43.—ſegnior mors, 40, 4. *per venenum.*—ſegnior jam et infirmior, 33, 2. *niſi legatur cum Gronovio* ſenior.
ſegne imperium, 25, 14.—haud ſegne (*ſegniter*) tempus conſumere, 38, 22.—comitia nihilo ſegnius perficiunt, 7, 18. pro *nihilo minus.*
SEGNITER, 2, 58. ſegniter, otioſe, negligenter, contumaciter omnia agere.
SEGNITIES, 31, 6. ut de integro comitia rogationi ferendæ ediceret, caſtigaretque ſegnitiem populi.
SEGREGARE, 1, 25. ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam: pro *ſegregaret eos, quibuſcum pugnandum eſſet.*
captivis productis ſegregatiſque, 22, 58. *i. q. delectu facto.*
SELIBRA, 6, 17.
SELLA in comitio poſita, 6, 15. *i. e. ſella curulis. cf.* 3, 11. *vid. ſupra in vv.* curulis *et* ſedes.—qui ſella curuli non ſediſſet, 25, 5. *h. e. qui magiſtratu majori functus non eſſet.*
SELLULARIUS, 8, 20. opificum vulgus et ſellularii.
SEMEL, 2, 45. ut incitato ſemel militi adderent impetum. *cf.* 10, 14.
aut vitam ſemel, aut ignominiam finirent, 25, 6.
tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ ſuſtinendum eſt crimen; ſemel—; iterum—; tertio etc. 23, 9. *i. q. primum etc.*
SEMEN, 3, 19. loquaces, ſeditioſos, ſemina diſcordiarum, iterum ac tertium tribunos etc. *i. q. auctores.*

SEMERMIS,

Digitized by Google

SEMERMIS, 27, 1. diverſis itineribus ſemermes ad Marcellum—perfugerunt. *al. ſemiermes.*

SEMIANIMIS regius comitatus, 1, 48.

SEMIANIMUS, 28, 23. quum—in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque injicerent corpora.

SEMIAPERTUS, 26, 39. paucos ex multis, trepida fuga incidentes ſemiapertis portarum foribus, in urbem compulit.

SEMICUBITALIS, 42, 65. bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum erat.

SEMIGRAVIS, 25, 24. quia magna pars, in turribus epulati, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant.

SEMILIXA, 28, 28. ſed illi primum, non Atrium Umbrum ſemilixam,—ducem—ſecuti ſunt. *cf.* 30, 28.

SEMINARIUM, 6, 12. vix ſeminario exiguo militum relicto.

SEMIPLENUS, 25, 30. ad Naſum armatos exponunt, qui, improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, et adapertas fores portæ etc.

SEMIRUTUS, 26, 32. ubi ſemirutam ac ſpoliatam patriam reſpexiſſet. *cf.* 5, 49.

SEMISOMNUS, 9, 24. fuga cuncta complentur, portæque ab ſemiſomnis ac maxima parte inermibus refringuntur. *cf.* 25, 39. *it.* 30, 5.

SEMITA, 9, 24. ſemitamque anguſtam et arduam erectam ex oppido in arcem oſtendiſſet.

SEMIUSTUS, 22, 40. ſe populare incendium priore conſulatu ſemiuſtum effugiſſe. *al.* ambuſtus.

SEMPER, *Præfat.* novi ſemper ſcriptores.—ſeditionum ſemper auctores, 5, 3.—avidam ulteriorum ſemper gentem, 9, 38.—ſuos ſemper hoſtes, 8, 1.

nec ullum erat tempus, quod a novæ ſemper cladis alicujus ſpectaculo ceſſaret, 5, 42.

quod privatorum conſiliorum ubique ſemper fuit, 4, 4.

non ex iiſdem ſemper populis exercitus ſcriptos, quamquam eadem ſemper gens bellum intulerit, 6, 12.

SENACULUM, 41, 27. porticum ab æde Saturni in Capitolium ad ſenaculum, ac ſuper id curiam. *Erat hic locus, non, ubi conſeſſus ſenatus ſollemnis obtineret, ſed, ubi conſiſterent ſenatores ac ſermones inter ſe conferrent.*

SENATOR, 36, 3. qui ſenatores eſſent, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret. *vid. Manut. de ſenat. Rom. cap.* 1.

quod ad ſtatum Macedoniæ pertinebat, ſenatores, quos Synedros vocant, legendos eſſe, quorum conſilio reſp. adminiſtraretur, 45, 32.

SENATUS *Romanus a Græcis ita intellectus, quaſi Romæ ariſtocratia obtineret*, 34, 31.

qui (*ſenatus*) cogitaverunt, 4, 58. *vid. Drakenborch. ad h. l. qui plura exempla congeſſit.*

ſenatus juratus, 26, 33. *nempe quum jurati, quod interdum fiebat, ſenatores dicerent ſententias.*

recitato vetere ſenatu, 23, 23. *i. e. vetere catalogo cenſorio.*

conſuli a Patribus permiſſum, ut, quem videretur ex iis, qui extra

Digitized by Google

extra ſenatum eſſent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum, 31, 8. *i. e. qui nondum ſenatores lecti eſſent, etſi jam magiſtratum minorem fortaſſe geſſerant, item tribuni militum, præfecti, equites etc.*

denunciarent Samnitibus populi Rom. fenatuſque verbis, 7, 31.

ſtabat cum eo ſenatus majeſtas, favor populi etc. 8, 34.

ſubmota cetera multitudine, ſenatus Alorco datus eſt, 21, 12.

SENATUSCONSULTA fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent etc. 3, 21. *Sæpius* ut *diſerte adjicitur, quemadmodum Drakenborchius pluribus exemplis ad h. l. docuit.*

retulit et ſenatuſconſultum facit, 5, 50. *i. e. facit, ut in ſuam ſententiam ſenatuſconſultum fiat.*

qui per infrequentiam furtim ſenatuſconſultum factum ad ærarium detulerit, 39, 4.

ſenatus inde conſulto, 31, 5. *Sic* plebiſcitum *dirimi ſupra docuimus, interpoſita quidem copula. vid. Gronov. ad* 22, 26.

SENESCERE civitatem otio, 1, 22. *cf.* 25, 7.—dilatione belli vires, 9, 27.—ſeneſcit bellum, 28, 36. *cf.* 30, 19.—fama, 27, 20.—invidia, 29, 22.—pugna, 5, 21.—ne cunctando ſeneſcerent conſilia, 35, 12.—non eſſe cum ægro ſeneſcendum, 21, 53. *de abſtinentia a prælio.*

Hannibalem—et fama ſeneſcere et viribus, 29, 3.—dubitas ergo, quin ſedendo ſuperaturi ſimus eum, qui ſeneſcat in dies? 22, 39.

ſeneſcentibus vitiis, matureſcente virtute, 3, 12.

ſeneſcente exiguo cornu fulgere lunam, 44, 37.

SENEX concionalis, *vid. ſupra in h. v.*

ſenes tribunicios non ſine honore tantum, ſed etiam ſine ſpe honoris, relinquat, 6, 39. *paullo ante:* conſenuiſſe jam ſecum et rogationes promulgatas, et vim omnem tribuniciæ poteſtatis.

SENILIS, 10, 22. novo imperii ſocio vix jam adſueſcere ſenilem animum poſſe.

SENIOR, 2, 30. curæ fuit conſulibus et ſenioribus Patrum. *cf.* 3, 15. *contra et* juniores Patrum *commemorantur*, 3, 41.

ſeniores *in centuriis*, 1, 43. *nempe ſecundum cenſum Tullianum, qui erant emeritis ſtipendiis, ut militiæ vacationem haberent.*

SENIUM, 7, 22. nuſquam acie congreſſo hoſte, cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque (*conſules*) geſſerunt bella: cujus lentæ velut tabis ſenio victa utrjuſque pertinacia populi eſt etc.

SENSIM, 10, 5. quo magis feſtinantes videt dictator, eo impenſius retentat agmen ac ſenſim incedere jubet.

et mentio, primo ſenſim illata a tribunis,—eo proceſſit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, 4, 1. *i. e. occultis ſermonibus. Sic ipſe Livius* 3, 43.

SENSUS, 3, 18. præ ardore impetuque tantæ rei ſenſus non pervenit ad militem.

quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet, 5, 21. —ab ſenſu operis (*cuniculi*) hoſtes avertebat, 4, 22.

partium

Digitized by Google

partium ſenſu non ſatis pertinente in omnia, 25, 24.

SENTENTIA, 22, 60. quum ſententiis variaretur.—quum timor atque ira in vicem ſententias variaſſent, 2, 57.

nihil ſe, abſentibus decem legatis, ſententiæ habere. Romam eundum ad ſenatum iis eſſe, 34, 25.

nec eum—patria majeſtas ſententia depulerat, 23, 8.

SENTINA, 24, 29. ſentinam quamdam urbis exhauſtam. *i. e. fæcem plebis.*

SENTIRE, 9, 41. niſi quod tranſitum exercitus ager ſenſerat.—vaſtationem ſub Ciminii montis radicibus jacens ora ſenſerat, *ibid. cap.* 37.

ſenſit eventus virtutis eniſæ opem, 6, 24.

quæ quiſque Perſei bello privatim ac publice ſenſiſſet, 45, 28.

SEORSUM cives ſociique, 22, 52.—ſeorſum in cuſtodia habitus, 9, 42.

SEPARARE, 38, 43. nihil eſt, quod ſe ab Ætolis ſeparent. *i. e. non debebant poſtulare, ut melior ipſorum, quam Ætolorum, cauſſa, conditio, eſſet.*

Theſſalorum omnis equitatus ſeparatus erat, 42, 55. *ſcil. per præſidia urbium.*

SEPELIRE, 8, 24. ſepultumque Conſentiæ, quod membrorum reliquum fuit. *i. q. concrematum; ſequuntur enim hæc:* oſſaque—ad hoſtes remiſſa. *alias hæc duo non confuſa eſſe, Cicero docet de Legg. 2, 22. vid. Drakenborch. ad h. l.*

SEPIRE, 44, 39. quum munimentis ea ſepiſſent. pro *ſepſiſſent.*

urbem ipſam ſepiunt præſidiis, 2, 10.—operibus ingentibus ſepta urbs eſt, 5, 5.—caſtraque tectis parietum pro muro ſepta, 25, 25.

dextrâ montibus, lævâ Tiberi amne ſeptus, 4, 32.—reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt, 9, 11.

locum, qui nunc ſeptus deſcendentibus inter duos lucos eſt, aſylum aperit, 1, 8. *i. q. ſeptus obſtat.*

poſtquam omnia pudore ſepta animadverterat, 3, 44.

Albana pubes inermis ab armatis ſepta, 1, 28.—ſtrage armorum ſepta eſt via, 35, 30.

SEPTEMTRIO a Macedonia objicitur, 32, 13. *pro vento ab aquilone diſtincto. cf.* 26, 45. *vid. Gronov. ad illum locum.*

SEQUI, 1, 8. ab numero avium, quæ augurio regnum portenderant, cum ſecutum numerum putant. *i. e. propter illum numerum totidem lictores ſumſiſſe.*

omnia proſpere eveniſſe ſequentibus deos, adverſa ſpernentibus, 5, 51.

conſules eum annum ſecuti ſunt, 9, 30.

dictatoris acies alienam (*magiſtri equitum*) pugnam ſequetur, non partem maximam victoriæ trahet? 9, 40.

ſequitur errorem alius error, 9, 15.

patrem ſequuntur liberi, 4, 4. *i. e. jura et conditionem parentis habent, non matris.*

ſequuntur bona deditionem domini, 9, 1.—res ſequeretur victorem, 28, 21.—ager urbeſque captæ Ætolos ſequerentur, 33, 13.

ut

Digitized by Google

ut linguam, ut nomen ſecutos (*Tarentinos*) crederes, 31, 7. *i. e. propter linguam communem, nomenque commune a nobis defecerunt.*

dictator ad confluentes conſedit in utriuſque ripis amnis, qua ſequi munimento poterat, vallo interpoſito, 4, 17.

et alii pari nobilitate adoleſcentes—in Macedonicas legiones conſulem ſecuti ſunt, 44, 1.

evocati litteris imperatoris—qui Romam, ad cauſſam dicendam ſequerentur, 45, 31.

SEQUIUS, 2, 37. invitus, quod ſequius fit, de meis civibus loquor. *i. e. quod honeſtum non ſit, turpe ſit.*

SERENITAS, 42, 62. modum imponere ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ, prudentis hominis et merito felicis eſſe.

SERENO per diem totum ſolem rubrum fuiſſe, 31, 12.

SERERE, 2, 1. in aliena urbe cum Patribus ſerere certamina.—ex bellis bella ſerere, 21, 10.—ab ſtationibus procurſantes certamina ſerebant, 27, 41.—ſecreta conloquia ſerere, 34, 61.

cujus (*fati*) lege immobilis rerum humanarum ordo ſeritur, 25, 6. *i. e. nectitur.*

ſerere fabulam argumento, 7, 2. *i. e. conſtruere fabulam continentem, perpetuam, cohærentem, unius quippe ejuſdemque argumenti. Oppoſ.* faturæ. *vide B. Patruum ad Cic. Or. pro Cæl. cap.* 27.

hæc occultis ſermonibus ſerunt, 7, 39. *cf.* 3, 43.—populares orationes ſerere, 10, 19.

non ſanguine humano, ſed ſtirpe divina fatum eſſe, 38, 58.

SERIUS, 1, 4. ſeria ac jocos celebrare.—illum diem religioſum Karthaginienſibus ad agendum quidquam rei ſeriæ eſſe, 26, 17. *cf.* 23, 7.

SERMO, 34, 31. pro patriæ ſermone brevitatis. (*Laco dicit.*)

ferte ſermonibus, et multiplicate fama bella, 4, 5.

propter Macedonici maxime belli curam in ſermonibus homines habebant, quos—conſules—crearent, 44, 17.

SERPERE, 28, 15. ne latius, inclinatis ſemel ad defectionem animis, ſerperet res etc.

SERVILIS, 3, 16. multi et varii timores: inter ceteros eminebat terror ſervilis. *i. e. periculum quod civitati a ſervis timendum erat.*

SERUS, 5, 6. ſera ſpes. *i. e. cujus ſero venit exitus.*

mille milites, quia ſerum auxilium poſt prœlium venerant, 3, 5. *cf.* 31, 24.

quia ſerum diei fuerat, 26, 3. *cf.* 7, 8.—in ſerum noctis convivium productum, 33, 48.

SERVARE, 34, 9. et ſervabant vigilias et circumibant.—qui negligenter cuſtodias ſervaſſent, 33, 4.—ordinem laboris quietiſque ſervarunt, 26, 51.

neque eum pro hoſte, neque pro ſocio in præſentia habitum, libera cuſtodia haud procul a caſtris placere in aliqua fida civitate ſervari per belli tempus, 24, 45.

Tarquinius

Digitized by Google

Tarquinius diem quidem ſervavit, 1, 50. *i. e. obiit, vel potius obſervavit. Sic alibi Livius.*

diſcriminaque rerum prope perditis rebus ſervabant, 5, 46.

integerrimas vires militi ſervabat, 10, 28. *i. q. reſervabat.*

ut omnia integra ac libera Fabio ſervarentur, 10, 25.

de cœlo ſervare. *dicitur de auguribus proprie. Vid. Intt. ad* 40, 42. *et in Clave Cicer. de lege Ælia.*

SERVATOR, 6, 17. ſelibriſne farris gratiam ſervatori patriæ relatam?

deos ſervatores ſuos ſenatum appellaſſe, 45, 44.

SERVIRE, 34, 50. ne ipſis quidem honeſtum eſſe, in liberata terra liberatores ejus ſervire.

qui ſervitutem ſerviſſent, 40, 18. *cf.* 45, 15.

SERVITIUM, 2, 23. ductum ſe a creditore, non in ſervitium, ſed in ergaſtulum etc. *i. e. ad operas ſervorum ordinarias præſtandas, atque etiam duriores, quæ pœnæ vim haberent.*

inopia ſervitiorum et pecore direpto, 28, 11. *Sic pluribus locis ſervi dicuntur. v. c.* 32, 26.—ſervitia regum ſuperborum, 2, 10.

innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, quæ nunc, vix ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant, 6, 12.

SERVITUDO, 24, 22. ſervitudinis indignitatiſque homines expertos adverſus notum malum irritatos eſſe.

SERVITUS, 37, 60. captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in ſervitute eſſe—dicebatur. *i. q. ſervi eſſe dicebantur. cf.* 34, 50. *it.* 43, 4. *Nam de diſcrimine inter formas dicendi* in ſervitute eſſe *et* ſervum eſſe, *Livius haud dubie non cogitavit. Id JCtis eſt relinquendum.*

SERVUS, 29, 29. octo millia liberorum ſervorumque capitum ſunt capta.

ſervum ſervaque natum—regnum occupaſſe, 1, 47. *cf.* 4, 3.

ſerva omnia et ſubjecta imperio, 37, 54.—ſerva atque obnoxia, 42, 46.

Græciæ urbes ſervæ ac vectigales, 34, 58. *cf.* 25, 31.

qui veſtra neceſſaria ſuffragia pro voluntariis, et ſerva pro liberis faciat, 6, 41.

SEU—ſeu—ac *ſibi reſpondent*, 30, 1.—ſive timore ejus ſeu conſcientia, 9, 26.

SI, 10, 3. ſi qua alia arte cognomen ſuum æquavit, tum maxime bellicis laudibus etc.

ſi quando umquam ante alias *ſequente* quum, *vel potius, uti Drakenborchius legi vult*, tum: *quod fere ſequitur poſt* ſi umquam *aut* ſi quando umquam, 32, 5.

ad Gonnum caſtra movet, ſi potiri oppido poſſet, 42, 67. pro *tentaturus an etc. cf.* 29, 25. *et alibi ſæpe.*

de gloria vix dicere auſim, ſi nos et hoſtes haud ſecus quam feminas — eludunt, 7, 13. pro *quoniam. cf. ibid. cap.* 31. *it.* 30, 30.

ſi non ad faſtos admittimur, 4, 3. pro *etſi. cf.* 7, 10. *et* 26. *it.* 38, 57.

SIC

Digitized by Google

SIC Numitori ad ſupplicium Remus deditur, 1, 5. pro *ideo, ea propter. Eodem modo* ita *dicitur. vid. ſupra in h. v.*

SICUBI loco ceſſum, 7, 13.—ſicubi eſt certamen, ſcutis magis, quam gladiis, geritur res, 9, 41.

SICUNDE, 26, 38. nec conſul Rom. tentandis urbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, deerat.

SICUT *ſine ſequente* ita, 34. 9. Romanam amicitiam, ſicut minoribus viribus, quam Maſſilienſes, pari colebant fide. *cf.* 9, 17. *ad quem locum vide Drakenborchium. Contra, ſequ.* ſic. *v. c.* 28, 28. Illi, ſicut Campani Capuam—ſic Rhegium habituri perpetuam ſedem erant.

SIDERE, 26, 45. quod per piſcatores—nunc levibus cymbis, nunc, ubi eæ ſiderent, vadis pervagatos ſtagnum, compertum habebat etc.

SIGNIFICATIO, 31, 15. aut ſignificationibus acclamationibuſque multitudinis (*eum erubeſcere*), aſſentatione immodica pudorem onerantis.

SIGNUM, 2, 20. dat ſignum, ut, quem ſuorum fugientem viderint, pro hoſte habeant. *i. q. imperat. cf.* 4, 39.

ferociter pro ſe quiſque ſignum duces poſcere, 7, 32.—ſignum pugnæ propoſuit, *ibid.*—claſſicum apud eos cecinit, ſignum ab iis petitum eſt, 28, 27.

ſigna canere juſſit, 10, 19.—ſignum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus, 4, 31.

—extra vallum proferte, 22, 29.

—ferri ac ſequi armatos jubet, 10, 5.

—præ ſe ferri—juſſit, 34, 15.

ad ipſam urbem Romam ſigna ferri juſſit, 26, 13.

cui ſigna primum intulerat, 2, 53. *cf.* 9, 27.

ſignis collatis, 37, 21. *Fortaſſe legendum* convulſis.

verſis ſignis fuga effuſa caſtra repetunt, 9, 35.

ſigni unius milites, 25, 23. *i. e. manipuli. cf.* 27, 14. *it.* 33, 1.

inter ſigna et ordines accipere, 33, 9. *i. q. in manipulorum et centuriarum intervalla.* — ſignaque et ordines peditum atque equitum confundit, 9, 27.—non ſigna, non ordines, ſervent, 8, 34.—ſigna hoſtium turbare, 9, 23.—ſigna perturbata, tota impulſa acies, 24, 16.

infrequentia armatis ſigna egreſſa, 10, 20.

ſegnius Hiſpanorum ſigna incedebant, 28, 14.

diverſa ſigna ſtatuit, 9, 21. *i. e. diverſis locis præſidia impoſuit.*

Macedones et maxime omnium frequentes ad ſigna fuerant, et diu ancipitem victoriæ ſpem fecerunt, 33, 15.

quid ante ſigna feroces proſiluiſſent, 7, 8.

agmenque fugientium ab ſignis, quum præter mœnia eorum infrequentia conſpecta ſigna eſſent, fuſum, ac per agros trepida fuga palatum eſt, 7, 8. *Hic locus varie tentatus a Viris doctis nondum ſatis explicatus eſt. Maxima difficultas eſt in vocula* eorum. *Neque enim adhuc indicari potuit, quo referretur. Omnia plana*

Digitized by Google

plana fiunt, ſi legatur Signinis. *Sic acutiſſime conjecit Reizius meus V. C. conſentiente geographia et contextu flagitante.* Signiorum *mentio fit*, 1, 56. 2, 21. 8, 3.

ſigna ænea ad Cereris dedere, 27, 6.—his fornicibus ſigna aurata impoſuit, 33, 27. *ſic, non,* ærata. *vid. et in v.* ſtatua.

SILENS, 31, 38. ſilenti agmine abiit.

SILENTIUM, 3, 41. ſilentio Patrum edicitur delectus. *i. e. ſilentibus Patribus, vel, concedentibus: dicitur enim* ſilentium *de his, qui nihil ſuſcipiunt, in ſuo quiſque genere, nihil moliuntur. Sic* 37, 38. *leguntur hæc:* biduum deinde ſilentium fuit, neutris tranſgredientibus amnem.

armati cum ſilentio ad ſe convenirent, 7, 35.

nocte ſilentio diceret dictatorem, 8, 23. *cf.* 9, 38.

quum ſtupor ſilentiumque inde ceteros Patrum defixiſſet, 6, 40.

eo ſilentio clauſa curia erat, 42, 14.

præteritis ſilentio obliteratis, 43, 2.

ad hæc Albana pūbes—ſilentium tenet, 1, 28.—Romana pubes—velut orbitatis metu icta, mœſtum aliquamdiu ſilentium obtinuit, 1, 16. *ſi modo vera lectio.*

SILERE, 27, 10. ne nunc quidem, poſt tot ſecula ſileantur, fraudenturve laude ſua.

SILVESTRIS, 44, 6. ſaxorum ad manum ſilveſtriſque materiæ tantum erat, ut vel murus objici, turreſque excitari potuerint.

SIMILIS, 3, 40. oratio precibus quam jurgio ſimilis. *i. e. ſimilior.*

incendio ſimilius, quam prœlio, territum, 4, 33. pro *magis.*

qui non—Feſcennino verſu ſimilem—jaciebant, 7, 2. pro *verſui: illud melius.*

neque erat navali pugna ſimilis, 28, 30. *niſi legatur cum aliis* navali pugnæ.

fiunt omnia caſtris, quam urbi, ſimiliora, 4, 31.

SIMPLEX, 32, 33. ſimplicem ſuam orationem eſſe. *i. e. quæ ſine ambagibus rem urgeret.*

erat autem non admodum ſimplex habitus animorum inter Achæos, 32, 19. *i. e. variis difficultatibus impediti erant, ut, quomodo ſe expedirent, neſcirent.*

SIMPLICITER, 34, 57. ignorare ſe, quidnam perplexi ſua legatio haberet, quum ſimpliciter ad amicitiam petendam—veniſſent. *i. q. quum non niſi ad etc.*

SIMPLUM, 29, 15. negare, tantum militum effici poſſe: vix, ſi ſimplum ex formula imperetur, eniſuros.

SIMUL, 6, 1. ſimul primum magiſtratu abiit. pro *ſimul ac, ſimul ac primum: quod adeo Ciceronianum eſt. v. c. Phil.* 4, 1. *it. Verr.* 1, 13. *it.* 52.

ſimul inſtrui Sabini Romanam aciem videre, 3, 62. pro *ſimul ac. cf.* 4, 31. *it.* 8, 32. *vid. Intt. ad* 6, 1.

ſimul—ac, et, que. Oculis ſimul ac mente turbatum, 7, 26. adſciti ſumus ſimul in civitatem et Patres, 6, 40. tanto ſimul publico familiarique ictus luctu, 27, 51.

ſimul

Digitized by Google

ſimul—ſimul, 3, 68. pleni fortunarum gloriæque ſimul publicæ, ſimul privatæ. *Formula Livio familiaris: exempla congeſſit Drakenb. ad* 3, 50.

ſimul laſſitudine procedente jam die, fame etiam deficere, 21, 54.

ut creſceret ſimul et negligentia cum audacia hoſti, 31, 36.

ſimul cum gloria rei geſtæ, 8, 31.

velut diis quoque ſimul cum patria relictis, 1, 31.

SIMULACRUM, 5, 41. ad eos velut ſimulacra verſi quum ſtarent. *i. e. ſtatuas deorum obverſi.*

Herculis magnum ſimulacrum in Capitolio poſitum dedicatumque, 9, 44. *i. e. ſtatua coloſſea.*

non inferam ſimulacrum viri copioſi, quæ dixerit referendo, 45, 25.—ſimulacrum celebrati ejus diei, 24, 16.

ſimulacra pugnarum picta, 41, 28.—navalis pugnæ, 26, 51. *cf.* 35, 26. *it.* 40, 9.

SIMULARE, 25, 9. Hannibal ægrum ſimulabat.

SIMULATIO, 1, 56. juvenis longe alius ingenio, quam cujus ſimulationem induerat.

SIMULTAS, 26, 27. ſibi privatam ſimultatem cum Campanis nullam eſſe. *cf.* 40, 8.—memoriam ſimultatium patriæ remittere, 9, 38.

contrahere ad colloquium (*Haſdrubalem et Scipionem*) dirimendarum ſimultatium cauſſa eſt conatus, 28, 18.

SINCERUS, 30, 11. ſincerum equeſtre prœlium. *i. e. merum, quum tantum equites pugnant.*

ne ſincero gaudio frueretur, 44, 44. *i. q. pleno, liquido.*

arma quia non ſincera fide tradebant, 39, 2.

SINE, 9, 5. ſe ſolos ſine vulnere, ſine ferro, ſine acie victos etc. *vid. Drakenborch. ad* 7, 2.

SINERE, 28, 28. ne iſtuc Jupiter O. M. ſirit.

SINGULI, 42, 4. diviſerunt dena jugera in ſingulos, ſociis nominis Latini terna. *civium Romanorum, qui ſunt intelligendi ſub* ſingulis, *nulla mentione ante facta.*

SINISTER, 9, 27. ſiniſtris—repentino conſilio Pœtelii conſulis additæ vires. *i. q. ſiniſtro cornui, vel potius parti ſiniſtræ; opponuntur enim* dextræ parti.

SINUS, 6, 15. cur, quod in ſinu veſtro eſt, excuti jubetis potius, quam ponatis.

qui nihil agenti ſibi de cœlo devolaturam in ſinum victoriam cenſeat, 7, 12.

ſtorti in ſinu conſulis recubantis, 39, 43.

ſinus Maliacus, 37, 6. pro *terris adjacentibus.*

SIS, *pro* ſi vis, 34, 32.

SISTERE, 6, 29. non prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt.

integræ vires ſiſtunt invehentem jam ſe Samnitem, 10, 14.

non ita civitatem ægram eſſe, ut conſuetis remediis ſiſti poſſit: dictatore opus eſſe reip. 3, 20. *cf.* 2, 29. *it. cap.* 44.

ſe exercitumque ſuum gravi morbo affectari: nec ſiſti potuiſſe, ni eadem vis mali, aut gravior etiam, in hoſtes ingruiſſet, 29, 10. *cf.* 45, 19.

vixque

Digitized by Google

vixque concordia ſifti videbatur poſſe: tantum ſuperantibus aliis ac emergentibus malis etc. 3, 16. *vid. Gronov. ad* 4, 12. *qui et hanc formam ibi reſtituit, et primus recte explicavit.*

SITELLA, 25, 3. ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. *nempe in hoc vas tabellæ conjiciebantur. cf.* 41, 18.

SITIS, 39, 26. inſolenter et immodice abuti Theſſalos indulgentia populi Romani, velut ex diutina ſiti meram haurientes libertatem.

SITUS eſt, quemcumque eum dici jus faſque eſt, 1, 2. *vid. Cicero de Legg.* 2,22. *ubi hoc vocabulum, tamquam proprium, ſæpius occurrit.*

SITUS, 9, 24. quum propter difficilem urbis ſitum nec oppugnandi ſatis certa ratio inireturr, et aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria eſſet etc.—urbs tuta ſitu, 28, 22.

SIVE, *ſequente* ſeu, *quod eo refertur*, 10, 14.

SOBOLES, 26, 41. nomini Scipionum, ſoboli imperatorum veſtrorum, velut acciſis recreſcenti ſtirpibus.

SOCIALIS, 7, 25. civili quippe ſtandum exercitu eſſe, quando ſocialis cœtus deſereret. *niſi cum Gronovio legatur* fœdus.

unde ſociali egregio exercitu—uſi eſtis, 8, 13.

quum, qui hoſtes numquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coëant, 34, 57. *i. e. æquo ſocietatem, quæ proprie dicitur, opponiturque* ditioni *ac* fidei, in qua eſſe *populi ſubinde dicuntur.*

SOCIETAS, 5, 20. ejus doni ſocietatem ſenſuras æqualiter omnium domos.

Hernicis in ſocietatem armorum aſſumtis, 2, 22.

Patara, caput gentis, in ſocietatem adjungenda, 37, 15.

publicanus, omnibus malis artibus et reipublicæ et ſocietatibus infidus damnoſuſque, 25, 1.

SOCIUS, 29, 17. indignemini, bonis ac fidelibus ſociis tam atroces injurias fieri. *Propria ſociorum epitheta, eaque in laude, ſunt. cf.* 42, 6. *ubi de rege ſermo eſt.*

ſocios Græcorum populorum, 42, 60. *i. q. populos Græcos.*

ut decemviros, qui decemviratum petiſſent, aut ſocii, aut hi maxime oppugnarent, 3, 40. *i. e. collegæ.*

ſocia nullius rei inter ſe (*multitudo*), 26, 16.

ſociis et amicis et alia comiter atque hoſpitaliter præſtare Romanos—Rhodios non ita meritos eo bello, ut amicorum ſociorum numero habendi ſint, 45, 20.

ſocii navales, 21, 49. *remiges fuiſſe apparet ex cap. ſq. init.*

claſſici milites navaleſque ſocii, 21, 61.—ſocii navales *milites facti*, 26, 17.

clades ſociæ urbis, 31, 24.

SOL utrique parti obliquus erat, 22, 46.

ab orto uſque ad occidentem ſolem, 22, 7. *vid.* oriens.

SOLATIUM, 25, 16. egregium ſolatium ſuæ morti inventurum.

ad ſolatium æquatæ repulſæ, 10, 37.

SOLERE, 36, 23. non laqueis, ut ſolet, (*int. fieri*) exceptos declinabant

Digitized by Google

clinabant ictus, ſed etc. *Vid. aſſolere: non videtur legendum eſſe* ſolent.

SOLIDUS conſulatus, 4, 8. *h. e. qui per integrum annum duravit.*

militia ſemeſtri ſolida ſtipendia accipere, 5, 4. *h. e. quibus nihil detractum eſt, annuum.*

ſolido procedebat elephas in pontem, 44, 5.

SOLIFERREUM, 34, 14. emiſſis ſoliferreis falariciſque. *h. e. e ſolido ferro jaculis.*

SOLITUDO, 5, 53. an malitis hanc ſolitudinem veſtram, quam urbem hoſtium eſſe? *vid Intt. ad h. l.*

SOLITUS, 3, 38. ſolitum quidquam liberæ civitatis fieret.

SOLIUM, 44, 6. lavanti regi dicitur nunciatum, hoſtes adeſſe, quo nuncio quum pavidus exſiluiſſet e ſolio etc. *Solium eſt vas aquarium, alias et labrum dictum.*

SOLLEMNIS, 2, 14. inter cetera ſollemnia manet bonis vendendis bona Porſenæ regis vendendi. *h. e. inter ceteros ritus auctionum publicarum eſt etiam hic, ut, quod primum a præcone venale prædicatur, appelletur bona Porſenæ.*

ſollemnis dies ineundis magiſtratibus, 3, 36.

ſollemnia ſenatuſconſulta, 9, 8.

ſollemni carmine ludicrum indici ſolet, 33, 32.

ſtatum jam ac prope ſollemne in ſingulos annos bellum timebatur, 3, 15.

ſollemne allatum ex Arcadia, 1, 5.

ſollemnis comprecatio, 39, 15.

in ſollemnibus verbis habet—quod bene ac feliciter etc. 38, 48.

tradito ſervis publicis ſollemni familiæ miniſterio, 1, 7.

ſacrificiis ſollemnibus non dies magis ſtati, quam loca ſunt, 5, 52.—ſollemnia ejus ſacri, 9, 29.

ſollemnium extis veſci, 1, 7. *i. e. hoſtiarum in illis ſollemnibus mactatarum.*

ſollemne notum, 1, 5. *niſi cum Burmanno ad Virgil. E.* 5, 75. votum *legi velis. at vide Drakenb. ad locum: nam* ſollemne *a Livio pro ſubſtantivo ſæpius uſurpatur. cf.* 1, 9.

et ſoli Fidei ſollemne inſtituit, 1, 21.—pœnitet enim, quod antiquiſſimum ſollemne, et ſolum ab ipſo, cui fit, inſtitutum deo, ab nobiliſſimis antiſtitibus ejus ſacri ad ſervorum miniſterium religioſus cenſor deduxiſti, 9, 34.

occulta ſollemnia ſacrificia Jovi Elicio facta, 1, 31.

SOLLICITARE quietæ civitatis ſtatum, 21, 10.—pacem, 34, 16.—ſollicitando animos hominum turbare ſtatum civitatis, 34, 62.

SOLLICITUS, 28, 19. ſolliciti vicem imperatoris milites. *cf. cap.* 43. *it.* 44, 3.

cujus (*fortunæ*) ne quod prætermitteret tempus, ſollicitus intentuſque erat, dum etc. 21, 53.

circumſpectans ſollicituſque omnia, 21, 34.

ſollicitus annus prodigiis, 10, 31.—ſollicita nox fuit, jam invaſurum caſtra Samnitem credentibus, *ibid. cap.* 35.

SOLSTI-

Digitized by Google

SOLSTITIALIS orbis, 1, 19. *i. q. ſolaris.*—tempus ſolſtitiale, 35, 49. *i. e. media æſtas, ubi quidem rara venatio; nam vetus et accurata Latinitas unum tantum ſolſtitium habet.*

SOLVERE, 31, 13. ſolvendo ære eſſe.

primis tenebris ſolverat navem, 45, 6. *i. q. deduxerat.*

tolerando paucos dies totam ſoluturos (*Campanos*) obſidionem, 26, 7. *cap. ſeq. eſt:* liberare obſidionem. *cf.* 44, 13.

perinde ac reip. gerendæ, ac non ſolvendæ religione, gratia (*dictator*) creatus eſſet, 7, 3.—ſolvendum religione populum, 5, 23. *cf.* 8, 32. *alias: exſolvere, liberare. Oppoſ. obligare. v. c.* 9, 8.

neglecta magis omnia et ſoluta invenere, 25, 39. *cf.* 8, 30.

nuda corpora et ſoluta ſomno trucidantur, 5, 45.

ab riſu et ſoluto joco res avocabatur, 7, 2. *i. e. jocorum licentia.*

inter aurum accipiendum et ſpem pacis ſolutis animis, 6, 11.

SOLUM ſtabile, 44, 9.—nudum, 26, 30.

ſolo patrio, terraque in qua geniti forent, pelli Romanos, 21, 53. *vid.* ſedes.

ſolum vertere exſilii cauſſa, 3, 13.

ſolo æquare dictaturam et conſulatus, 6, 18. *de abrogandis vel coërcendis hiſce magiſtratibus.*

SOLUS, 10, 1. ſolos per ſe Æquos ad bellum coortos.—fine conſiliis per ſe ſolus, 1, 49.

SOLUTE ac negligenter agentes, 23, 37.

SOLUTUS, 2, 3. erant in Romana juventute adoleſcentes aliquot —quorum in regno libido ſolutior fuerat, etc.

SOMNIUM, 9, 9. nec fas fuit alium rerum exitum eſſe quam ut illi, velut ſomnio lætiore quam quod mentes eorum capere poſſent, nequidquam eluderentur.

SOMNUS, 5, 44. niſi vinctos ſomno—trucidandos tradidero. *cf.* 9, 30.

SONARE, 29, 17. dies noctesque omnia paſſim mulierum puerorumque—ploratibus ſonant.

SOPIRE, 9, 30. vino oneratos ſopiunt.

ſopita maxime quies, 9, 37—humerus ſopitus (*ſaxo*), 42, 15. —ſopitum ſubito ictu, 1, 41.—vulnere ac nihil ſentientem, 42, 16. *cf.* 8, 6.

SORDERE, 4, 25. adeo ſe ſuis etiam ſordere. *i. e. a ſuis contemni.*

SORDES, 29, 16. obſiti ſqualore et ſordibus.

SORDIDATUS, 3, 47. Virginius ſordidatus filiam ſuam obſoleta veſte deducit.

ſordidati rei non miſeritos, candidam togam invito offerre, 27, 34.

SORDIDUS, 1, 58. ut in ſordido adulterio (*Lucretia*) necata dicatur.

SORS oraculi miſſa, 26, 19.—reſponſa ſortium, 1, 56. *vid.* vox. —ſortes extenuatæ. *vid. ſupra in h. v.*

prædaque eorum, iniquiſſima ſorte, qui pugnæ non interfuerunt, facta eſt, 38, 23.

ſorte

Digitized by Google

ſorte quadam nutriendæ Græciæ datus, 36, 35.
certa ſorte, 36, 2. *i. e. facta ſortitione, quum ſua cuique provincia ſorte obtigiſſet.*
quum—dejecta in id ſors eſſet, 21, 42.
Italiam atque Africam in ſortem conjici volebant, 30, 27. *cf.* 28, 38. *it.* 30, 1.
juri dicundo urbana ſors, 22, 35. *it.* jure dicundo, 42, 28.
urbana et peregrina, quæ duorum ante ſors fuerat, 25, 3.
ut ſuæ quiſque provinciæ ſortem tueretur, 10, 26.
ut uni ſors integra eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet, 42, 28.—quo ſenatus cenſuiſſet, ſors evenit, *ibid. cap.* 31.
ſorti Macedoniæ præcipuum datum, *ibid. cap.* 31. *i. e. provinciæ.*
cui ea provincia ſorti evenit, 4, 37. *alii:* ſorte. *Sic* 9, 31. Æmilio novum bellum Etruria ſorte obvenit.
ut cujuſque ſors exciderat, 21, 42. *i. q. exierat.*
Fabius, alienæ ſortis victor belli, 9, 42. *i. e. in aliena provincia.*
quem animum in alienæ ſortis exemplo paullo ante habuiſtis, 21, 43. *de dimicatione gladiatorum.*
comitia ſuæ ſortis eſſe, 35, 6. *i. q. muneris.*—cujus ſortis ea cura erat, 39, 6.—ut comitiis præeſſet, potiſſimum M. Duilio ſorte evenit, 3, 64. *paullo poſt:* ſors comitiorum.
quum ſors prærogativæ Anienſi juniorum exiſſet, 24, 7. *i. e. quum ei ſorte hoc eveniſſet, ut prima rogaretur ſuffragium.*
nobis quoniam prima animi ingeniique negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus, 22, 29. *i. q. dos, indoles.*
natus in nullam bonorum ſortem, 1, 34. *i. e. partem hereditatis.*
ſe—multiplici jam ſorte exſoluta, mergentibus ſemper ſortem uſuris, obrutum fœnore eſſe, 6, 14. *de ſumma pecuniæ ſub uſuris datæ.*
ſortem aliam ferte, de capite deducite, quod uſuris pernumeratum eſt, *ibid. cap.* 15.
SORTIRI, 42, 31. ut conſules inter ſe provincias compararent, ſortirenturve. *cf.* 24, 10. *it.* 38, 35.
Tectoſagi mediterranea Aſiæ ſortiti ſunt, 38, 16. *i. e. habitanda acceperunt, ſed ſine ſorte.*
SPARGERE, 33, 15. ita ſe in fugam paſſim ſparſerant, ut ab ipſis agreſtibus errantes circumvenirentur.
effuſa flamma veluti ſparſa pluribus locis, 30, 6.
SPATIUM, 5, 5. vallum foſſamque—per tantum ſpatii duxerunt.
in promontorio, quod in aliquantum maris ſpatium extenditur, 29, 35.
paullum ſumeret ſpatii ad conſultandum ab legatis, 24, 22.
ut rem in poſterum diem differret, et iræ ſuæ ſpatium et conſilio tempus daret, 8, 32. *cf.* 2, 56.
vix explicandi ordinis ſpatium Etruſcis fuit, 2, 46.
mille ducentæ togæ brevi ſpatio—miſſæ, 29, 36.
militem—ne hiemis quidem ſpatio—arma deponentem, 5, 2.

Digitized by Google

SPECIES, 44, 6. primam ſpeciem appropinquantis terroris ſuſtinuiſſet. *Drakenborchius conjicit:* prima ſpecie adpropinquantis terrorem. *Sed nec hoc ſatis intelligi poteſt. Fortaſſe legendum:* vanam ſpeciem. *Suſtinere ſpeciem terroris, recte dicitur. Apud ipſum Ciceronem Tuſcul.* 2, 23. *hæc ſunt:* doloris ſpeciem ferre non poſſunt.

juſta belli ſpecies, 40, 6. *Opponitur* ſimulacro belli. *cf. cap.* 9.

juſti ducis ſpeciem nactus, 25, 1. (*præfectus ſociûm.*)

pauci equites Rom. (*amiſſi*) cruentæ maxime victoriæ ſpeciem fecerunt, 39, 31. *i. e. fecerunt, ut cruenta videretur.*

a fallaci equitum ſpecie agaſonibuſque excepti ſunt, 7, 15.

ab ſubornato ab ſe per fallaciam in tabellarii ſpeciem, 44, 44.

Cœlius, ut abſtinet numero, ita ad immenſum multitudinis ſpeciem auget, 29, 25.

tormentis quoque quum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, ſuperante lætitia dolores, ridentis etiam ſpeciem præbueris, 21, 2.

ſpeciem, quam quæſierat, hoſti fecit, 36, 10.

navium longarum ſpecies, quæ nullæ erant, viſæ, 24, 44.

ſemper aliquam fraudi ſpeciem juris imponitis, 9, 11.

haud parva res ſub titulo prima ſpecie minime atroci ferebatur, 2, 56.

ultro mihi percuſſoris ſpeciem induit, 40, 12.—per ſpeciem commiſſationis occiderem? *ibid. cap.* 13.

per ſpeciem tuendæ libertatis, 45, 31. *cf.* 22, 25. *it.* 24, 12. —dilata in ſpeciem actione, re ipſa ſublata, 3, 9.—bellum in ſpeciem cauſſæ jactatum, 6, 11.

cauſſas in ſpeciem iræ adverſus Romanos eas, quas ante dixi, habentem—re vera etc. 36, 6.

per ſpeciem celebrandarum cantu epularum cauſſa invitant, 9, 30. *aut* per ſpeciem *aut* cauſſa *abundat*; *fortaſſe ex gloſſemate.*

ingentiſque mali non ſuſpicionem modo, ſed apertam ſpeciem obverſari ante oculos, 2, 59.

ſpecies et umbræ inſontis interemti filii agitarent, 40, 56.

ſpecies viri majoris, quam pro humano habitu, auguſtioriſque, 8, 6. *alias:* humana ſpecie amplior. *cf.* 24, 10.

unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit, 9, 17. *i. e. veram dignitatem intellexit.*

ut ſpeciem legationi adjiceret, 32, 36. *i. q. amplitudinem.*

galeæ criſtatæ, quæ ſpeciem magnitudini corporum adderent, 9, 40. *cf.* 10, 38.

habitus gentium harum tum magnitudine corporum, tum ſpecie terribilis erat, 22, 46.

cujus triumpho longe maximam ſpeciem captiva arma præbuere, 9, 40.

admiratus et univerſam ſpeciem caſtrorum, et deſcripta ſuis

Digitized by Google

quæque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis, 31, 34.

litteras ad nos cum muneris ſpecie miſit, 41, 23. *nempe quia ἐχθρὰν δῶρα ἄδωρα.*

vaſa omnis generis uſui magis, quam ornamento in ſpeciem facta, 41, 18.—gemmati magna ſpecie annuli, 1, 11.

SPECIMEN, 5, 26. ni fortuna imperatori Rom. ſimul et cognitæ rebus bellicis virtutis ſpecimen, et maturam victoriam dediſſet. *i. q. ſpeciminis edendi copiam feciſſet. cf.* 28, 35.

SPECIOSUS, 1, 23. ſi vera potius, quam dictu ſpecioſa, dicenda ſunt.

magis neceſſariam, quam ſpecioſi miniſterii procurationem intuentes, 4, 8. *paullo ante dicitur ea* res operoſa ac minime conſularis. *cf. ibid. cap.* 60.

SPECTACULUM circi, 7, 2.—locus in circo ipſi—ad ſpectaculum datus, 2, 31. *vid.* forus.

loca diviſa Patribus equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, 1, 35. *i. q. ſedilia.*—murmur repente populi tota ſpectacula pervaſit, 45, 1.

longe maximum triumphi ſpectaculum fuit Coſſus, 4, 20. *i. q. maxime conſpicuus.*

neque vinctus per urbem Rom. triumphi ſpectaculum trahar, 26, 13.

ut hoſtium quoque magnificum ſpectaculum eſſet, 10, 40.

ne priore quidem (*bello*) ulla profectio tanti ſpectaculi fuit, 29, 26.

triumphus ſpectaculo oculorum major, quam Africani fratris ejus, fuit, 37, 59.

inter primores genus Fabium inſigne ſpectaculo exemploque civibus erat, 2, 46.

vos omnibus—ſpectaculo abeuntes fuiſſe, 2, 38.

progredi præ turba occurrentium ad ſpectaculum non poterat, 45, 7. *i. e. ut ſpectaretur.*

ad ſpectaculum ſcorti procacis, 39, 43. *i. e. ut ſcortum ſpectaret, quod ſpectare voluerat.*

urbs (*Corinthus*) erat tunc præclara ante excidium: arx quoque et Iſthmus præbuere ſpectaculum, 45, 28. *i. q. viſu digna erant.*

SPECTARE, 1, 9. res ad vim ſpectat.—gentem ad rebellionem ſpectare, 34, 56.—plebes ad defectionem ſpectare, 23, 6.—ab ſcelere ad aliud mulier ſpectare ſcelus, 1, 47.

alio ratus ſpectare Pythicam vocem, 1, 56.

Maſæſyli—in regionem Hiſpaniæ—ſpectant, 28, 17. *cf.* 5, 5.

arx orientem ſpectat, 38, 4.—ſepulchrum dirutum prora ſpectat, 30, 25.

deditionem ſpectare, 6, 33.—defectionem, 22, 22.—ut quoſdam ſpectantes jam arma Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret, 10, 18.

Italiam ſpectatum irent, 28, 39.

jam Africam magnamque Karthaginem, et in ſuum decus nomenaque

Digitized by Google

nomenque velut conſummatam ejus belli gloriam ſpectabat, 28, 17.
SPECTATISSIMUS, 1, 57. id cuique ſpectatiſſimum ſit, quod necopinato viri adventu occurrerit oculis.
SPECTATOR, 24, 34. unicus ſpectator cœli ſiderumque (*Archimedes*).
SPECULA, 29, 23. ſpeculis per promontoria omnia poſitis.
SPECULARI, 9, 36. ſpeculatum ſe iturum profeſſus, brevique omnia certa allaturum.
ut per omne obſequium inſinuaret ſe in quam maxime familiarem uſum, ut elicere omnia arcana, ſpecularique abditos ejus ſenſus poſſet, 40, 21.
ad viſendum ſtatum regionis ejus, ſpeculandaque conſilia Perſei, 42, 17.
SPECULATOR, 28, 2. ſpeculatores transfugarum dicta affirmantes.
SPECULATORIUS, 30, 10. ſpeculatoriæ naves. *i. e. naves minores ſine roſtris. Etiam ſimpliciter* ſpeculatoriæ *dicuntur*, 22, 19.
SPECUS pervius, 10, 1.—os ſpecus—*it.* fauces, *ibid.*
SPERARE, 28, 39. ob hæc, quibus majora neque ſperare, neque optare ab diis immortalibus poteramus, gratias actum nos—Saguntinus ſenatus—miſit.
SPERNERE, 10, 40. ante doctrinam deos ſpernentem natus.—conſcientia ſpretorum deorum, 21, 63.
iis quoque (*ſaxis injectis*) ſpretis, 31, 39. *i. e. quum non timuiſſent.*
libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modice, nec habere ſciunt, 24, 25.
Polybius haudquaquam ſpernendus auctor, 30, 45. *i. q. magni faciendus. Imperite enim huic formæ hoc in loco vim minuendi tribuerunt, quum augeat potius, vehementer interdum. v. c.* 4, 20. Jovem—Romulumque—haud ſpernendos falſi tituli teſtes. *i. e. reverendos vel maxime.*—præmia illa tempeſtate militiæ haudquaquam ſpernenda, 10, 30.
SPES, 4, 36. agri publici dividendi coloniarumque deducendarum oſtentatæ ſpes.
nec uſquam niſi in certamine ſpes, 40, 32.—hic omnes ſpes opeſque ſunt, 9, 4.
adeo accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Sicilia Romanos, 24, 35.
magis tentata eſt triumphi ſpes, quam petita pertinaciter, 28, 38.
inde alia ſpes ab reo tentata eſt, 26, 3.
quantum ſpes ſpopondiſſet, 45, 19.—ſpes ad irritum cadit, 2, 6.
levi aura ſpei objecta, 42, 39. *vid. ſupra in* aura.
divinæ humanæque ſpei pleni, 10, 40. *i. e. ex diis hominibuſque.*
ut nullo bello veniretur ad exitum ſpei, 5, 12.—quum plurimum in celando incepto ad effectum ſpei habuiſſet, 21, 57.—parvaque certamina in ſummam totius profecerant ſpei, 3, 61.

Digitized by Google

eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, 35, 26.
si non ante abscedimus, quam spei nostræ finem captis Veiis imposuerimus, 5, 4.
spem pro re ostendendam, 34, 12. *i. e. quod* in speciem fuit, *uti cap. seq. Livius ipse dicit.*—vultis pro virtute spes gerere? 10, 17.
nullam alibi quam in semetipso cuiquam relictam spem, 9, 23.
in Africam quoque spem extenderunt, 24, 48.
nequidquam eos perditam spem fovere, 22, 53.—pertinax in mala jam spe prœlium, *ibid.* 48.
differre spem, 7, 38. pro *exitu spei.*—præciderant spem pacis, 42, 50.—spe omni reditus incisa, 2, 15.
ut quibus pro spe certum esset, 40, 28.
partim spe, partim metu, partim vi subegit, 30, 9.
præmiorum ingentium spe oneratus, 29, 32.
castelli oppugnandi spe—profectus, 21, 57. *cf.* 44, 28.
id quidem (*bellum*) spe omnium serius fuit, 2, 3. *in partem deteriorem pro metu. cf.* 21, 6.
in spe Hannibali fuit defectio Tarentinorum, 25, 7.
spe impetrari posse, 34, 24. *absolute. cf.* 6, 9. *it.* 29, 20.
SPIRARE, 3, 46. inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem, locum seditionis quærere.
veluti flammas spirantium (*boum*) miraculo attoniti, 22, 17.
SPIRITUS, 5, 43. spiritu divino tactus.
fracti simul cum corpore spiritus illi feroces, 1, 31.—ingentis spiritus vir, 21, 1.—idem in oratione (*Appii*) spiritus erat, 2, 61. *paullo post:* accusatorio spiritu.
filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu, 24, 22.
quorum se vim ac spiritus et jam fregisse, et eo redacturum esse etc. 26, 24.
spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator etc. 6, 18.
et ita viris equisque abundabat—ut spiritus possent facere, 30, 11.
quum spiritus plebes sumsisset, 4, 54. *Cæsar de B. G.* 1, 25. tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumserat. *cf. ibid.* 2, 4.
quum jam spiritum includeret, nec reciprocare animum sineret, 21, 58.
SPLENDERE, 10, 24. ut faveat Q. Fabii gloriæ, quæ modo non sua contumelia splendeat.
quem—aliena invidia splendentem vulgus et extrahere ad consulatum nitebatur, 22, 34.
SPOLIARE corpus cæsi hostis, 7, 26.—Gallum cæsum torque spoliavit, 6, 42.
tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri jussit, 8, 32.—eo infestius circumscindere et spoliare lictor, 2, 55.

SPOLIUM,

Digitized by Google

SPOLIUM, 1, 10. ſpolia ducis hoſtium cæſi—regia arma—opima parta ſunt ſpolia. *cf.* 4, 20. *it.* 23, 46.

ſpoliaque ea honeſtiora victori hoſti, quam ipſis arma, fuiſſe, 10, 39. *i. e. picta atque aurata ſcuta, criſtas, tunicas candidas etc.*

SPONDERE, 9, 9. ea demum ſponſio eſſet, quam populi juſſu ſpopondiſſemus.—pacem ſpondere, *ibid.*

hoſti nihil ſpopondiſtis; civem neminem ſpondere pro vobis juſſiſtis, *ibid.*

ſpondebantque animis—id (*bellum Punicum*) quod inſtaret, P. Cornelium finiturum, 28, 38. *i. e. plane ſibi aliiſque perſuadebant.*

SPONGIA pectori tegumentum, 9, 40.

SPONSIO, 9, 11. quo minus in civitatem obligatam ſponſione commiſſa—redeant. *Vid. in* committere, *it.* ſpondere.

non fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt, 9, 5. —tam ſponſiones, quam fœdera ſancta eſſe, *ibid. cap.* 9. *Ceterum alii ſcriptores, nominatim Cicero, quamquam in rhetoricis libris, hanc ſponſionem fœdus appellant.*

non indignitas rerum ſponſionis vinculum levat, 9, 9.—vilia hæc capita luendæ ſponſionis feramus, *ibid.*

ut, ſi id factum negaret, ceteraque quæ objeciſſet, ſponſione defenderet ſeſe, 39, 43.

SPONTE, 10, 25. Romam ipſe ad conſultandum de bello rediit: ſive ipſe ſponte ſua—ſive ſenatuſconſulto accitus. *alterum* ipſe *abundat: fortaſſe, vitio librariorum, mera prioris eſt repetitio.*

SPRETIO, 40, 5. ex compoſito ſermones ad ſpretionem Romanorum trahebant: *ſpretionem tentant corrigere in* ſpem, ſpeciem, mentionem *denique. Sed non ſapit illud vocabulum corruptelam librariorum; et obvia ſunt apud Livium alia ejuſmodi duriora ſubſtantiva, v. c.* cretio, contemtio, ademtio.

SQUALOR, 2, 23. obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti.—legati Locrenſium obſiti ſqualore et ſordibus, 29, 16.

STABILIRE, 36, 44. demittere in aquam remos ab utroque latere remiges ſtabiliendæ navis cauſſa juſſit.

poſtquam res Capuæ ſtabilitas Romana diſciplina, fama per ſocios vulgavit, 9, 20. *Oppoſ.* ægris rebus diſcordia inteſtina.

STABILIS pugna, 28, 2. *cf.* 31, 35.—acies, 30, 11.—militum virtus, 6, 30. *vid. ſupra in v.* gradus.

ſtabilis ad inſiſtendum locus, 44, 5.—ſtabile ſolum, *ibid. cap.* 9: quanto minus quidquam in Africa Karthaginienſibus firmum ac ſtabile ſit, 28, 44.

STAGNUM, 1, 4. levibus ſtagnis effuſus fluvius. *h. e. ita ut levia ſtagna efficeret, quibus ſervari alveus cum pueris poſſet: quapropter* pius amnis *a pœtis vocatur.*

non inexplorata ſtagni vada, 26, 48.—medio ſtagno evadere ad mœnia, *ibid. cap.* 45. pro *per medium ſtagnum. cf. cap.* 42.

inſtructi armatique intra portam, ad ſtagnum ac mare verſam, 28, 36.

STARE, 37, 58. in Aſia (*non in Græcia*) totius Aſiæ ſteterunt vires,

Digitized by Google

ab ultimi orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis.
ſtantes et expoſitos ad ictus—haſtati invadunt, 9, 35.
quum in acie ſtare ac pugnare decuerat, 22, 60.
nonum ſe annum jam velut in aciem adverſus optimates ſtare, 6, 39. *cf.* 24, 8.
haud impari ſtetere acie, 26, 44.
diu pugna neutro inclinata ſtetit, 27, 2.
ita anceps dicitur certamen ſtetiſſe, 8, 38.
ibi aliquamdiu atrox pugna ſtetit, 29, 2.
intentiores ad reſpectum caſtrorum—quam ad prœlium ſtarent, 9, 27.
neque circa urbem tuta ſtatio erat, nec ante hoſtium portus in ſalo ſtare poterant, 37, 16.—ſtetit claſſis, 42, 48.—naves ſtabant, 36, 20.—claſſem in portu ſtare, 37, 11. naves, quæ in Tiberi ſtabant, 45, 2. *Omnino de navali militia, pugnaque, omnia prope dici, quæ de pedeſtri terreſtrique dici ſolent, diſcere licet ex* 36, 44.
pro virtute tua fideque, qua una hoc bello reſpublica ſtetit, 4, 40. *i. e. conſervata eſt.*
ad hoc nos—viribus noſtris, milite Romano, ſtetimus, 28, 44.
regnum eorum novum fraterna ſtare concordia, 45, 19.—ſtetit regnum puero tutela muliebri, 1, 3.—ſtante incolumi urbe, 5, 53.
hac arte in patria ſteti, 5, 45. *i. q. ſalvus, incolumis fui.*
ut—magiſtratus eorum—ſtantibus legatis (*Romanorum*) præfectos cohortium vocarent etc. 7, 31. *i. q. adſtantibus, præſentibus.*
magna ejus dici—fama eſt, etiam vero ſtanti, 10, 30. *i. e. non nimis credulo.*
quin tu—ſi deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas? 9, 11.
etſi priore fœdere ſtaretur, 21, 19.
fama rerum ſtandum eſt, 7, 6. *i. e. in ea acquieſcendum.*
nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus ſtandum eſſe, 9, 45.
quo ſatis certo auctore ſtetur, 8, 40.
quæ pars major erit, eo ſtabitur conſilio, 7, 35.
quo minus legibus dictis ſtetur, 9, 5.
haud ſcio an magno detrimento certamen ſtaturum fuerit, 3, 60.
nec Scipioni ſtare ſententia poterat, 21, 29. *cf.* 30, 4.
poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire, atque Italiam petere, 21, 30.
non per milites ſtetiſſe, ne vincerent, 3, 61. *i. e. non culpa militum victoriam amiſſam. cf.* 2, 31. 8, 2. 9, 14.
ſtabat cum eo ſenatus majeſtas, 8, 34.
adeo non fortuna modo, ſed ratio etiam cum barbaris ſtabat, 5, 38.—ſe cum Romanis ſtetiſſe, 44, 14.
STATARIUS, 22, 18. campeſtrem hoſtem, gravem armis ſtatariumque, pugnæ genere facile eluſit.
STATIO ſegnis, 27, 48. *h. e. in qua fortitudinis nulla occaſio eſt, quia nullus in eam impetus fit.*

diurnæ

Digitized by Google

diurnæ ſtationes ac nocturnæ vigiliæ, 9, 24.

in ſtationem ſe prope perpetuam infeſtæ regionis, non in agros mitti rebantur, 10, 21.

locum idoneum ſtativis delegit: ubi quum ſtationibus quieti tempus tererent, 7, 26.

qui (*Horatius Cocles*) poſitus forte in ſtatione pontis, 2, 10.

ab ira inter conditiones pacis interfectæ ſtationis, 24, 30.

conſul—quum vidiſſet—ſtationes infrequentes relictas, 7, 37.

Pythagoram cum auxiliaribus et equitatu ſtationem agere pro vallo juſſit, 35, 29.

dum—ſpecularentur: moremque ſimul noſcerent ſtationum vigiliarumque, 30, 4.

ſtationem navium infeſtam hoſti facere, 31, 17. *cf.* 10, 2. *it.* 28, 6.

et viſa interdiu claſſis erat, nec fine cauſſa electam ante urbem ſtationem apparebat, 28, 36. *cf.* 31, 23.

STATIVUS, 44, 40. pro caſtris ſtativum erat præſidium. *i. q. ſtatio. cf.* 41, 1.

ſtativa ponere, 31, 33.—quietis ſtativis manſerunt, 39, 30.—ſtativa conjuncta claſſi, 29, 34.

STATUA, 40, 34. ſtatuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit. *Gronovius legi vult* ſtatuta.—ſtatua ejus indicio fuit, Prænefte in foro ſtatuta, 23, 19.

legatorum—ſtatuæ poſitæ ſunt, 4, 17.

STATUERE, 1, 13. equus Curtium in vado ſtatuit.

quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et diverſa ſtatuit ſigna, 9, 21.

his, ut aſſidue templi (*Veſtæ*) antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit, 1, 20.

ſtatutus eſt comitiis dies, 24, 27.

Antiatibus dati ab ſenatu ad jura ſtatuenda ipſius coloniæ patroni, 9, 20.

ut ſtatuiſſe non pugnare conſules cognitum eſt, 2, 45.

STATUS, 27, 23. ut hi ludi in perpetuum in ſtatam diem voverentur.

ſacrificiis non dies magis ſtati, quam loca ſunt, in quibus fiant, 5, 52.

fretum ipſum Euripi—temporibus ſtatis reciprocat, 28, 6.

quod velut ſtatum Favoniis ventis *tempus* eſſet, 37, 23.

STATUS, 21, 10. quietæ civitatis ſtatus. pro *quietus*. *Sic* 3, 18. turbatæ urbis ſtatus.

quo ſtatu res ſit, 22, 22.—quo ſtatu eſſet reſpublica, 23, 24.—res veſtræ in quo ſtatu ſunt, 3, 68. *vid.* locus.

ſi eodem ſtatu reſpublica ſtaret, 30, 2.—ſi in eodem ſtatu fuiſſet, 42, 28.

in hoc ſtatu regum erant res, 33, 41.

commonitoſque, in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, et in quo relinqueret, dimiſit, 34, 51.

quo in ſtatu provincia eſſet, 35, 8.

nullius civitatis ſtatum fortunatiorem beatioremve fore, 24, 28.

Digitized by Google

quum—univerſa Græcia—egregie ſtatu ſuo gauderet, 34, 22.

equeſtrem procellam excitemus oportet, ſi turbare ac ſtatu movere volumus, 30, 18. pro *gradu. forma ſumta e re gladiatoria.*

quod dimovendis ſtatu ſuo ſacris religionem facere poſſet, 9, 29.

STERNERE, 27, 47. feſſique aliquot ſomno ac vigiliis ſternunt corpora paſſim.

ſternite omnia ferro, 24, 38.—ſtrati cæde hoſtes, 4, 29.—tot Romanas acies ſuſas ſtrataſque eſſe, 23, 42. *cf.* 9, 37. *it.* 10, 41.

collecta humi pila, quæ ſtrata inter duas acies jacebant, 10, 29.

STIMULUS, 2, 54. agrariæ legis tribuniciis ſtimulis plebs furebat.

acriores quippe æris alieni ſtimulos eſſe, 6, 11.

hæc non hoſtili modo odio, ſed amoris etiam ſtimulis, amatam apud æmulum cernens, quum dixiſſet, 30, 14.

STIPARE, 42, 39. magnus comitatus fuit regius, quum amicorum, tum ſatellitum turba ſtipante.

STIPENDIARIUS, 8, 8. poſtquam ſtipendiarii facti ſunt. *de militibus, qui ſtipendia merebant*; *nam antea milites gratuitam operam navabant reipublicæ.*

civitates—ſtipendiarias nobis ac vectigales eſſe, 31, 31. *De diſcrimine inter ſtipendiarias, h. e. tributarias civitates ac vectigales, vid. Clav. Ciceron. in v.* ſtipendiarius.

STIPENDIUM, 3, 68. quum ſtipendia nobis conſulibus—faciebatis. *improprie* pro *militare*; *nam illis temporibus ſtipendia militi nondum ſolvebantur.*

ubi—nec pecunia, quæ daretur in ſtipendium, eſſet, 27, 9.—ſtipendium militi præſtare, 28, 34.

militia ſemeſtri ſolidum ſtipendium accipere, 5, 4. *cf. cap.* 5.

finitum ſtipendiorum tempus, 24, 18.

ſtipendia pedeſtria facere, 7, 13.—multa ſtipendia habere, 31, 8. *i. e. meruiſſe, multos annos interfuiſſe militiæ.*—plurimorum ſtipendiorum milites, 29, 1. *cf.* 26, 28.

cauſſas ſtipendiis miſſorum cognoſcebant, 43, 15. *ſcil.* emeritis: *quod excidiſſe putat Gronovius.*

quæſtores ab auguribus pontificibuſque, quod ſtipendium per bellum non contuliſſent, petebant, 33, 42. pro *tributo.*

ſtipendium, collatum a populo in publicum, quod ejus ſolutum antea non eſſet, ſolveretur, 39, 7. *locus ambiguus*; *nam neque de ſtipendio militari, neque de tributo civili accipi commode poteſt.*

STIPS, 5, 25. nihil de collatione—ſtipis verius, quam decumæ: *reſpicitur ad ſtipem deorum. i. e. voluntariæ potius collationis ac tenuis, ut in ſacris, quam legitimæ. vid. Gronov. de Seſtert.* 4, 11. *it. Cuper. Obſ.* 3, 4.

ut populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantam commodum eſſet, conferret, 25, 12.

STIRPS, *it.* ſtirpis *in caſu recto, et* ſtirpes. *Sic in bonis codd. Livii reperitur. vid. Drakenborch. ad* 9, 34. *differt autem a* genere, *uti pars a toto*; *quemadmodum fere* familia *et* gens.—nondum exoleta ſtirpe

Digitized by Google

ſtirpe gentis, 37, 8. *quamquam hic ad indolem conditorum gentis fortaſſe reſpectum eſt.*

in exſecrationem capitis familiæque et ſtirpis, 10, 38.

ut ad tertiam ſtirpem poſſeſſio ejus (*regnum*) deſcenderit, 33, 21. *i. e. ad nepotes.*

florere (*Perſea*) juventute, (*exercitu*) quam ſtirpem longa pax ediderit, 42, 11.

velut ab ſtirpibus lætius feraciuſque renatæ urbis, 6, 1.

virorum omne genus in aliqua inſula, conjuratione muliebri, ab ſtirpe ſublatum eſſe, 34, 2.—a ſtirpe exſtincta eſt gens, 9, 34. cum ſtirpe exſtincti, 9, 29.

STOLIDE, 25, 19. id non promiſſum magis ſtolide, quam ſtolide creditum eſt.

STOLIDUS, 28, 21. major uſu armorum et aſtu facile ſtolidas vires minoris ſuperavit.—ut ſtolidam fiduciam hoſti augeret, 34, 46.

STRAGES, 40, 2. multis ſacris profaniſque locis (*tempeſtas*) ſtragem fecit.

per arma, per viros late ſtragem dedere, 8, 30.—ſtrage armorum ſepta eſt via, 35, 30.

ita effuſo agmine per ſtragem corporum armorumque evaſere, 2, 59. *cf.* 9, 40.

tantoque majorem ſtragem edere, quam inter hoſtes (*elephanti*) ediderant, 27, 14.

raptim ex ipſa ruinæ ſtrage congeſtis ſaxis, 42, 63.

ruinæ ſimilem ſtragem eques, quacumque pervaſerat, dedit, 4, 33.

impetu facto ſtrage ac ruina fudere Gallos, 5, 43.

STREPERE, 25, 25. quum omnia terrore ac tumultu ſtreperent.

ſtrepunt aures clamoribus plorantium ſociorum, ſæpius nos, quam deorum invocantium opem, 22, 14.

STREPITUS, 39, 15. vino, ſtrepitibus, clamoribuſque nocturnis attoniti.

STRICTUS, 22, 51. quos ſtricta matutino frigore excitaverant vulnera. *i. e. contracto. alias arte* ſtringi *vulnera dicuntur, h. e. alligari, deligari.*

ſtrictis rubis vixere, 23, 30. *i. e. foliis inde ſtrictis.*

STRIGOSUS, 27, 47. ſtrigoſiores equi. *i. q. macilenti.*

STRUERE, 2, 41. conſulem periculoſas libertati opes ſtruere.

quum Galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent—pila in teſtudinem hoſtium conjecta, 10, 29.

STRUES, 23, 5. pontibus ac molibus ex humanorum corporum ſtrue faciendis.

STUDIUM, 1, 18. quem (*Pythagoram*)—juvenum æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe conſtat. *i. e. ſapientiam divinam atque humanam.*

nec peditum virtuti equites, aut legatorum ſtudia ducibus cedunt, 9, 40.

coërceri tamen ab effuſo ſtudio nequiit, 39, 32. *Claudius conſul, fratrem in petendo conſulatu plus juſto adjuvans.*—magnis contentionibus

Digitized by Google

tionibus tribunorum quoque plebei, qui aut contra conſulem, aut pro ſtudio ejus pugnabant, comitia aliquoties turbata, *ibid.*

STUPEFACERE, 5, 39. ſtupefecit privatos luctus publicus pavor. *i. e. ſenſum eorum ademit, oppreſſit.*—niſi metus mœrorem obſtupefaceret, 25, 38.

STUPERE, 8, 35. ſtupentes tribunos, et ſuam jam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium ab ſe petebatur, liberavit onere conſenſus populi Romani.

ſtupente ita ſeditione, quum vivere—Scipionem certi auctores afferrent, 28, 25.

capti et ſtupentes animi, 6, 36. pro *animis, quæ eſt etiam lectio quorumdam codicum. vid. Drakenborch. ad h. l.*

ſtupentibus miraculo rei, unde novum in Bruto ingenium, 1, 59.

quum ſe velut ſtupentibus metu intuliſſent Romanis, 2, 30.

turba favore et admiratione ſtupens, 2, 49.—exſpectatione, 8, 13.

STUPOR, 6, 40. quum ſtupor ſilentiumque inde ceteros Patrum defixiſſet.

ſtupor omnium animos ac velut torpor quidam inſolitus membra tenet, 9, 2.

SUADERE, 45, 21. ne quis prius intercederet legi, quam privatis ſuadendi diſſuadendique legem poteſtas facta eſſet.

SUB hæc dicta, 7, 31.

is (*Horatius*) quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis—velut ſub jugum miſit juvenem, 1, 26.

ſub tempus pueros venatum ablegavit, 1, 35. *appropinquante tempore comitiorum.*

ſub Romana mœnia bellum transferatur, 1, 53.—miſſi ſub muros ad colloquium, 44, 45.

id vos ſub legis ſuperbiſſimæ vincula conjicitis, 4, 4.

ſub affidua militia fuerat, 42, 52.—ſub hoc ſacramento ſex et triginta annos militavi, 35, 19.

erant autem ſub eo (*ejus imperio*) præter Cibyram et Syleum etc. 38, 14.

manſuros ſe ſub armis, 9, 37. *i. q. in armis.*—experirique ſub his (*armis*) membrorum agilitatem, 44, 34.

ſub corona veniere, 9, 42.—comitibuſque eorum ſub haſta venditis, 23, 38.

ſub furca cæſum medio egerat circo, 2, 36.

ubi primum ſub jactu teli fuerunt, 43, 10.

ne ſub ictu ſuperſtantium in rupibus piratarum eſſent, 37, 27.

et jam luceſcebat, omniaque ſub oculis erant, 4, 28.

ſub Albano monte, 1, 3.—ſub Ciminii montis radicibus jacens ora, 9, 37.

ſub terra, ut mos eſt, necata fuerat, 22, 57. *de virgine Veſtali. alii:* ſub terram.

ſub terra vivi demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum, 22, 57. *in locum ſub terra. i. e. ſubterraneum. Ita auctore Dukero hæc verba*

Digitized by Google

verba ſunt accipienda; *nam lectio* ſub terram *codicum auctoritate deſtituitur.*

SUBDERE calcaria equo, 2, 20. *cf.* 4, 19. *it.* 22, 6.

irritatis militum animis ſubdere ignem ac materiam ſeditioni, 8, 32.

SUBDUCERE, 7, 34. ſpatium conſuli dedit ad ſubducendum agmen in locum æquiorem. *i. q. deducendum.*

eam (*cataractam*) funibus ſubducunt in tantum altitudinis, ut ſubire recti poſſent, 27, 28.

cohortes aliquot ſubductas e dextro cornu, 27, 48.

ut hæ duæ turmæ oſtenderentur; dein ſubducerentur, ubi equitatus hoſtium caſtris procucurriſſent, 40, 30. *i. e. pedem referre juberentur.*

furto eos (*obſides*) ſubduxiſtis, 9, 11.

claſſe, quæ Corcyræ ſubducta erat, 31, 22. *Oppoſ.* deducere, *h. e. ſolvere naves ex portu in altum. cf.* 23, 28. *it.* 29, 1.

SUBESSE, 1, 41. tamquam ſpes ſubeſſet.

ſuberat et altera inferior ſubmiſſa faſtigio planicies, 27, 18.

SUBIGERE naves ad caſtellum, 26, 7. *i. e. remigando agere, vel adigere.*

ſubigere in ditionem, 28, 43.—ad deditionem, 6, 2.

ſpe—metu—vi ſubigere, 30, 9.—vexari et ſubigi multo acrius, 5, 2.

Tarquinienſem metu ſubegerat frumentum præbere, 9, 41.—ſubactus injuria, 45, 8.—ſe invitos, quidquam—dicturos, ſed imperio ſubigi, 1, 22. *i. q. cogi.*

SUBJICERE colli ædes, 2, 7. *i. e. ſub ipſum collem ponere*; *ad radices collis.*

in valle inferiore pedibus pene hoſtium aciem ſubjecit, 38, 46.

ſubjecta late planicies, 9, 35.

qui nunc corporibus ſuis ſubjectis undique cinxerit collem, 7, 35. ſubjectis *redundat*; *ſed reſpicitur ad collem, cui, quæ vicina ſunt, ſubjecta dicuntur.*

ſubjicere pontifici ſacerdotium, 2, 2. *i. e. ſacerdotem eo inferiorem facere, et ejus poteſtati ſubjicere. cf.* 10, 3.

vectigalemque provinciam ſecuribus et faſcibus ſubjecerunt, 31, 29. *i. q. poteſtati, imperio*; *et ſic eod. cap. Livius dixit.*

ſubjicere legem invidiæ, 4, 58. *i. e. invidioſam et odioſam reddere.*—crimini ſubjecti, 6, 21.

has mihi ſpes ſubjicit fortuna populi Rom. 28, 44. pro *dat, injicit.*—a quibuſdam ſenatoribus ſubjectum eſt, 29, 15. *i. q. monitum, additum eſt.*

ſubjectus nobis ad omnes ictus, 7, 34.—quod euntes ad ancipites utrimque ictus ſubjectos habebant Romanos, 26, 46.

triſti ſervitio ſubjectæ (*civitates*), 26, 49.

ſubjectus a circumſtantibus in equum, 6, 24. *i. q. ſublevatus atque impoſitus. cf.* 3, 37. *it.* 31, 37.

tectis ignes ſubjicere, 31, 17.

fundum in Veienti, caput patrimonii, ſubjecit præconi, 6,

Digitized by Google

14. *i. e. haſtæ, ibique voci præconis, quem noſtri auctionatorem dicunt.*

SUBINDE, pro *interea*, 4, 44. *med.*—pro *deinde*, 3, 58. *it.* 8, 27.

SUBIRE, 22, 4. ubi maxime montes Cortonenſes Traſimenus ſubit.

claſſem ſubire flumine adverſo juſſit, 10, 2.

inde excurſiones in vicem fieri, et, quum pulſos indignatio accenderet, plures ſubire, 30, 11. *i. e. procedere, aggredi ad pugnandum.*

primæ legioni tertia ſubiit, et apud hoſtes integri a feſſis pugnam accepere, 27, 2.

ad vallum ſubeunt, 9, 37.—ad urbem ſubire, 31, 45.

in adverſum Romani ſubiere, 1, 12. *cf.* 2, 31.—ſubire in adverſos montes, 41, 18.

SUBITARIUS exercitus, 3, 30.—legiones ſubitariæ tumultus cauſſa ſcriptæ, 31, 2. *cf.* 40, 26.

ſubitarii milites, 3, 4. *cf.* 41, 17.—protinus ſubitarios milites ſcriberent, 40, 26.

SUBITUS, 1, 41. ſi tua, re ſubita, conſilia torpent.—ad ſubita rerum, 9, 43.

relicto magiſtro equitum ad ſubita belli miniſteria, 4, 27. *cf.* 6, 32. *it.* 25, 15.

SUBLEGERE, 23, 23. et ita in demortuorum locum ſublecturum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur. *de lectione ſenatus.*

SUBLEVARE, 5, 47. ubi quid iniqui eſſet, alterni innixi, ſublevanteſque in vicem et trahentes alii alios, prout poſtularet locus; tanto ſilentio in ſummum evaſere etc. *cf.* 28, 20.

SUBLIMIS, 1, 16. etſi ſatis credebat Patribus, qui proximi ſteterant, ſublimem raptum procella.

eos ipſos, quos cernant, legatos non pennis ſublime elatos Alpes tranſgreſſos, 21, 30. *i. e. in ſublime: poſſis conjicere* ſublimes: *at cf. Virgil. Georg.* 1, 320.

SUBLUSTRIS, 5, 47. nocte ſubluſtri.

SUBMISSUS, 44, 9. ſtantibus primis, ſecundis ſubmiſſioribus—poſtremis genu niſis.

SUBMITTERE, 6, 6. Latinorumque populos juventutem ſubmiſiſſe ad id bellum. *privato conſilio.*—ſubmiſſis centurionibus, 45, 34. *i. q. clanculum miſſis.*—ſubſidia identidem ſubmiſſa e caſtris, 26, 44.

ſibique deſtinatum in animo eſſe, Camillo ſubmittere imperium, 6, 6. *i. e. tradere in manus.*

ſubmittendo in privatum faſtigium, quo minus conſpectus, eo ſolutior erat, 27, 31.

obnoxios ſubmiſerant animos, 6, 34.

ſubmiſſis faſcibus in concionem eſcendit, 2, 7.

quum veniret in curiam, ſubmiſiſſe ſe et oſculo limen curiæ contigiſſe, 45, 44. *i. e. projeciſſe ſe in terram.*—ſubmittentemque ſe ad pedes ſuſtulit, *ibid. cap.* 7. *mitiori ſenſu occurrit eadem forma*, 3, 70.

ſubmiſſa quædam et quæ planis vallibus adiri poſſent, 24, 34.

ne

Digitized by Google

ne ut ex conſueta quidem aſperitate orationis—aliquid leniret atque ſubmitteret, 2, 61.—oratio ſubmiſſa et infracta, 38, 14.

SUBMOVERE, 2, 59. ut victor jam a vallo ſubmoveretur hoſtis. *cf.* 2, 59. 26, 10.—ſtatione ſubmotos hoſtium lembos audivit, 45, 10. ſubmotis legatis, 7, 31. *i. e. ſecedere juſſis.*

repente ſtrepitus ante curiam lictorum ſubmoventium auditur, 8, 33.

ſubmoto incedere, 28, 27. *i. e.* in ſubmoto, *ubi ſubmoti ſunt homines. Sic ipſe Livius* 25, 3.

SUBMOTOR, 45, 29. aſſuetis regio imperio tamen novum formam terribilem præbuit tribunal, ſubmotor aditus, præco etc. *i. e. qui ſubmovendo viam et aditus fuit.*

SUBNITI, 4, 42. ubi ſubniſus et fidens innocentiæ animus eſſet? qui Hannibalem ſubniſum victoria Cannenſi ab Nola repuliſſet, 25, 41.—non videbo Appium et Fulvium victoria inſolenti ſubnixos, 26, 13.—Baſtarnas—ſubniſos Thracum accolarum—auxiliis, 41, 19. *vid. Clav. Cicer. in h. v.*

SUBOLESCERE, 29, 3. illis Romanam plebem, illis Latium juventutem præbuiſſe; majorem ſemper frequentioremque pro tot cæſis exercitibus ſuboleſcentem.

SUBORNARE, 38, 43. ſubornati criminibus. *i. e. ut crimina deferrent.*

SUBRECTUS, 7, 10. mucrone ſubrecto.

haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas, 8, 8. *niſi legendum ex auctoritate plerorumque codicum* ſuberectas.

SUBROGARE, 2, 7. quia nec collegam ſubrogaverat in locum Bruti.—comitia conſulis ſubrogandi, 3, 19.—ſubrogare magiſtratus, 25, 41. *cf.* 10, 11. 23, 24. 34, 54. 35, 6. 39, 39.

SUBRUERE, 5, 21. ſubrutis cuniculo mœnibus.—muri pars ariete incuſſo ſubruta, 31, 46.

noſtram ipſorum libertatem ſubrui et tentari patimur, 41, 23.

SUBSCRIBERE odiis accuſationibuſque Hannibalis, 33, 47. *i. q. adjuvare.*

ſubſcripſit orationi ejus conſul, 10, 22.

SUBSELLIA, 3, 64. injecta contentione, Duilius, conſules ad ſubſellia accitos quum interrogaſſet etc.

SUBSEQUI, 27, 31. juſſis ſubſequi peditibus. pro *ſequi. alii:* ſe ſubſequi: *quod non eſt neceſſarium.*

tribuni quoque, inclinatam rem in preces ſubſecuti, orare dictatorem inſiſtunt, 8, 35.—ſi ducis conſilia favor ſubſecutus militum foret, *ibid. cap.* 36.

SUBSIDIARII, 9, 32. ſubſidiariis modo relictis, vix quod ſatis eſſet ad caſtrorum præſidium.—ſubſidiariæ cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſervabantur, 9, 27.

SUBSIDIUM, 21, 46. jaculatores fugerunt inter ſubſidia ad ſecundam aciem.

fidiſſimum annonæ ſubſidium (*Sicilia*), 27, 5.—ſubſidium fortunæ, 22, 32. *i. e. quo confugere in adverſa fortuna licet.*

SUBSISTERE feras, 1, 4. pro *ſiſtere, conficere.*

Romanum

Digitized by Google

Romanum nec acies ſubſiſtere ullæ, nec caſtra, nec urbes poterant, 9, 31. *i. q ſuſtinere: e Græco* ὑφίςασθαι.

qui in iis locis de Haſdrubalis exercitu ſubſtiterat, 31, 10. *i. e. manſerat.*

Haſdrubalis tranſitus in Italiam vix Hannibali atque ejus armis ſubſiſtentem, 27, 7. pro *obſiſtentem, reſiſtentem.*

SUBSTITUERE, 29, 1. trecentis Siculis Romani equites ſubſtituti.

ceperat jam ante Numidam ex fama rerum geſtarum admiratio viri, (*Scipionis*) ſubſtitueratque animo ſpeciem quoque corporis amplam ac magnificam, 28, 35. *i. e. finxerat ſibi, animoque conceperat, præceperat.*

M. Fulvium et Cn. Manlium biennium jam, alterum in Europa, alterum in Aſia, velut pro Philippo atque Antiocho ſubſtitutos regnare, 38, 42.

SUBSTRATUS, *vid.* ſuperincubare.

SUBSTRUCTIO—in Capitolio, 38, 28. *cf.* 6, 4.

SUBTER, 34, 20. equo citato ſubter murum hoſtium ad cohortes advehitur. *i. q: prope murum.*

SUBTERFUGERE, 31, 10. quæ (*coloniæ*) ingentem illam tempeſtatem Punici belli ſubterfugiſſent.

SUBTERLABI, 30, 25. navis celeritate ſubterlabens. *i. q. eripiens ſe, ſubducens.*

SUBTEXERE, 37, 48. ſubtexit deinde fabulæ huic, legatos etc.

SUBTRAHERE, 10, 14. haſtatos primæ legionis ſubtrahere ex acie.

prope ſacrilegium ratus ſum, Coſſo ſpoliorum ſuorum Cæſarem, ipſius templi auctorem, ſubtrahere teſtem, 4, 20.

ſubtrahente ſe quoque, ut credidiſſe potius temere, quam finxiſſe, rem talem videri poſſet, 28, 25. *i. e. negante ſe auctorem rei.*

cui judicio eum mors ſubtraxit, 6, 1.

SUBTUS Macedones cuniculis oppugnabant, 36, 25.

SUBVECTIO, 44, 8. cujus (*frumenti*) tarda ſubvectio erat.

SUBVEHERE, 9, 15. per quas (*vias*) commeatus ex Samnio ſubvehebantur. *cf. ibid. cap.* 43. *it.* 26, 20.

Paullus—regia nave—adverſo Tiberi ad urbem eſt ſubvectus, 45, 35.

SUBVENIRE, 25, 31. quod (*frumentum*) ni tam in tempore ſubveniſſet, victoribus victiſque pariter pernicioſa fames inſtabat.

SUBVEXUS, 25, 36. omnia faſtigio leni ſubvexa. *de collibus minus altis, præruptis.*

SUCCEDERE, 2, 45. ſucceſſum nolle alicui. *i. e. nolle, ut ſuccedat ei res proſpere.*

et ſucceſſiſſet fraudi, ni etc. 38, 25.—ſi ſucceſſiſſet cœptis, 25, 37. *cf.* 40, 11.

quum multa, ſuccedentes temere mœnibus, Romani milites acciperent vulnera, neque ſatis inceptis ſuccederet, etc. 24, 19.

ubicumque iniquo ſucceſſum erat loco, 9, 31. *cf.* 9, 14. *it.* 10, 34.

Digitized by Google

levis armatura—præoccupatum inferiore loco ſuccedens tumulum, 22, 28.

eques in pugnam ſuccedit, 9, 27.

ſuccedere ad montes, 1, 27.—ad hoſtium latebras, 10, 14.—ad ſtationes hoſtium, 30, 8.

nec prius inclinata res eſt, quam ſecunda acies Rom. ad prima ſigna integri feſſis ſucceſſerunt, 9, 32.

quo majori gloriæ rerum domi foriſque geſtarum ſuccedere ſe cernebant, 4, 11. *i. e. quo major eſſet gloria eorum, quibus ſuccederent.*

male geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt, 9, 18.

vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracuſanos, ſuccedenti tantæ caritati Hieronis, 24, 5.

ut—in paternas ſuccederet opes, 21, 3.

SUCCENDERE, 45, 33. ipſe imperator face ſubdita (*ſpolia*) ſuccendit.—ſuccenſus rogus, 28, 23.

SUCCENSERE, 22, 29. aliud jurgandi ſuccenſendique tempus erit. *cf.* 7, 13.

SUCCIDERE, 22, 51. ſucciſis feminibus poplitibuſque.—ſuccidere crura equis, 42, 59.—nervos, 44, 28.—extremas arborum ſucciſarum impellunt, 23, 24.

SUCCLAMARE, 21, 18. ſub hanc vocem, haud minus ferociter, daret utrum vellet, ſuccLamatum eſt. *cf.* 6, 40.

hæc Virginio vociferanti ſucclamabat multitudo, 3, 50. *cf.* 26, 22.

SUCCLAMÁTIO, 40, 36. ſucclamationibus apud concionantem imperatorem ſignificent, quid ſentiant. *cf.* 28, 26. *it.* 42, 28.

SUCCRESCERE, 10, 13. et ſe gloriæ ſeniorum ſuccreviſſe, et ad ſuam gloriam conſurgentes alios lætum adſpicere. *i. e. paullatim eamdem gloriam ſe conſecutum. Soboles proprie parentibus ſuccreſcere dicitur.*

SUCCUMBERE, 3, 59. neque erat dubium, quin, turbato reipublicæ ſtatu, tempori ſuccubuiſſent. *i. e. nimis ceſſiſſent.*

SUDARE, 22, 1. ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. *cf.* 27, 4. *alii:* ſanguinem: *minus recte.*

SUDES, 40, 9. quem ſudibus te inſpectante prope occiderunt. *niſi legendum* rudibus.

SUFFICERE, 3, 61. eos, excurſionibus ſufficiendo—aſſuefecerat ſibi potius fidere etc. *i. q. ſubmittendo.*

Fulvium in locum ejus conſulem ſuffectum, 9, 44.—ſacerdotes mortui aliquot ſuffectique, 27, 6. *cf.* 25, 2. *it.* 29, 38.

SUFFICERE, 10, 25. non ſuffecturum ducem unum nec exercitum unum.—quoad ſufficere remiges potuerunt, 36, 45.

multis rebus lætus annus vix ad ſolatium unius mali, peſtilentiæ—ſuffecit, 10, 47.

terra ingenito humore egens vix ad perennes ſuffecit amnes, 4, 30.—ad patiendum ſufficere, 29, 17.

SUFFODERE, 42, 59. nunc ſuccidere crura equis, nunc ilia ſuffodere.

SUFFRAGARI, 28, 38. non ſuffragandi modo, ſed etiam ſpectandi cauſſa P. Scipionis.

SUFFRA-

SUFFRAGATIO, 4, 44. nec poteſtas, nec ſuffragatio horum valuit, quin—eos nobilitate præferrent. *i. q. commendatio.*

SUFFRAGIUM, 4, 49. dare ſuffragium populo. *alias: in ſuffragium mittere.*

donec per omnes ſuffragium iret, 25, 37.

res eſt militaris ſuffragii, 22, 14. *Sic etiam* militaria comitia *commemorantur, ut ſupra poſuimus.*

populi eſſe, non ſenatus jus, ſuffragium impartiri quibus velit, 38, 36.

ſuffragia—ſerva pro liberis faciat, 6, 41.

paucis ſuffragio populi relictis locis, 9, 30.

juſſi deinde inire ſuffragium, 26, 18. *ante Drakenborchium edebatur:* juſſi deinde inire confuſum ſuffragium: *quod quum nihili eſſet, recte expunctum eſt. Creverius autem ex editione Campani pro* confuſum *legi vult* conſeſtim.

SUFFUGERE, 24, 46. imber, ab nocte media coortus, cuſtodes vigileſque, dilapſos e ſtationibus ſuffugere in tecta coëgit.

SUGGERERE, 2, 8. Bruto ſtatim Horatium (*conſulem*) ſuggerunt. —ut quidam annales, velut funeſti, nihil præter nomina conſulum ſuggerunt, 4, 20. *cf.* 9, 44.

SUGGESTUM, 8, 14. roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit.

SUGILLARE, 4, 35. primis annis ſugillatos, repulſos, riſui Patribus fuiſſe.

SUGILLATIO, 43, 14. id prætoribus—non ſine ſugillatione conſulum, mandatum eſt, *i. q. ignominia, contumelia.*

SUMERE in publicum ſalis vendendi arbitrium, 2, 9. *i. e. ærario vindicare, permittere. Eſt enim cum Gronovio haud dubie legendum:* in publicum omne ſumtum: *eamque emendationem recte in textum recepit Cel. Strothius: mihi quidem, per neceſſitatem integrum retinendi textum Drakenborchianum, idem facere non licebat.*

rem nullam, niſi neceſſariam ad victum ſumendo, 2, 32.—interdiu cibi quietiſque ſumeret tempus, 32, 11.—velut tacitis induciis utrimque quiete ſumta, 2, 64.

ſi—patrum veſtroſque antiquos mores vultis pro his novis ſumere, 3, 68. *i. q. reſumere.*

duellum, quod cum Antiocho rege ſumſi populus juſſit, 36, 2.

bellum cum Veientibus—ſumtum, 1, 42. *cf.* 38, 19.—ab Æquis arma ſumta, 2, 43.

quod illis defuit interdiu (*ferrum*) convivæ fratris noctu ſumſerunt, 40, 10.

præcipuo certamine animi adverſus eum ſumto, 37, 10.

tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, ſumſiſſe, 6, 40.

Furius, ferox quum ætate et ingenio, tum multitudinis, ex incertiſſimo ſumentis animos, ſpe inflatus, 6, 23.—quum ſpiritus plebes ſumſiſſet, 4, 54.

quod magiſtratus—nobilitas ſibi ſumſiſſet, 7, 1.

ſpatium ad vehicula comportanda a conſulibus ſumſiſſent, 2, 4. *i. e. petiiſſent.*

SUMMA

Digitized by Google

SUMMA rei Græcorum, 8, 26.—Samnitium, 10, 39.
quia ibi ſummam rerum bellique verti cernebant, 30, 3.—ſummæ rerum proſperum eventum, 21, 29.
ſumma rerum, 3, 5. *i. q. exercitus cum caſtris. Sic* 1, 36. *dicitur de bello rite, h. e. nonniſi auſpicato, incipiendo.*
principes ſenatus relationem conſulis de ſumma rerum laudare, 8, 14. *quum, quid victis eſſet faciendum, quæreretur.*
ſumma belli, 3, 61.—ad ſummam univerſi belli pertinere, 32, 17.
conſilium habenti regi de ſumma, 42, 62. *recte Drakenborchius exiſtimat omiſſum eſſe* belli.
parvaque certamina in ſummam totius profecerant ſpei, 3, 61. *pro eventu totius belli, victoria. cf.* 31, 37.
equitibus et ſummæ partis ejus Meno præerat, 42, 58.—ſumma curæ omnis, 26, 12. *de Capua obſeſſa.*
eo loco caput rerum ſummamque imperii fore, 5, 54.
ſumma reipublicæ *nonnullis in locis, v. c.* 38, 50. *ante Drakenborchium legebatur; ſed ab eodem* ſumma reſpublica *ubique repoſita eſt, ſecuta Gronovii rationes, qui hanc formam bene explicavit et aſſeruit pluribus locis: vide ipſum ad l. c. Ceterum ad ſenſum nihil intereſt, et* ſumma reipublicæ *quoque bene dicitur, occurritque ſæpe apud Ciceronem.*
Marcellus ſuarum copiarum ſummam expoſuit, 23, 25.
argenti pondo ad ſummam ſeſtertii decies in ærarium intulit, 45, 4.
in principio ſummæ totius, 21, 1. *i. e. hiſtoriæ, operis.*
SUMMATIM regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accepere, 9, 36.
SUMMUS, 33, 45. ſumma res populi Romani. *vid. Gronov. ad* 38, 50.—ſumma belli moles, 29, 4.
nihil magnopere ad ſummam rem pertinere, 36, 34. *i. e. ad id, quod in re præcipuum eſt, ad caput rei.*
de ſumma republica conſultatum, 26, 10. *i. e. hujuſmodi re, unde ſalus univerſæ reipublicæ penderet.*
ſumma optimatium voluntate, 10, 18.—ſumma ratione acta, 42, 47.—ſumma religio, 39, 13.
uno aut ſummum altero prœlio etc. 21, 35. pro *ad ſummum. cf.* 31, 42. *it.* 33, 5. *vid. Gronov. ad ſuperiorem locum.*
SUMTUS, 32, 27. ſumtus, quos in cultum prætorum ſocii facere ſoliti erant, circumciſi aut ſublati.
SUPER quam quod, 22, 3. *i. q. præterquam. cf.* 27, 20.
domos ſuper ſe ipſos concremaverunt, 21, 14. *i. e. domos et inſuper ſe ipſos etc.*
ſuper Demetriadem, 31, 46. *i. q. contra, e regione.*
ſuper (*juxta*) Numicium flumen, 1, 2.
quid jam integri eſſe in corpore loci—quid ſuper ſanguinis, qui dari pro rep. poſſet, 4, 58.
præter terram Atticam ſuper Sunium navigans, 28, 8.
conſule exercituque—amiſſo, non vulnus ſuper vulnus, ſed mul-

Digitized by Google

multiplex clades—duo conſulares exercitus amiſſi nunciabantur, 22, 54.

SUPERABILIS, 25, 23. altitudinem muri—vel mediocribus ſcalis ſuperabilem.

SUPERARE munitiones, 5, 8. *i. q. tranſcendere. Sic* 38, 5. ſuperato brachio.

ſuperavit promontorium, 31, 23. *navigando. i. q. prætervectus.*

quum improvidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſuperaſſent, 2, 50. *i. e. præteriſſent.*

quam (*neceſſitatem*) ne dii quidem ſuperant, 9, 4. *i. q. mutare poſſunt.*

Marcellus cenſor, ſorte ſuperato Quinctio, luſtrum condidit, 38, 36.

non ſolum enim nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat, ſed ne, unde raperet, quidem quidquam reliqui erat, 22, 40. *cf. cap.* 49. *it.* 5, 38. 29, 24.

numero militum aliquantum Mezetulus ſuperabat, 29, 30. *i. q. ſuperior erat.*

quid igitur ſuperat, quod purgemus, 45, 24. *i. e. ſupereſt, reſtat.*—velut quum otium ſuperat, 3, 17.

aliquot horis die ſuperante, 29, 7. *cf. cap.* 24.

SUPERBE, 9, 14. non hæc furculas, nec Caudium, nec ſaltus invios eſſe, ubi errorem fraus ſuperbe viciſſet.

SUPERBUS, 31, 29. jura ſuperba reddere.—ſuperba pax, 9, 12. —ſuperba mutatio veſtis, 9, 18.

ſuperbæ aures, 34, 5. *i. e. quæ precibus locum relinquere nolunt.*

SUPERCILIUM, 27, 18. infimo ſtantem (*levem armaturam*) ſupercilio. *i. q. tumulo; e Polybio, qui habet* ὀφρύς.

ſupercilio haud procul diſtantis tumuli, 34, 29. *i. e. faſtigio; niſi vero ſupercilium tumuli pro ipſo tumulo dictum eſt.*

SUPERESSE, 9, 38. quæ ſuperfuit cædi multitudo. *cf.* 5, 39.

quod ſupereſt tempus gerendis rebus, 21, 4. *i. e. poſt res geſtas reliquum eſt.*

nihil, quod humanis ſupereſſet malis, relinquebant, 5, 40.

ſibi neque opes deeſſe, animum etiam ſupereſſe, 27, 10. *cf.* 1, 6. *it.* 2, 42.

ut neque hoſtibus quidquam relinqueretur, et ſibi ac ſuis omnia ſupereſſent, 26, 48.

SUPERFIGERE, 42, 60. ſuperfixa capita hoſtium portantes: *aut intelligendum, aut addendum* haſtis *vel* contis.

SUPERFUNDERE, 45, 9. ſuperfudit deinde (*Alexander M.*) ſe in Aſiam.

ſuperfundenti ſe lætitiæ vix temperatum eſt, 5, 7.

ſuperfuſo Tiberi circus irrigatus, 7, 3.

SUPERJACERE, 10, 30. magna ejus diei—fama eſt, etiam vero ſtanti: ſed ſuperjecere quidam augendo fidem.

SUPERIMPONERE, 21, 1. ſtipendio etiam ſuperimpoſito. *Drakenborchius legit* inſuper impoſito.

SUPERINCIDERE, 2, 10. ſuperincidentia tela.—utique Cannenſi prælio

Digitized by Google

prœlio non prius pugna abſtiterit, quam prope exſanguis ruina ſuperincidentium virorum, equorum, armorumque ſit oppreſſus.

SUPERINCUBARE, 22, 51. ſubſtratus Numida mortuo ſuperincubanti Romano vivus.

SUPERINSTERNERE, 30, 10. tabulaſque ſuperinſtravit, ut pervium ordinem faceret.

SUPERIOR ſum et æquitate rei—et veſtra confeſſione, 34, 31.

SUPERNE, 1, 25. male ſuſtinenti arma gladium ſuperne jugulo defigit. *cf.* 24, 39.

SUPERPONERE, 1, 34. levaſſe humano ſuperpoſitum capiti decus.

SUPERSEDERE, 6, 1. rebus divinis ſuperſederi juſſum.—quia tributo ac delectu ſuperſeſſum, 7, 27.—loqui ſuperſediſſem, 21, 40.

SUPERSTARE, 37, 27. ne ſub ictu ſuperſtantium rupibus piratarum eſſent. *cf.* 7, 24. *it.* 10, 5.

SUPERSTERNERE, 10, 29. corpus—obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis.

SUPERSTES, 2, 7. ſe ſuperſtitem gloriæ ſuæ ad crimen atque invidiam ſupereſſe.

SUPERSTITIO, 10, 39. dum hoſtes operati ſuperſtitionibus, concilia ſecreta agunt.

SUPERSTITIOSUS, 6, 5. in civitate plena religionum, tum etiam ab recenti clade ſuperſtitioſis principibus, ut renovarentur auſpicia, res ad interregnum rediit.

SUPERVACANEUS, 10, 24. cui autem dubium eſſe, ubi unum bellum ſit aſperum ac difficile, quum id alteri extra ſortem mandetur, quin alter conſul pro ſupervacaneo atque inutili habeatur. *cf.* 45, 37.

SUPERVACUUS, 2, 37. auctor magis, ut fit, quam res, ad præcavendum vel ex ſupervacuo movit.

SUPERVADERE, 31, 38. quum omnes—protinus inde ſupervadentem munimenta victorem hoſtem fugerent. *cf.* 32, 24.

SUPERVEHI, 42, 48. præter oram Italiæ ſupervectus Calabriæ promontorium in Ionio mari. *alias: ſuperare, prætervehi etc.*

SUPERVENIRE, 34, 28. tandem ſigna legionum ſupervenerunt. pro *ſubvenerunt.*

molientibus ab terra naves ſupervenit, 28, 7. *cf.* 30, 25.

SUPINUS, 30, 10. ex roſtratis Pœni vana pleraque, utpote ſupino jactu, tela in ſuperiorem locum mittebant.

ſupina valle præcipites egiſtis, 7, 24. *i. e. adverſo monte ſubire ad vos auſos deturbaſtis. vide Geſner. ad Plin. Paneg. cap.* 30. *it. B. Patruum ad Sueton. Ner. cap.* 13. *cf.* 4, 46. *it.* 6, 24.

SUPPEDITARE, 6, 24. ſuppeditat multitudo. *i. e. ſuppetit, abundat.*—nec his paucis victus ſuppeditat, 22, 39. *cf.* 8, 13. *it.* 26, 45. 30, 25.

SUPPLEMENTUM ſcribere, 25, 3.—Fabius ſupplementum ab Roma adduxit, 9, 33.—legiones—ſupplemento explevit, 1, 30.

noviſque cohortibus in ſupplementum adductis, 9, 24. *cf. cap.* 43.

SUPPLI-

Digitized by Google

SUPPLICARE, 3, 7. juſſi cum conjugibus ac liberis ſupplicatum ire, pacemque expoſcere deum. *cf. cap.* 63. *it.* 27, 23.

SUPPLICATIO, 3, 63. maligne ſenatus in unum diem ſupplicationes—decrevit: populus injuſſu et altero die frequens iit ſupplicatum: et hæc vaga populariſque ſupplicatio ſtudiis prope celebratior fuit. *cf.* 41, 13.

ſupplicatio pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis, 38, 36. *ergo ſupplicationes non in templis tantum, uti Creverius putabat, celebratæ. cf.* 27, 23.

gratulationes ſupplicationeſque, 34, 7.—ſupplicationem obſecrationemque habendam, 42, 20. *ſynonymice dicta.*

ſupplicationibus habitis jam et obſecratione facta circa omnia pulvinaria, 31, 9. *nec h. l. differunt ſupplicationes ab obſecrationibus; factæ enim utræque in principio bellorum ad placandos deos.*

SUPPLICIUM, 3, 18. de captivis, ut quiſque liber aut ſervus eſſet, ſuæ fortunæ a quoque ſumtum ſupplicium eſt.

ne ad extremum finem ſupplicii tenderet, 8, 32.—ſupplicium miſerabile, *ibid. cap.* 35.—perfuſumque ultimi ſupplicii metu, mulcta dicta, dimiſit, 9, 16.

duces inſatiabilis ſupplicii, 9, 14. *i. e. cædendi cupiditatis.*—ne deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum ageret, *ibid.*

quibus precibus ſuppliciiſque deos poſſent placare, 22, 57. *i. q. ſupplicationibus, ut et nonnulli legunt. cf.* 27, 50. *Quamquam intelligi etiam ſacrificia in illo loco poſſunt.*

SUPPORTARE, 44, 18. unde (*commeatus*) terreſtri itinere, unde navibus ſupportarentur.

SUPPOSITUS, 3, 44. puellam domi ſuæ natam, furtoque inde in domum Virginii tranſlatam, ſuppoſitam ei eſſe.

SUPPRIMERE, 31, 18. obſtupefactus eo furore rex, ſuppreſſit impetum militum: et, triduum ſe ad moriendum Abydenis dare, dixit. *cf.* 7, 24.—ſuppreſſæ naves, 22, 19.

SUPRA belli metum id quoque acceſſerat, 2, 18. *i. q. ſuper, præter.*

SUPRASCANDERE, 1, 32. quum fines ſupraſcandit.

SURDUS, 24, 32. ſurdæ ad hæc omnia aures concitatæ multitudinis erant.

leges rem ſurdam et inexorabilem eſſe, 2, 3.

SURROGARE, *vid.* ſubrogare.

SUSCIPERE prodigia, 1, 20. *i. e. digna judicare, quorum ratio habeatur, et quæ expientur, procurentur. cf.* 43, 13.

ſuſcipere ſacra, 1, 7. *i. q. recipere, inducere. cf.* 5, 52. *Apud ipſum Ciceronem eſt:* religiones ſuſcipere: *de Divin.* 2, 53.

num alibi, quam in Capitolio, pulvinar ſuſcipi poteſt? 5, 52. *i. e. parari, inſtitui.*

SUSPECTUS, 8, 17. Samnium turbari novis conſiliis ſuſpectum erat.

SUSPENDERE, 1, 26. infelici arbori reſte ſuſpendito.

ſuſpenſo furculis ab hoſtibus muro, 38, 7. *i. e. quum hoſtes muro ſubruto ſuppoſuiſſent furcas, ne collaberetur.*

tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos animi habetis, 8, 13.

qui

Digitized by Google

qui (*socii*) dubii ſuſpenſæque ex fortuna fidei etc. 44, 18.

quod animos ex tam levibus fortunæ momentis ſuſpenſos gererent, 4, 32.

ſuſpenſi de ſtatu alterius, 9, 43.—in ſuſpenſa civitate ad expectationem novi belli, 42, 20.

metuque mutuo ſuſpenſa erant omnia, 2, 32.—ſuſpenſis rebus, 6, 15.

aquila ſuſpenſis demiſſe leniter alis, 1, 34.

SUSPICIO, 25, 7. in ſuſpicione Romanis fuit defectio Tarentinorum.

ſuſpicio, vitio orationis an rei, haud ſane purgata, 28, 43.

ne invitum (*ſe*) parere ſuſpicionem (*patri*) faceret, 40, 21.

SUSPIRITUS, 30, 15. quum crebro ſuſpiritu et gemitu—aliquantum temporis conſumſiſſet.

SUSTENTARE, 34, 18. nec, niſi in tempore ſubventum foret, ultra ſuſtentaturi fuerint. *abſolute dictum.*

eo (*frumento*) ſuſtentata eſt plebs, 2, 34.

SUSTINERE, 31, 24. ſuſtinuit ſigna; et conſidere—juſſit.

vix arma membraque ſuſtinentes pugnare, 23, 45.—male ſuſtinenti arma, 1, 25.—ſuſtinere ſe a lapſu, 21, 35.

ſeu famam, ſeu vim hoſtium non ſuſtinuiſſe, 26, 3.—ne majeſtatem nominis Alexandri ſuſtinere non potuerit populus Rom. 9, 18.

aliud priori ſimile miraculum eos ſuſtinuit, 5, 39. *i. e. procedere vetuit.*

plebem, ſuſtinendo rem, ab ſeditionibus continuere, 3, 65. *i. q. morando, trahendo.*

ſuſtineri ira non potuit, 2, 19.—neque aut corpora animis, aut animos ſpe ſuſtinebant, 22, 2.

maligne omnia præbentibus ſuis meretriculæ munificentia ſuſtinebatur, 39, 9. *i. q. alebatur.*

SUUS, 7, 8. eventum ſuum in aliena virtute ponere.

ſuo proprio prœlio hoſtem excipere, 3, 70.—ſuum terrorem intulit eques, 6, 13.—ſui belli decus, 9, 43. *i. e. belli a ſe, non ab altero conſule, gerendi.*

ex ferocibus univerſis ſingulos, metu ſuo quemque, obedientes fecit, 6, 4. *quum ſibi quiſque metueret.*

ſua invidia opportunus, 1, 54. *i. e. quam quis jam ſuſtinet, quam ſuis jam factis, ſua jam fortuna, non alienis contraxit crimibus.*

ſuam occaſionem petere ex aliorum incommodo, 4, 58.—neque occaſioni tuæ deſis, neque ſuam occaſionem hoſti des, 22, 39.

iniquo ſuo tempore, 2, 23.—opperiri tempora ſua, 1, 56.—ſi Ardeates ſua tempora exſpectare velint, 4, 7.—ſuo maxime tempore et alieno hoſtibus, 42, 43.

inſtructa (*acies*)—ſuo ſtare loco, 9, 37.—eam quoque (*viam*) clauſam ſua obice—inveniunt, 9, 2.—æſtu ſecundo Locros trajecit, 23, 41. *Ita quidem vulgatur, ſed MSS. præferunt* æſtuque ſuo.

in aliena victoria ſuam prædam faciunt, 32, 14.—ſuaque habere

Digitized by Google

bere juſſit, 34, 21.—ut, quod ſui quiſque cognoſſet, prehenderet, 29, 21.

ſuis quemque ſtimulis movere, 35, 12. *i. e. argumentis cuique aptis, accommodatis.*

quia tum primum ſuo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant, 33, 26.

SYNEDRI, 45, 32. ſenatores, quos ſynedros vocant, legendos.

T.

TABELLA, 43, 16. cenſores extemplo in atrium Libertatis adſcenderunt: et, ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque tabulario, et dimiſſis ſervis publicis etc.

laureatas tabellas (*victoriæ nuncias*) populo oſtendit, 45, 1. *paullo ante dicuntur* laureatæ litteræ.

TABERNACULUM, 22, 42. fugam hoſtium adeo trepidam, ut, tabernaculis ſtantibus, caſtra reliquerint.

tabernaculum regium, 24, 40. *cf.* 28, 14.

quod—parum recte tabernaculum cepiſſet, 4, 7. *pro* recte *H. Valeſius malebat* rite. *Enim vero ſic et Cicero de divinat.* 2, 35. tabernaculum parum capitur *ſcil. a conſule comitia habituro, et in tabernaculo extra urbem auſpicaturo; quum quidem in tota re ille aliquid facit contra diſciplinam auguralem. vid. apud eumdem Ciceronem ibid.* 1, 17.

TABES, 21, 36. per fluentem tabem liqueſcentis nivis ingredi. *i. q.* tabum, *humor fœdus et lutulentus e nive liquefacta.*

per cumulos corporum armorumque et tabem ſanguinis—ſequentes hoſtem, 30, 34.

poſtremo velut tabem veniſſe ad corpus, 2, 23. *de ære alieno abſumente paullatim rem familiarem*—in urbe inſidentem tabem creſcentis indies fœnoris pati, 7, 38.—cujus lentæ velut tabis ſenio victa utriuſque pertinacia populi eſt, 7, 22.

TABIDUS, 21, 36. in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. *i. q. tabeſcens.*

TABULA, 9, 46. tabulam poſuiſſe et juraſſe, ſe ſcriptum non facturum. *int. librum e tabulis ceratis, quem ſcriba apparens magiſtratui geſtabat, ut in eum referret, ſi quid ille ſcribi juſſiſſet.*

ut illa—ex illis tabulis cerave recitata ſunt, 1, 24.

ut prima inter primos nomina ſua vellent in tabulis publicis eſſe, 26, 36.

lex de tabulis novis, 32, 38. *de remiſſione æris alieni, vel univerſi, vel ex parte, propter quam aliter ſcribi tabulæ acceptorum et expenſorum debebant.*

TABULARIUM, *vid.* tabella.

TABULATUM multiplex, 32, 17.—turris quinque tabulatorum, 28, 6.

TACERE,

Digitized by Google

TACERE, 9, 6. tacere indolem illam Romanam, ablatoſque cum armis animos etc. *i. e. ſe non exſerere.*

quod quum ab antiquis tacitum prætermiſſumque fit, 6, 12.

TACITE habere id patique ſtatuerat, 42, 16. *cf.* 5, 28.

TACITUS, 1, 54. tacitis ambagibus patuit res. *i. e. facto quo ſignificaretur, quid fieri vellet.*

tacitum ſignum, 39, 30. *per teſſeram ſcriptam datum.*—concilium, 32, 20. *non, ubi nihil orationum habitum fuit, ſed, a quo nihil certi conſtitutum eſt.*—agmen, 9, 21. *alibi: ſilens, ſilentio abire. i. e. clanculum, noctu. cf.* 8, 32.

ſi mori tacitum oportet, 40, 9. *i. e. non auditum, non defenſum.*

eam contumeliam tacitus tulit, 35, 19.—non patientibus tacitum tribunis, 7, 1.

ne id quidem ab Turno tuliſſe tacitum ferunt, 1, 50. *vid.* ferre.

tacitæ induciæ, *vid.* induciæ.

TALIS, 5, 2. hæc taliaque vociferantes etc. *al.* aliaque: *utrumque auctoritatibus nititur. vid. Drakenborch. ad illum locum.*

TAM, 2, 56. quandoquidem non facile loquor, inquit, Quirites, quam, quod locutus ſum, præſto: *alii legunt:* non tam facile; *ſed præter neceſſitatem. Solet enim illud* tam *tali modo omitti.*

TAMEN, 1, 12. tenuere tamen arcem Sabini: pro *utique, certe: neque enim eſt, quo referatur vulgari ſignificatione ſumtum. Livius vult dicere: non una eſt de modo captæ urbis traditio; quidquid ſit, utique Sabini, quocumque modo factum ſit, arcem tenuere.*

nuces tamen fuſæ ab Romanis caſtris—cratibus excipiebantur, 23, 19. *indicat illud* tamen, *omiſſum eſſe prius membrum periodi conceſſivæ, v. c. licet intentiſſimam curam Pœni adhibuerint; tamen etc. Sic et* 45, 29. aſſuetis (*licet*) regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

etſi levata uſura erat, (*tamen*) ſorte ipſa obruebantur inopes, 7, 19. *Sic* tamen *defideratur, prægreſſis* licet, quamquam, quamvis, *aliis. cf.* 38, 9. *vid. Intt. ad* 22, 20.

conſul equo advectus ſuos quidem a fuga revocavit; ipſe—miſſili trajectus cecidit, 41, 18. pro *ipſe tamen—miſſili etc.*

tamen *poſt parentheſin poſitum* pro *igitur, ergo, verumtamen etc.* 1, 12.

TAMQUAM, 40, 9. ita me audias, precor, tamquam ſi, voce et comploratione nocturna excitus, mihi quiritanti interveniſſes. *vid. Drakenboreh. ad* 45, 23.

TANDEM, 3, 68. quid tandem? privatæ res veſtræ quo ſtatu ſunt? *plane uti Græcorum ποτὲ poſitum. cf.* 4, 3.

TANGERE, 22, 36. aliquot homines de cœlo tacti exanimatique fuerunt.

ſpiritu divino tactus, 5, 22. *it. cap.* 43.—tactis ſacris jurejurando adactum (*Hannibalem*), 21, 1.

tetigerat animum memoria nepotum, 1, 5.

numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in ſenatu,

Digitized by Google

ſenatu, quam inter tam ſuſpenſos ſociorum animos id factum, quod inſuper ſollicitaret eos, 23, 22.

TANTUM non ad portas et muros bellum eſſe, 25, 15. pro *propemodum. cf.* 34, 40. *vid. Drakenborch. ad* 4, 2.

TANTUS furor illo tempore gentem Ætolorum, tantuſque magiſtratus eorum cepit! 35, 33. *in ratione reddenda efficacius dicitur omiſſa particula* enim, *ſine exclamatione. Similiter* 22, 27. in tantum ſuam felicitatem virtutemque enituiſſe. *Vid. Gronov. ad* 37, 57.

qui inducias (*in*) tantum temporis petant, 36, 35.

per quæ populus Rom. ad tantum faſtigii venerit, 44, 1. *alias*: ad id faſtigii: *quia in faſtigio non magnitudo, ſed altitudo intelligitur.*

quum tantum belli circumſtaret tyrannum, 34, 27.

tantumque inde pavoris Faliſcis injectum eſt, 5, 26.

tantum, quod exſtaret aqua, 22, 2. *vid. Gronov. ad* 33, 4.

tanto vi majore, quam paullo ante etc. 2, 20.

non tanta ſpe, ſcalis capi urbem poſſe, quam, ut—ſeſſis laxaretur labor, 6, 9.

non tantum gaudii ab recenti metu attulerunt, quam averterunt famam, 37, 51.

quantum augebatur militum numerus, tanto majore pecunia—opus erat, 5, 10.—quanto jure potentior interceſſio erat, tantum vinceretur favore, 6, 38.

TAURUS, *vid.* agreſtis.

TECTUM, 26, 10. inter convalles tectaque hortorum et ſepulchra, aut cavas undique vias.—caſtraque tectis parietum pro muro ſepta, 25, 25. *ſi modo ſanus locus.*

TEGERE, 1, 53. qui a patrum crudelibus atque impiis ſuppliciis tegere liberos ſciant.

Mago cum equitatu, tectus collibus, ad tegendas inſidias oppoſitis, ſubſiſtit, 25, 15.

nebula matutina texerat inceptum, 41, 2.

TEGUMEN, 4, 39. quod tegumen modo omnis exercitus fuerat. *de equitibus. cf.* 1, 20.—æneum pectori tegumen, 1, 20.

TEGUMENTUM, 9, 19. Romano ſcutum majus corpori tegumentum etc.—ſpongia pectori tegumentum, *ibid. cap.* 40. - mutando nunc veſtem, nunc tegumenta capitis, 22, 1.

TELUM *dicitur de omnibus inſtrumentis, quibus vis infertur. Nam* 1, 40. *manifeſte* ſecuris *et* telum *ſynonymice poſita ſunt. Porro* 38, 29. *pro* funda *dictum eſt.*—ſaxa *quoque et* ſudes, 34, 15. *cf.* 31, 34.

agreſtibus telis, falcibus gæſiſque binis armati, 9, 36.

tela et armatos tenere arcem, 9, 24.

nec jam tela habebant præter gladios, 38, 21.—telis uti *opponitur τῷ* terga dare, 31, 35.

clamore tantum miſſilibuſque telis et primo pugnæ impetu ferox, 6, 13.—nunc tela, nunc ſaxa ingerere, 9, 35.

neceſſitate, quæ ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis,

Digitized by Google

eſtis, 4, 28.—nullum eo telum ad vincendum homini—acrius datum eſt, 21, 44. *de animi deſtinatione, obſtinato propoſito. cf.* 9, 37.

detractatio militiæ telum acerrimum adverſus Patres, 3, 69.

qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum eſt, 3, 55. *cf.* 6, 35.

ſi tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum Patres inventuros eſſe, 5, 29.

TEMERARE, 26, 13. aræ, foci, deum delubra, ſepulchra majorum temerata ac violata.

TEMERARIUS, 25, 37. conſilium temerarium magis, quam audax.

TEMERE, 7, 3. Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant: *niſi vero*, compoſitum temere, *non improbante Drakenborchio.*

quidquid ſit, haud temere eſſe rentur, 1, 59.

TEMERITAS, 22, 38. temeritatem, præterquam quod ſtulta ſit, infelicem etiam ad id locorum fuiſſe.

TEMPERANS, 26, 22. principes graviores temperantioreſque a cupidine imperii.

TEMPERANTIA et continentia libidinum, 30, 14. *Sic Cicero de Or.* 2, 60. dicacitatis temperantiam *dixit.*

TEMPERARE, 39, 10. ab his ſacris ſe temperaturum.—ut vix parentes ab liberis temperaverint, 32, 22.

ab oppugnatione urbium temperatum, 7, 20.—urbibus oppugnandis temperatum eſt, 10, 12. *cf.* 1, 29. *ubi vid. Drakenb.*

negent ſe manibus temperaturos, violaturoſque denuncient ſacroſanctam poteſtatem, 4, 3. *cf.* 2, 23.

ratus timore deterritos temperaturos proditionibus præſidiorum Siculos, 24, 39.

ſuopte ingenio temperatum animum virtutibus fuiſſe, 1, 18.

TEMPERATIO, 9, 46. ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.

TEMPESTAS cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta, 2, 62.—cum magnis procellis coorta, 39, 46. *in terra continente.*

poſtquam non ceſſere (*tribuni pl.*) nec publicæ tempeſtati, nec ſuæ invidiæ, 4, 55. *i. q. periculum e bello.*

haud ignari, quanta invidiæ immineret tempeſtas, 3, 38.

acceſſiſſe etiam novam tempeſtatem regno tumultus Gallici, 45, 19. *cf.* 31, 10.

qui—multis ante tempeſtatibus ea tenuerat loca, 1, 5. *cf.* 9, 29.

TEMPESTIVUS, 4, 59. additum deinde omnium maxime tempeſtivo principum in multitudinem munere, ut ſtipendium miles de publico acciperet.—tempeſtiva oratio, 5, 12.

aggreſſus tempeſtivis temporibus rem prope prolapſam reſtituit, 45, 19.

TEMPLUM, 2, 1. ſub tutela inviolati templi etc. *de aſylo.*

ut Jovis templum—monumentum regni—relinqueret—et ut libera a cæteris religionibus area eſſet—exaugurare fana ſacellaque ſtatuit, 1, 55.

Digitized by Google

occupant tribuni templum, 2, 56. *i. e. tribunal.*—Roſtraque id templum appellatum (*ſuggeſtum*), 8, 14. *cf.* 3, 17. *it.* 8, 35.—templum magiſtratus, 23, 10.

templo egreſſus, 41, 15. pro *curia. cf.* 1, 30. 37, 53. 39, 5.

de templo deſcendit, 1, 18. *de augure ex edito loco, ubi definierat regionem, intra quam auſpicium fieri deberet, deſcendente. Nam is locus, ea regio* templum *proprie dicitur, idque* capi, *quum definitur ab augure: cujus rei ritus l. c. deſcribitur. vid.* tabernaculum.—Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt, 1, 6. *Eſt proprie* templum "locus qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt." *Feſtus in v.* contemplor.

TEMPUS, 5, 7. longi temporis opus. *de hiſtoria, quæ longi temporis res geſtas complectitur.*—tempora harum rerum, 6, 12. *i. e. res his temporibus geſtæ: alias* tempora *pro ipſis rebus dicuntur.*

conſtantiores nos tempus dieſque facit, 22, 39.—quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret, 7, 12.

tempore tuo pugnaſti, 38, 45. *i. q. opportuno tibi. vid.* ſuus.

et tempore improviſa ex montibus ſigna etc. 10, 14. *i. e. in tempore, opportune. vid. Intt. ad h. l.*

tempus eſt, etiam majora conari, 6, 18. *cf.* 21, 54. *it.* 30, 4.—tempus exſurgendi ex inſidiis et aggredi hoſtem, 27, 41.

tempus comitiorum appetebat, 25, 2.

quum inter omne tempus (*ſcil. ſupplicii*) pater, vultuſque, et os ejus ſpectaculo eſſet, 2, 5.

forte quadam utili ad tempus, 3, 64. pro *ad id tempus. cf.* 31, 29. *it.* 32, 19. *eodem modo* ſub tempus *dicitur*, 1, 35.

tempus autumni, 25, 26.

TEMULENTUS ex convivio, 41, 4.—per quam (*Indiam*) temulento agmine comiſſabundus inceſſit, 9, 17.

TENAX, 39, 25. ut equum tenacem, non parentem, frenis aſperioribus caſtigandum eſſe.

pondere tenacior navis, 28, 30.

TENDERE, 4, 8. et tribuni—ne in parvis quoque rebus incommode adverſarentur, haud ſane tetendere.

ſumma vi ut tenderent, 32, 32. *i. e. perficere conarentur.*—ſi pertinacius tendent, 5, 9.

ſi adverſus conſenſum ampliſſimi ordinis ultra tendant, 4, 26. *cf.* 5, 9.

dum evadere tendunt, 10, 1.—quo tenderent curſum, 23, 34.

tendendo ad ſua quiſque conſilia, 4, 31.

in adverſum ventum nequidquam tendere, 40, 4.—tendebant in diverſum ſententiæ, 36, 10.

ſupinas tendens manus, 3, 50.

in prætorio tetenderunt Albius et Atrius etc. 28, 27. *i. e. eo uſi ſunt, tamquam ſuo tentorio. cf.* 25, 6.

TENERE, 30, 35. tenente omnia equitatu. *i. e. non deſerente, ſed urgente. cf.* 28, 43.

tenuere ad Mendin, 31, 45. *i. q. ibi conſtitere.*—hi—tenuere dextrum cornu, 1, 27.

tenuit

Digitized by Google

tenuit imber continens per totam noctem, 23, 44. *i. e. duravit. cf.* 2, 3. *vid. Duker. ad* 4, 7.

nondum hæc, quæ nunc tenet ſeculum, negligentia deûm venerat, 3, 20.

tenet altercatio, 33, 22.—tenuit eum deliberatio, 35, 42. *i. e. morata eſt, impedivit in agendo. cf.* 3, 29. 27, 5.

pace obnoxia tenere populum, 6, 28. *i. q. in poteſtate habere.*

quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuiſſet, 7, 25. —quos metus non teneat, beneficio—devinciendos eſſe, 22, 22.

virtute regnum tenere, 4, 3. *i. e. obtinere.*—diique et homines Romani tenuerint Capitolium, 5, 51. pro *retinuerint.*

proconſules, ſicut priore anno tenuiſſent, obtinere eas provincias juſſerunt, 29, 13.

tenere veſtigia, 29, 32.—tenuit ales captam ſemel ſedem, 7, 26.

tenet nomen, 1, 17. *i. e. in uſu eſt, obtinet.*—fama tenet, 1, 4. *vid.* fama.

nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit, 22, 17. *cf.* 25, 21.

ſinum tenuiſſe, 32, 15.—regionem tenere, 30, 25. *i. e. eo pervenire.*—montes—Sabini petebant et pauci tenuere, 1, 37.—portum tenere, 22, 22.

et quædam religio tenet, quæ illi prudentiſſimi viri publice ſuſcipienda cenſuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam, 43, 13. *i. q. impedit, vetat: itaque pro* dignis *recte legi vult Drakenborchius cum Creverio* indignis.

ne quid ferretur ad populum Patres tenuere, 3, 29. *i. e. eo rem deduxerunt, perfecere, ut ne etc. cf.* 4, 30. *it.* 24, 19.

magno certamine cum prætore habito tenuerunt cauſſam, 39, 3. *i. q. vicerunt.*

aliud integer populus—aliud forenſis factio tenebat, 9, 46.

in æterno ſe ipſa teneret ſervitio, 4, 35.

in eo fœdere teneantur, 1, 52. *i. e. comprehendantur.*—neque ſe teneri alienis fœderibus, 24, 29.

ut, quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret, 3, 55. *i. e. obligaret.*

quanta univerſos teneat Macedonas formula dicta, 45, 30.

TENOR, 5, 5. brevis profecto res eſt, ſi uno tenore peragitur.—uno tenore fidem coluiſſe, 22, 37. *cf. ibid. cap.* 47. *it.* 23, 49.

tenorem pugnæ ſervabant, 30, 18.—interrumpi tenorem rerum, 41, 15.

obſtinatus tamen eodem conſiliorum tenore æſtatis reliquum extraxit, 22, 15.

ſinceram ejus fidem æquali tenore, egregiamque operam in eo bello fuiſſe, 44, 13.

TENTARE, 28, 38. tentata eſt ſpes triumphi magis, quam petita pertinaciter.—tentare ſpem pacis, 21, 12. *i. e. periculum facere, an pacem conſequi poſſis.*

ſilentio nequidquam per præconem tentato, 8, 33. *i. e. num effici poſſit, ut ſileant.*

Digitized by Google

tentare sermonibus perplexis, 40, 5. *i. q. experiri per ambages, quo animo sint. cf.* 26, 24.

mens *in Africam* trajiciendi, nulli ante *Scipionem* duci tentata, 29, 26.

urbis tentandæ conatu abstitit, 33, 5.—tentare munitiones, 9, 35.—frustra tentatis mœnibus Alexandriæ, 45, 11.—tentata verius pugna, quam inita, 22, 19.—cujus ut prius nosceret vires, quam periculo ultimo tentaret, 7, 23. *cf. ibid. cap.* 32.

tentata paullisper interceſſio eſt ab tribunis plebis, 9, 8. *i. e. cœperunt dicere, ex quibus intelligeretur, eos cupere intercedere, ut viderent, quomodo acciperentur, et an tuto intercedere liceret.*

tentari patientiam, et tentatam contemni, 1, 32.

ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta—demittere sese posset, 21, 36.

tentatum ab L. Sextio—ut rogationem ferret—per interceſſionem collegarum—disjussum est, 4, 49. pro *quod ab L. S. tentatum fuerat, ut—id vero etc.*

TENTATIO, 3, 38. tentationem eam fore abolendi sibi magistratus.—tentationem eam esse credens perseverantiæ suæ, 4, 42. *cf.* 35, 17.

TENUS, 21, 54. et erat pectoribus tenus aucta (*aqua pervadenda*) nocturno imbri.—urbium Corcyræ tenus, 26, 24.

TEPOR, 41, 2. ad primum teporem solis.

TERERE, 6, 8. ne in opere longinquo sese tererent.—ut in armis terant plebem, *ibid. cap.* 27.—cunctando tempus terere, 29, 24.

TERGERE arma, 26, 51.

TERGUM, 3, 55. tergo ac capite puniri.—terga adgredi, 32, 30. pro *hostem a tergo.*

TERMINARE, 32, 4. immensa planicies, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas. *i. e. finem perspicere.*

fana omnia, quod ea hostis possedisset, restituerentur, terminarentur expiarenturque, 5, 50. *i. q. fines fanorum ab auguribus pro more designarentur.*

ad agrum publicum a privato terminandum, 42, 1. pro *terminis separandum.*

terminare jussi, qua ulterior citeriorve provincia servaretur, 32, 28.

TERRA quam matrem appellamus, 5, 54.—urbs Roma—terra Italia, 42, 29. *cf.* 30, 32. *it.* 39, 17.—Africa, 29, 23.—Hispania, 38, 58.—Pharsalia, 33, 6.

auxilium Romanorum terræ, ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant, 21, 52.

ad eos Murgantinæ desciverunt terræ, 26, 21.

cœlum ac terras miscere, 4, 3.

Karthaginienses principes terrarum, 29, 17.—populi principis terrarum omnium legatos, 42, 39. *cf. Præf.*—principi orbis terrarum populo, 34, 58.—orbem terrarum victoriæ præmium fore, 30, 32.

ipse terra eodem—pergit, 31, 16. *Oppos.* classe. *cf.* 29, 18. *vid.* nefastus.

TERRE-

Digitized by Google

TERRENUS, 38, 20. terrenos et placide acclivos ad quemdam finem colles esse: *paullo post*: unum (*iter*) medio monte, qua terrena erant: *opponuntur saxosis montibus ac rupibus.*

TERRERE, 7, 34. territus animi.

TERRIBILIS, 44, 10. trepidos intra mœnia compulit: jamque ipsi urbi terribilis erat etc.

majora ac terribiliora vero afferre, 25, 24.

TERRICULUM *et* **TERRICULA**, 5, 9. fine tribuniciæ potestatis terriculis.—nullis minis, nullis terriculis se motos, 34, 11. *i. q. terriculamenta.*

TERRITARE, 2, 26. Sabini Romanos territavere; tumultus enim fuit verius, quam bellum.—missilibus territavere, 28, 33.

tribunicium domi bellum Patres territat, 3, 24.—finis et Gallis territandi et pavendi Romanis fuit, 21, 25.—minis territare, 8, 28.

TERROR judiciorum, 29, 36.—populationum, 21, 57.—nominis nostri, 5, 6.—belli, 3, 68.

terror externus, 3, 10.—peregrinus, 3, 16.—servilis, *ibid.*—anceps, 28, 19.—equester, 6, 12. *cf.* 9, 21.—terrores cœlestes maritimique, 29, 27.

ratus, vel terrore ceterarum expugnatarum, vel beneficio præfidii dimissi—non ultra in pertinacia mansuros, 36, 10.

tantus ejus magistratus (*dictatoris*) terror erat, 6, 28.

Perseus—in magno terrore erat, 44, 32.

aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris, 10, 14.

TERTIUS, 43, 15. Lepidus princeps (*senatus*) ab tertiis jam censoribus lectus. *cf.* 6, 27.

TESSERA, 7, 35. tesseram dari jubet.—extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat, 9, 32. *cf.* 27, 46.

TESTARI, 37, 56. testante fœdera Antipatro. *i. e. ad ea provocante.*

obtestansque deum et hominum fidem testabatur, 2, 10. *i. q. declarabat. cf.* 31, 13.—consulibus deos hominesque testantibus, 4, 53. *cf.* 3, 72.

hæc convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiæ ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita, 26, 24.

quum—immemor in testando nepotis deceffisset, 1, 34. *de testamento.*

TESTATIO, 8, 6. inter fœderum ruptorum testationem: *quum quidem deos testes invocaret, violata esse fœdera.*

TESTIS, 3, 71. editis testibus. *i. e. auditis testimoniis*; *certe provocatio ad testes nominatos intelligenda est. Sic et* 25, 3. *ult.* testibus datis *accipiendum.*

TESTUDO *castrensis quid sit?* 44, 9. *hæc proprie dicta, cujus ante Livium meminit Polybius in Excerptis: vid. Valef. ad Ammian.* 16, 12. *p.* 146. *de altera testudine vid. Liv.* 10, 29. *it.* 41. *cf. cap.* 43. testudine ad portas succeffit. *it.* 44, 9. fastigatam (*per scuta*) testudinem faciebant.

Digitized by Google

TETERRIMUS, 4, 3. decemviris—teterrimis mortalium—fimiles conſules ſumus habituri? *i. e. crudeliſſimis, nocentiſſimis. vid. Drakenborch. ad h. l.*

TETRADRACHMUM, 34, 52. *i. q. quatuor denarii. vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

TETRICA ac triſtis (*diſciplina*) veterum Sabinorum, 1, 18.

THESAURUS, 29, 18. nec ante (*dea*) definet omnibus eos agitare furiis, quam repoſita ſacra pecunia in theſauris fuerit.

TIBICINES, 9, 30.—cornicines tibicineſque, 1, 43. *cf.* 7, 2. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*

TIGNUM, 5, 54. in ſuperficie tigniſque caritas nobis patriæ pendet?

TIMERE, 4, 25. famem cultoribus agrorum timentes in Etruriam—frumenti cauſſa miſere.

TIMOR, 2, 39. externus timor, maximum concordiæ vinculum, quamvis ſuſpectos infenſoſque inter ſe jungebat animos.

metus a Romanis—timor a principibus, 45, 26.

in timore civitas fuit—ea moliri Pœnos, 32, 26.

TIROCINIUM, 9, 43. malo tirocinio imbuendum Samnitem: *paullo poſt* novæ copiæ *dicuntur, i. e. tirones.*

ſenatus quum—ſimul et tirocinio et perturbatione juvenis (*Demetrii*) moveretur, 39, 47.

TITULUS, 26, 25. adhiberentque humatis titulum.—æram cum ingenti rerum ab ſe geſtarum titulo Punicis Græciſque litteris inſculpto, 28, 46.

inſignes imaginum titulos claraque cognomina familiæ fecere, 30, 45. *cf.* 36, 40.—augentes titulum imaginis poſteri, 22, 31.

par—titulo tantæ gloriæ, 7, 1.—quidquid umquam terra marique memorandum geſſimus, id tui triumphi titulo accedit, 25, 29.

cum patre ſuo gerentes bellum Romanos ſpecioſum Græciæ liberandæ tuliſſe titulum, 42, 52. *cf.* 31, 15. *it.* 45, 11.—ſub titulo prima ſpecie minime atroci, 2, 56.—ſub titulo æquandarum legum, 3, 67.

quum, qui prior auctor tam ſævi exempli foret, occupaturus inſignem titulum crudelitatis fuerit, 4, 29.—quem tandem titulum noſtra calamitas habitura eſt? 45, 22.

titulus bona hoſtiliter vendendi, 2, 14.

litteræ cum privati nominis titulo miſſæ, 45, 4. *i. e. Perſeus non Rex P.*

niſi in trajectu forte fluminis prohibendo, aliquarum navium concurſum in majus (ut fit) celebrantes, navalis victoriæ vanum titulum appetivere, 4, 34.

TOGA, 24, 38. quum toga (*rejecta*) ſignum dedero.—quos—toga picta—honoraritis, 10, 7.

veſtimenta exercitui deerant—mille ducentæ togæ—et duodecim millia tunicarum miſſa, 29, 36. *fortaſſe* ſaga *legendum.*

TOGATUS, 3, 52. non pudet, lictorum veſtrorum majorem prope numerum in foro conſpici, quam togatorum etc. *i. e. civium hone-*

Digitized by Google

honeſtiorum, quum plebs infima ſingulis veſtimentis, h. e. tunicis, uteretur. cf. 9, 25.

TOLERABILIS, 10, 45. quonam modo tolerabilis futura Etruria fuiſſet. *i. e. quomodo occurri potentiæ Etruſcorum potuiſſet. cf.* 28, 16.
quam ab ſano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem inſaniam venerit, 7, 2. *de ludis.*

TOLLERE, 40, 47. quum ignes nocte turribus ſuſtuliſſent.
Patrum ac plebis certamina—ſuſtulere illi animos, 3, 67.—ſeditio—deinde defectio Indibilis animos ejus ſuſtulerant, 28, 36.
ille tamen dies eſt interceſſione ſublatus, 10, 9.
quod ſatis erat in uſum, ſublato, ceterum omne incenſum, 22, 20. *abſolute dictum.*

TORMENTUM, 24, 34. miſſa tormento *tela.*

TORPERE gelu, 21, 56.—torpebat vox ſpirituſque, 1, 25.
torpent conſilia ſubita re, 1, 41. *i. e. non occurrunt.*

TORPESCERE, 23, 9. quid tot dextræ? torpeſcentne in amentia illa?

TORPIDUS, 7, 36. torpidos ſomno inſuper pavore exanimat. *cf.* 25, 38.
quod malum—quum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet, 22, 53.

TORPOR, 9, 2. ſtuporque omnium animos, ac velut torpor quidam inſolitus membra tenet.

TORRERE, 35, 5. ſol ingenti ardore torrebat minime patientia æſtus corpora. *Itaque Perizonius* 44, 38. pro militem torrentem meridiano ſole *legi volebat* torrente.

TORRENS, 33, 18. ad ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis. *paullo poſt* amnis *dicitur. Apud Virgilium ſunt* torrentia flumina: *eſt enim* torrens *proprie adjectivum*; *ut* ſerpens *ſcil.* beſtia, *e. i. g. a.*

TORRIDUS, 4, 30. defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivoſque.
pecora—torrida frigore, 21, 32. membra torrida gelu, 21, 40.

TOT tam opulenti tyranni regeſque, 25, 24.
tot ac tam potentibus populis, 8, 12. *vid. Drakenborch. ad* 5, 54.

TOTIES, 6, 15. non adverſus Volſcos toties hoſtes, quoties Patribus expediat—dictatorem creatum eſſe. *Sic* ſemper auctores *et alia dici ſupra notatum eſt.*

TOTUS, 25, 16. toto animo a patiendo exſpectandoque eventu in impetum atque iram verſo.
multitudo tota Antiochi erat, 35, 33. *vid. Gronov. ad illum locum.*

TRACTARE, 44, 13. tractatæ conditiones amicitiæ.
conſilia tractabantur, 33, 31.—conſilia tractatu dura, 35, 32.
quemadmodum tractandum bellum in Hiſpania foret, 23, 28.
ſeditio inteſtina majore mole coorta, quam bella tractabantur, 5, 12.

TRACTATIO, 45, 18. in quibus præſens tractatio rerum certiora ſubjectura erat conſilia.

Digitized by Google

TRACTUS, 3, 28. qui tractus caſtrorum, quæque forma effet.
tractus maris, 28, 30.
TRADERE, 36, 24. majus victoribus gaudium (*Democritus*) traditus fuit. *Vid.* manus.
illi ſacra—nobis facienda tradiderunt, 5, 52.
tradere equos in fluctuantem aciem, 6, 24. pro *immittere equites, ſi quidem vera lectio eſt.*
convertentem ſe inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapſum cecidiſſe, 5, 21.
TRADUCERE, 36, 3. regem Antiochum in Europam ad bellum gerendum traduxiſſe. *i. e. moviſſe ut tranſiret in E.*
ante currum (*triumphalem*) tracti, 33, 23.—tracti ſub jugum, 9, 6.
in Etruriam tracto exercitu, 10, 37. *cf.* 9, 39.
quæ manus—Perrhæbiæ ſaltum—tracta, 44, 27. *pro* in *P. ſaltum: quam voculam Gruterus præter neceſſitatem putat exciditſe.*
Lilybæum claſſe tracta, 29, 24.—inſtructaſque copias flumen traduxit, 22, 45.
in concionem tracti legati, 45, 2. *i. q. producti.*
diem—conſultando traduxerunt, 9, 32. *cf. cap.* 3.
veſtros liberos tractos per ora hominum? 2, 38.
TRAGICUS, 1, 46. tulit enim et Romana regia ſceleris tragici exemplum.
TRAHERE, 26, 5. Hannibalem diverſum Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ.
pervicit—ut dejecto Fabio (*petitione*) fratrem traheret, 39, 32. *i. e. ad conſulatum perduceret, efficeret, ut conſul crearetur.*
mora, qua trahebant bellum, 9, 27.—diſſimulare et trahenda re eſſe, 24, 27.—belli trahendi cauſſa, 5, 11.—traxerat tempus, 44, 10.
Scipio trahens exercitum gravem jam ſpoliis multarum urbium, 30, 9.
mulierum ac ſpadonum agmen (*Darium*) trahentem, 9, 17.
impedimentum majus quam auxilium traheret, 9, 19.—feſſum vulnere, feſſum curſu trahens corpus, 1, 25.—feſſa ægre trahentes membra, 22, 2.
Pœnus—expertem omnis juris et conditionis et linguæ prope humanæ, militem trahit, 23, 5.
auctores utroque trahunt, 1, 24.—in diverſum trahunt, 25, 11.—trahere ad meliora reſponſa, 8, 21. *i. e. reſponſa in melius interpretari.*
dictatoris acies alienam (*magiſtri equitum*) pugnam ſequetur, non partem maximam victoriæ trahet? 9, 40.—niſi partem petendo totum traxeris, 6, 40.
in hoc me longa vita et infelix ſenecta traxit, ut exſulem te—viderem? 2, 40.
Servilius exigua in ſpe trahebat animam, 3, 6.
trahere rem ad hoſtes *dicuntur, qui deditionem et volunt et perficiunt. Sic* 23, 8. *cf.* 24, 2. plebs ad Pœnos rem traheret.

tempore

Digitized by Google

tempore illi præcepto, at hi numero avium, regnum trahebant, 1, 7. *ſcil. ad caput factionis ſuæ.*

captæ decus Nolæ ad conſulem trahunt, 9, 28. *i. q. ad eum auctorem referunt.*

quo traxit fortuna temere facinus, 2, 12.—Tuſci fere omnes conſciverant bellum; traxerat contagio proximos Umbriæ populos, 10, 18. *cf.* 26, 1. *it.* 42, 44.

invitatio benigna in vinum traxit, 40, 7.

trahique magis, quam vellet, in arcanos ſermones eſt cœptus, 42, 17.

neminem—ſæpius, quam Poſtumium, in diſceptationem trahebat, 4, 49.

quin apud cives partem doloris et exercitus amiſſi—et publica trahebat clades, 25, 36. *i. q. producebat, diuturniorem faciebat.*

hoc tractus vinculo quum (*Romam*) rediſſet, 42, 22. *i. e. nova rogationis denunciatione.*

TRAJICERE, 31, 48. quum una (*colonia*) direpta et incenſa eſſet, trajecturumque id incendium, velut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam eſſet.

mediam trajecit (*pars equitum*) aciem, 42, 7. *i. e. perrupit.*

tumultuoſe amne trajecto, 37, 38.—amnem vado trajecit, 21, 5.—omnibus ferme ſuis trans Rhodanum trajectis, 21, 26.—quem (*exercitum*) Iberum amnem trajecit, 22, 39. *cf.* 26, 42.

coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere, 10, 2.—legiones trajectæ, 37, 2.

in continentem trajectus, 32, 6. *cf. cap.* 17.—Ægeo mari trajecit, 37, 14.

vigilem venabulo trajicit, 25, 9.

TRAMES, 2, 39. tranſverſis tramitibus tranſgreſſus.

TRANQUILLUS, 28, 25. tranquillam ſeditionem, jam per ſe langueſcentem, repentina quies rebellantium Hiſpanorum fecit.

aut tranquillum, aut procellæ in vobis (*militibus*) ſunt, 28, 27.

in urbe ex tranquillo necopinata moles diſcordiarum inter plebem ac Patres exorta eſt, 4, 43.

nec cetera modo tribuni tranquillo peregere etc. 3, 14. *ante Drakenborchium legebatur* tranquille. *cf.* 26, 51.

TRANSCENDERE, 9, 44. an (*Piſo*) conſulto binos conſules, falſos ratus, tranſcenderit etc. *i. e. omiſerit.*

tranſcendere feſtinat ordinem ætatis, 40, 11. *cf. cap.* 9.—tranſcendendo media, ſumma imis continuare, 32, 7.

per Veſcinos in Campaniam—tranſcendunt, 10, 20.

TRANSCRIBERE, 21, 26. in locum ejus (*legionis*) tranſcripta legione nova.

tranſcribi tantum recitarique eos juſſurum, 23, 23. *de lectione ſenatus.*

TRANSFERRE, 3, 68. niſi a portis noſtris mœnibuſque ad illorum urbes hunc belli terrorem tranſtulero.

tranſtulit in triumphum multa militaria ſigna ſpoliaque alia et ſupellectilem regiam, 45, 43. *vid. Intt. ad h. l. cf. cap.* 39. *it.* 34, 52. *et Sueton. Jul. cap.* 80.

Digitized by Google

TRANSFIGERE, 5, 36. Fabius—ducem Gallorum—per latus transfixum hasta occidit.

TRANSFUGAM—nihil aliud, quam unum vile atque infame corpus esse ratus, 22, 22. *cf.* 37, 39. *ubi* hostes *cum* pecoribus *comparantur. it.* 26, 12.

TRANSFUGIUM, 22, 43. ut, quo longius ab hoste receſſiſſet, transfugia impeditiora levibus ingeniis eſſent. *paullo ante dicuntur milites* de tranſitione conſilium cepiſſe.

TRANSGREDI, 10, 27. tranſgreſſo Apennino. *ſi modo ſanus locus.* in Corſicam tranſgreſſus, 42, 1. *cf.* 21, 5. *vid.* trames.

TRANSIGERE, 23, 32. tranſactis rebus, quæ in urbe agendæ erant.

prius de prætoribus tranſacta res, quæ tranſigi ſorte poterat, 32, 28.

optimum viſum eſt, committere rem fortunæ, et tranſigere cum Publilio certamen: itaque in aciem copias educunt, 9, 12.

niſi in primo pavore—tranſacta res eſſet, 10, 41.

TRANSIRE, 2, 10. ſi tranſitum pontem relinquerent. *cf.* 21, 43. —tranſito amne, 23, 28.

nec manere ergo, nec tranſire aperte auſus, 1, 27. *ſcil. perfugæ modo.*

pedites equiteſque inſignes donis tranſiere ac tranſvecti ſunt, 10, 46.

Minucium—tranſiiſſe a Patribus ad plebem—invenio, 4, 16.

TRANSITIO, 26, 12. fameſque—nulli non probabilem cauſſam tranſitionis faceret—ſcortum transfugarum unius etc. *Vid.* tranſfugium. *cf.* 45, 6.

TRANSITUS quoſdam pretio mercatum, 23, 28.—tranſitum eâ non eſſe, 21, 32.—tranſitum claudere, 27, 46.

TRANSMARINUS, 26, 24. quod gentium tranſmarinarum in amicitiam primi veniſſent.—tranſmarinæ res, 26, 37.

TRANSMIGRARE, 5, 24. actio movebatur—tranſmigrandi Veios.

TRANSMITTERE, 44, 28. unde tranſmittere in Macedoniam poſſent.

ne in Italiam tranſmittant Galli bellum, 21, 20.

TRANSNARE, 21, 47. Magonem cum equitatu et Hiſpanis peditibus flumen extemplo tranſnaſſe: ipſum Hannibalem per ſuperiora Padi vada exercitum traduxiſſe.

TRANSPORTARE, 26, 17. exercitum—in naves impoſitum Nero in Hiſpaniam tranſportavit.

TRANSVEHERE, 21, 47. ut jam Hiſpanos omnes inflati tranſvexerint utres. *cf.* 10, 46.

ut equites idibus Quinctilibus tranſveherentur, 9, 46.

in eo triumpho Gallicis carpentis arma ſignaque et ſpolia omnis generis tranſvexit, 36, 40.

TRANSVERBERARE, 38, 22. tranſverberatis ſcutis. *cf. Cæſar. de Bello G.* 1, 20.

TRANSVERSUS, *vid.* limes, *it.* trames.

TRANSULTARE, *vid.* deſultor.

TREPIDARE *indicat non motum aliquem ſimpliciter, ad capeſſendam rem,*

Digitized by Google

rem, neque omnem tumultum illum, qui fit ante concurſum, ſed motum cum feſtinatione aliqua, ſive e terrore repentino, ſive quacumque alia ſubita re, ex qua feſtinatione aliquid confuſionis tumultuſque oritur. Vide B. Patruum in Actis Eruditor. ad a. 1743. *p.* 17. *Hinc intelligi commode poſſunt ſequentia:*

maximam partem ad arma trepidantes cædes oppreſſit, 9, 37.

dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna 23, 16.

ut—exercitus—haud ſatis decoro prœlio trepidaret, 28, 19.

dum trepidant acie inſtruenda, 34, 14. *cf.* 44, 6. 38. *et* 40.

Æquorum exercitus, tumultuario ſimilis, ſine ducibus certis, ſine imperio trepidare, 9, 45.

ut—pars terga trepidantium invaderent, 27, 1.

ſtrepitu ſequentium trepidante equo, 1, 12.—inter pugnæ fugæque conſilium trepidante equitatu, *ibid. cap.* 14.

concurſu paſtorum trepidantium circa advenam, 1, 7.

ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis quam conſulerent, 21, 16.

ſubinde per alia atque alia pavida conſilia et imperia trepidans, 44, 6. *cf.* 28, 30.

ne in foro ſubitis trepidaret conſiliis, et omnia temere ac fortuito ageret, 2, 28.

TREPIDATIO, 21, 25. cum magna trepidatione et pavore omnium.

contemplatique trepidationem fugamque hoſtium prope una voce exclamavere omnes, ut ſequerentur, 37, 24.

TREPIDUS, 8, 37. trepidam civitatem excire. *i. e. ut trepida fieret, exciendo trepidam reddere.*

trepido nuncio excitatus, 1, 48.—res trepidæ, 34, 11.—trepidi rerum ſuarum, 5, 11. *it.* 36, 31.

TRIARIUS, 8, 8. res ad triarios rediit.

TRIBUNAL, 28, 27. Albium et Atrium ſediſſe in tribunali P. Scipionis. *i. e. caſtrenſi, ceſpiticio. vid.* templum.

TRIBUNICII, 3, 35. ipſe medius inter tribunicios—in foro volitare. *qui tribuni fuerant.*

TRIBUNUS Celerum, in quo tum magiſtratu etc. 1, 59.

tribuni *dicti ſimpliciter pro* tribunis plebis. *Vid. Drakenborch. ad* 2, 56. *cf.* 3, 64. *it.* 9, 33.

tribuni conſulares, 8, 33.—tribuni mil. Rufuli, 7, 5. *Oppoſ.* comitiati. *cf.* 42, 31. 43, 12. 44, 21.—quos ſibi (*tribuni pl.*) collegas cooptaſſint, 3, 64.

TRIBUS, 1, 43. poſt expletas quinque et triginta tribus duplicato earum numero, centuriis juniorum ſeniorumque etc. *vide Gronov. ad h. l. it. B. Patruum ad Sueton. Jul. cap.* 13. *cf.* 3, 64. *eſt autem* explere tribus *i. q. dimidio numero tribuum majorem ſuffragatorem habuiſſe.*

jure vocatur tribus, 5, 18. *i. e. ad eum ordinem, quem Servius inſtituerat.*—tribum ferre, 8, 37. pro *ſuffragia tribus.*—tribu moti, 24, 18. *cf.* 45, 15. *i. e. ut poſteriori loco Livius ipſe dicit, mutare tribum juſſi.*

Digitized by Google

fierique ſe pro tribu ædilem videret, 9, 46. *i. e. a tribu prærogativa. vid. Gronov. ad h. l. it. in Obſſ.* 4, 1.

TRIFARIAM exercitum in diverſiſſimas regiones diſtraxere, 26, 41.

TRIGEMINUS, 6, 7. trigeminæ victoriæ triplicem triumphum—egiſtis.

TRIPARTITO urbem aggreditur, 21, 7.—Iberum copias trajecit, *ibid. cap.* 23.

TRIPUDIUM, 25, 17. armatum exercitum decucurriſſe cum tripudiis Hiſpanorum, motibuſque armorum et corporum ſuæ cuique genti aſſuetis. *cf.* 23, 26. erumpunt igitur agmine e caſtris, tripudiantes more ſuo.

TRISTIS, 24, 8. triſtia ad recordationem exempla.

additumque inerti cenſoriæ notæ triſte ſenatuſconſultum, 24, 18.

TRIUMPHARE, 45, 39. triumphantes aurati purpuratique.

hi omnium primi, nullo bello geſto, triumpharunt, 40, 38.

ex Hiſpania triumphavit, 34, 46.

TRIUMPHUS caſtrenſis, 7, 36.—triumphum clamare, 21, 62. *pro* io triumphe! *exclamare. vid.* titulus.

duo ſingularia hæc ei viro (*Publilio*) primum contigere; prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus, 8, 26. *cf.* 28, 38.—triumphus agebatur, 41, 14.

Papirium, tamquam ex hoſtium ducibus, ſic ex Romano imperatore victoriam et triumphum petere, 8, 33.—juſtiſſimos meriti triumphos, intentari.

Boiorum triumphi ſpem collegæ reliquit, 33, 37. *i. e. de Boiis.*

TRIUMVIRI capitales, *Epit.* 11. 25, 1. *et* 39, 14. *iidem dicti* carceris lautumiarum, 32, 26.—epulones, 33, 42.—menſarii, 23, 21.—agrarii, 27, 21.—ſacris conquirendis doniſque perſignandis, 25, 7.

TRUCIDARE, 6, 37. nec fœnore trucidandi plebem alium (*modum*) Patribus umquam fore.

Papirius—traditur—ceteros trucidatos, 5, 41. *oratio ἀναπλαϑος.*

ſervilibuſque omnibus ſuppliciis cruciatos trucidando occidit, 29, 18. *cf.* 21, 13.

TRUCIDATIO, 28, 16. inde non jam pugna, ſed trucidatio velut pecorum fieri.

TRULLA, 37, 11. trullis ferreis multum conceptum ignem præ ſe portabant.

TRUNCUS, 41, 9. puerum trunci corporis—natum. *i. e. parum integri.*

urbs trunca (*Capua*) ſine ſenatu, ſine plebe, ſine magiſtratibus, prodigium; relicta crudelius habitanda, quam ſi deleta foret, 31, 29.

TRUX ingenium, 3, 54.—oratio, 4, 48.—orator, 34, 5.—ſententia, 29, 19.—cantus, 5, 37.—vultus, 45, 10.

ſpecies profecto his ibi truces Gallorum ſonumque vocis in oculis atque in auribus fore, 6, 28.

TUBI-

Digitized by Google

TUBICINES, *vid.* accenſere.

TUERI caſtra, 33, 15. *Sic primus edidit Gruterus, quem recentiores ſequuntur: ſed MSti lectionem* tenere *revocavit Drakenb.*

pecunia ad claſſem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta eſt, 23, 38.

ut ſuæ quiſque provinciæ ſortem tueretur, 10, 26.

eodem ſe genere (*vitæ*) tuebatur, 39, 9. *i. e. quæſtum eumdem faciebat.*

TUM quum maxime in hoſtiam intuens, 40, 13. *cf.* 23, 9. *it.* 40, 32. *vid. Clav. Ciceron. in* quum maxime.

ſi ſciens fallo, tum me Jupiter O. M. etc. 22, 53. *Gronovius legi vult* tu. *Dukerus autem vindicat vulgatum.*

tum bellum et ſortia conſilia placeant, tunc ſponſio et pax repudietur, 9, 11. *cf.* 21, 36. *it.* 28, 15.

TUMERE et queri, 33, 11. pro *ira tumere, ut alibi Livius loquitur, niſi vero pro* jam tumentes *legamus* ira tumentes. *Sic* 31, 8.

TUMULTUARI cœptum eſt, 36, 44. *cf.* 24, 21.—tumultuatum verius quam belligeratum, 21, 16.

ne tumultuarentur, 41, 5. *ſcil. Romæ, conſcribendis propter tumultum legionibus.*

TUMULTUARIUS exercitus raptim conſcriptus, 8, 11. *cf.* 9, 45.

caſtra tumultuaria raptim communierunt, 28, 16.

tumultuaria prœlia, 29, 36. *cf.* 35, 4. certamina, 21, 7.—pugna, 27, 42.

tumultuario opere, 42, 63. *de muro reſtituto. cf.* 44, 19.

tumultuariæ agreſtium Etruſcorum cohortes, 9, 36.—tumultuarius miles, 1, 37.—dux, 26, 37.

TUMULTUOSE, 2, 29. ſenatus tumultuoſe vocatus tumultuoſius conſulitur.

TUMULTUOSUS nuncius, 2, 24.

facta popularia in ſpeciem, tumultuoſa eadem, 6, 14.

tumultuoſa prœlia, 27, 2. *cf.* 28, 15. *it.* 30, 8. *Oppoſ.* magna.

tumultuoſo et minaci genere pugnæ, 1, 14.

quod tumultuoſiſſimum pugnæ erat, 2, 10.—iter prope ipſo prœlio tumultuoſius fuit, 42, 66.

tumultuoſa turba, 6, 14.

TUMULTUS, 21, 48. tumultu, quam re, major cædes.—tumultum magis, quam certum nuncium, intulerunt caſtris, 31, 36.

tumultus verius fuit, quam bellum, 2, 26.—triarii tumultum jam in concione miſcentes, 8, 32.

ad creſcentem tumultu jam metum ſeditionis, 2, 45.

ubi conticuerit tumultus, 22, 55.

Hiſpania magno tumultu ad bellum conſurrexit, 33, 19. provincia eſt in tumultu, 31, 10.

tumultumque inter ſe majorem, quam in prœlio, edentibus, 36, 19.

ita Hiſpaniæ rebellantis tumultu, haud magno motu intra paucos dies concito et compreſſo, 29, 3.

tumultum apud alterum conſulem in caſtris (*pulvis conſpectus*) fecit, 9, 43.

deſperato improviſo tumultu, 10, 14. *i. e. impetu ex inſidiis.*

quidam

Digitized by Google

quidam et a Cenomanis—tumultum ancipitem injectum, cæsaque in medio quinque etc, 32, 30.

cujus (*gentis*) secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent, 9, 29. *vid.* bellum.

TUMULUS silvestris, 27, 26. *debebat esse* silvester; *sed, quantum e silentio Drakenborchii conjicere licet, libri non variant.*

nudus tumulus et asperi soli, 25, 36.

loco jacente inter tumulos castra habentes, 5, 48. *Drakenborchius intelligit colles ipsius urbis Romæ; Donjatius autem sepulchra.*

TUNC, 1, 25. illorum tunc arma, illorum intueri manus. *pro* nunc. *Sed fortasse Livius e sua persona hoc dixit. Vid.* tum.

TUNICA lato clavo, 30, 17.—tunicæ versicolores, 9, 40.

TURBA navalis, mixta ex omni genere hominum, 26, 20.

clauserant portam turbæ—turba conferta iter reliquum clauserat, 39, 49. *vid.* tumultuosus.

ingens turba circumfusi fremebant, 26, 35.—tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset, 43, 14.

omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, 9, 46. *cf.* 24, 48.

ne in turba quidem, 5, 2. *de octo tribunis mil. conf. potestate.*

TURBARE, 3, 66. quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret.

ne incerta prole auspicia turbarentur, 4, 6.—ne spem pacis turbare vellent, 32, 36. *cf.* 29, 12.

permissus equitatus turbaverat ordines, 3, 70.—tum quoque equites haud modice primo impetu turbavere, 38, 13. *i. q. turbas dedere.*

donec territum—oculisque simul ac mente turbatum—obtruncat, 7, 26.

TURBATOR, 2, 16. quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur. *Vid.* bellum.

vulgi turbatores, 4, 2. *it. cap.* 48.

TURBIDUS, 3, 40. nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur.

arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant, 10, 41. *i. e. per lucem excitato pulvere turbatam.*

TURRIS, 33, 48. Hannibal—ad suam turrim pervenit. *i. e. speculam s. villam in edito sitam, quemadmodum et Græci πύργον dicunt: unde πύργοι in vineis, etiam in scriptura sacra, memorantur. vide B. Patruum ad Sueton. Ner.* 38.

e turri prætoriæ navis, 37, 24. *naves turribus allevatæ apud Florum commemorantur. vid. Scheffer. de Milit. Nav. Vett.* 3, 1.

TUTAMENTUM, 21, 61. adeoque pluteos ac vineas Romanorum (*nix*) operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit.

TUTARI, 6, 42. fuga se longinqua—ab hoste sese tutati sunt. *cf.* 5, 2. *it.* 8, 31.

ceteros propinquitas urbis tutata est, 10, 37. *cf. cap.* 46. *it.* 21, 61.

ut

Digitized by Google

ut ſuæ quiſque partis tutandæ reus ſit, 25, 30. *h. e. ita eam curanddm habeat, ut neglectæ et amiſſæ ſolus culpam ſuſtineat.*

TUTELA, 1, 6. ut dii, quorum tutelæ ea loca eſſent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret.

fratre relicto Pergami, ad tutelam regni, 42, 55.

TUTO in Hexapylo agmen receptum eſt, 24, 32. *niſi cum aliis* totum *legatur.*

TUTUS, 39, 19. utique (*Fecenia*) tuto eſſet. pro *in tuto. Sic* 3, 45. intervallo ac locis tutus, 23, 26. *vid. Gronov. ad h. l.*

tuta celeribus conſiliis præpoſiturum, 22, 38.

TUUS, 25, 12. multaque millia occiſa tua deferat amnis etc. pro *tuorum.*

næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conſpexeris, ludus et jocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ videbuntur, 28, 42.

TYRANNIS, 38, 14. quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurirent. *int. de terris ejus.*

TYRANNUS, *vid.* exitiabilis.

V.

VACARE, 42, 4. quum agri Gallici—aliquantum vacaret. *i. e. ſine cultoribus eſſet.*

vacat reſpublica milite et pecunia, 2, 48.

cognitio vacantium militiæ munere poſt bellum differtur, 4, 26.

VACATIO, 27, 38. qui (*coloni maritimi*) ſacroſanctam vacationem dicebantur habere.—vacationes recitare, *ibid. i. e. jura vacationis.*

ſcribere exercitum ſine ulla vacationis venia, 8, 20. *cf.* 24, 18.

quinquennii militiæ vacationem decrevit, 23, 20. *cf.* 42, 33.

VACUUS, 24, 18. cenſores vacui ab operum locandorum cura propter inopiam ærarii.

vacuo ab hoſtibus mari Samum trajecerunt, 37, 13.

vacuis occurſu hominum viis, 5, 41.—per vacuum in ſubmoto locum cuneo irruperunt, 25, 3.

ut in vacuo (*agro*) vagaretur cupiditas privatorum, 42, 19.

qui obſidione delegata in curam collegæ, vacuus per agros cuncta infeſta commeatibus hoſtium fecerat, 9, 13. *i. e. a cura obſidionis, ut Dukerus explicat. Sed idem conjicit, fortaſſe legendum eſſe* vagus.

vacuam domum novo matrimonio facere, 1, 46.

vacuam noctem operi dedere, 3, 28. *i. e. non impediverunt, quo minus per noctem opus perficeretur.*

vacui pace Punica Romani, 31, 1.—vacua civitate, 3, 40. *i. q. quieta, pacata.*

VADERE citato equo, 30, 12.—in hoſtem, 7, 24.—in quas (*cohortes*)—victores vadunt, 9, 43.—in prœlium, 7, 16.

vadere

Digitized by Google

vadere ad hoſtem, 22, 19.—ad ſubjectum arci forum, 32, 25.
vadit adverſus imminentem hoſtium aciem, 9, 31.
vadentemque per intermiſſa cuſtodiis loca Decium ſecuti ſunt —jam evaſerant media caſtra—obviis cuſtodiis cæſis ad caſtra conſulis pervadit, 7, 36.

VADES deferere, 39, 41. *dicitur de reis, qui vades dedere de ſiſtendo ad diem. cf.* 3, 13.

VADIMONIA fieri juſſerunt, 23, 32.

VADUM, 38, 12. vado ſuperari amnis non poterat. *cf. cap.* 18.—proxima littori vada, 31, 1.

VAGARI populabundum hoſtem per agros paſſi, 2, 60.—duo exercitus, diverſis vagati partibus, omnia—evaſtarunt, 10, 15.
cum hac—licentia per urbem (*tibicines*) vagarentur, 9, 30.

VAGUS, 7, 17. multoſque populatores agrorum vagos palantes oppreſſit. *cf.* 33, 15.
vagus paullo poſt equus errans per urbem cognitus, 27, 16.
vaga populariſque ſupplicatio ſtudiis prope celebratior fuit, 3, 63. *i. e. injuſſu facta.*

VALERE, 7, 6. num etiam in deos immortales inauſpicatam legem valuiſſe? *i. e. vim habuiſſe, efficacem fuiſſe.*
metus ad omnes valuit, 38, 28. *i. q. omnes impulit, ut etc.*
in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores jam gentes valuit, 21, 60. *i. e. apud eas in auctoritate fuit.*
dum pro argenteis decem aureus unus valeret, 38, 11.

VALETUDO, 26, 22. oculorum valetudinem excuſavit. *Vid.* jocari.

VALIDA civitas, 3, 8. *h. e. quæ peſtilentiam ſuperaverat.*
urbs portu ac mœnibus valida, 24, 2.—munitiones validiores e impoſitæ, 36, 17.
urbem—neque mœnibus, neque viris atque armis validam, 24, 40. *cf.* 43, 21.
validiores opibus—civitates, 21, 1.
inſulam fertilem agro; viris, armis haud æque validam, 28, 37.—præſidia valida, 44, 35.

VALLARE, 9, 41. caſtra vallantem Fabium adorti ſunt.

VALLIS, 4, 46. per ſupinam vallem fuſi ſunt. *Vid.* ſupinus.
in averſis vallibus conſidere jubet, 27, 41. *eandem vocem pro* adverſus *reſtitui vult Gronovius* 2, 31.

VALLUM *Græcum et Romanum quale?* 33, 5. *vid. Polyb.* 17, 14. *it. Clav. Ciceron. in h. v.*
haud ſecus, quam vallo ſepta, inhorreret acies, 8, 8. *ſcil. ob haſtas in terra fixas ab militibus, qui in ſubſidiis erant.*
vallum ſecum portare Samnitem, 10, 35.
Italiæ niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno, 28, 39.

VANUS, 34, 39. vani ictus. *i. q. irriti.*—vanum jeli genus, 31, 39. *i. e. non efficax.*—vana incaſſum jactare tela, 10, 29.
ex vano habere ſpem metumque, 27, 26.—vanam victoriam vanior irritam faceret pax, 9, 9.
famam egregiæ victoriæ cum vanioribus litteris magiſtri equitum Romam perlatam, 22, 24.

vanior

Digitized by Google

vanior jam erat hoſtium acies, 2, 47. *ubi quidem Gronovius legi vult* rarior.

vana laudibus ſuis oratio, 4, 41.—haud vana attulere, *ibid. cap.* 37. *i. e. vera.*

nihil hauſtum ex vano velim, 22, 7. *niſi legendum* ex vario. *vid. Drakenborch. ad h. l. it. ad* 29, 23.

vana verſare in omnes opiniones licet, 4, 20.

quoniam primum vanum inceptum evaſiſſet, 35, 47.

invidia vulgi vanum ingenium dictatoris corrupit, 1, 27.

vanis animis et minis increpat hoſtem, 22, 28.

VARIARE, 3, 45. variat libertas cauſſis et perſonis.—fortuna, 9, 18.

variante fortuna eventum, 23, 5.—variabant ſecundæ adverſæque res non fortunam magis, quam animos hominum, 25, 1.

variata memoria actæ rei, 21, 28. *i. e. varie traditur de modo rei geſtæ.*

ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, 22, 2.

VARIATIO, 24, 9. conſules centuriæ ſine variatione ulla dixerunt.

VARIE, 5, 23. quia tot annis varie ibi bellatum erat. *i. q. ancipite Marte. cf.* 2, 2.

VARIETAS, 9, 17. varietatibuſque diſtinguendo opere, et legentibus velut deverticula amœna, et requiem animo meo quærerem.

varietates annonæ, 7, 31.

VARIUS, 2, 6. ibi varia victoria et velut æquo Marte pugnatum eſt.

VASA *pro omni inſtrumento ac ſupellectili dicta*, 1, 24. vaſa comiteſque meos.—vaſa ſilentio colligere, 21, 47.

VASTITAS, 8, 9. conſternatæ cohortes Latinorum fugam ac vaſtitatem late fecerunt.

VASTUS, 3, 7. in vaſto (*vacuo*) ac deſerto agro.—ſolitudines vaſtæ, 6, 41.—urbe a defenſoribus vaſta facile potiti ſunt hoſtes, 23, 30.—nec ſolum modo vaſtum hoſti relictum, 10, 12.

omnia, velut forte congregata turba, vaſta ac temeraria eſſe, 24, 48. *Oppoſ.* conferta et ordinata.

vaſtam incendiis ruiniſque relinquere urbem, 5, 53. *vulgo exhibent* vaſtatam: *quæ verba ſæpius confuſa ſunt. cf.* 4, 39.

VATES, 6, 12. ſi quid dii vateſque eorum in futurum vident.

animus meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, præſagit, 26, 41.

ſacrificulos vateſque foro, circo prohiberent? 39, 16. *cf.* 25, 1.

VATICINI libri, 25, 1. quicumque libros vaticinos precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet.

UBI, 36, 19. Elatiæ, ubi primum reliquiis conlectis.

ex olla, ubi exta coquerentur, 41, 15.

hic Capitolium eſt, ubi quondam—reſponſum eſt, eo loco caput rerum—fore, 5, 54.

ubi primum poſſet, 42, 38.

ne

Digitized by Google

ne ubiubi regum defiderium effet, 2, 2. *cf.* 42, 47.

UBIQUE ſemper, *vid.* ſemper.

VECORS, 9, 23. velut vecordes illati. *i. q. furibundi. cf.* 28, 22.
vecors impetus, 7, 15. *cf.* 4, 50.

VECTARI per urbem, 34, 3. *cf.* 35, 35.—id ſatis habitum ad fructus ex agris (*navi*) vectandos, 21, 63. *cf.* 28, 42.

VECTIGALIS, 23, 48. quæ (*Sicilia ac Sardinia*) ante bellum vectigales fuiſſent. *cf.* 5, 10.

VEGETUM ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris ſenſibus, 6, 22.—ſeſſi cum recentibus ac vegetis pugnabant, 22, 47.

VEHERE, 22, 43. qui (*ventus*) campis torridis ficcitate nubes pulveris vehit.
uno equo per urbem verum triumphum vehi, 28, 9.

VEHICULUM, 1, 59. invecta corpori patris nefando vehiculo filia.

VEL, 44, 6. ut vel murus objici, turreſque excitari potuerint.
unum vel adverſus omnes ſatis eſſe, 2, 44. *cf.* 5, 6. *it.* 9, 24.
cujus eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat, 36, 41.

VELAMENTA ſupplicum, ramos oleæ—porrigentes, 29, 16. *cf.* 30, 36.—legati cum infulis et velamentis venerunt, 25, 25.—ramos oleæ ac velamenta ſupplicum alia porrigentes, 24, 30.

VELATUS, 2, 54. claris inſignibus, velut infulis, velatos ad mortem deſtinari. *vid. Clav. Ciceron. in h. v.*
qua (*toga*) ſimul—velatus proceſſit, 3, 26.
pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati ſunt, 24, 16.
navis velata infulis ramiſque oleæ, 30, 36.

VELLE, 3, 68. malæ rei ſe, quam nullius, turbarum ac ſeditionum duces eſſe volunt. *i. q. malunt: uti enim* magis *ante* quam *ſæpe omittitur, ita* magis *latet in* velle. *cf.* 25, 29.
ne quem eorum Ætoli recepiſſe velint, 38, 11. pro *recipiant.*
volens propitius adeſſet, 7, 26.
quibuſdam volentibus novas res fore, 21, 50. *i. e. quoſdam libenter rerum novarum participes fore.*

VELLERE vallum, 9, 14. *it.* 10, 25.—omni parte munimenta vellebantur, 2, 25.

VELUTI ſi ſenſiſſet auditas preces, 1, 12.

VENALEM ſanguinem habere, 28, 21.

VENATIO, 25, 9. cum ſolito captæ venationis onere. *i. q. ferâ confectæ.*

VENDERE, 40, 51. quas (*tabernas*) vendidit in privatum.

VENDITARE, 3, 35. ipſe (*Appius*) medius inter tribunicios—in foro volitare, per illos ſe plebi venditare etc.

VENENUM—efficacia, 42, 17.
venenum urbis hujus (*diſcordia*), 3, 67.—tribuni plebem agitare ſuo veneno, 2, 52.
id unum venenum (*ſeditiones*), eam labem civitatibus opulentis repertam, 2, 44.
donum inimicorum veneno illitum fore, 5, 2.

VENERA-

Digitized by Google

VENERATIO, 5, 21. convertentem ſe inter hanc venerationem etc. *i. q. precatio.*
VENIA, 8, 35. quod ſuis precibus negaſſet, ejus populo Rom. veniam dediſſet. *i. q. id populo Rom. conceſſiſſet; nam* venia *h. l. eſt gratia, quæ fit alicui.*
cum bona venia ſe auditurum, 29, 1. *paullo poſt:* cum gratia imperatoris.
in deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum ageret, 9, 14.—ad petendam erroris veniam, 7, 20.
VENIRE, 42, 25. legati venirent, ſpeculari etc.—te ad opem ferendam aliis gloriari veniſſe, 10, 18.
ſi quando ſimilis fortuna veniſſet, 24, 40.—quam prope ultimum diſcrimen ſuis et collegæ certaminibus nuper ventum foret, 10, 22. pro *eveniſſet.*
quæ deinde venerunt, 9, 12.—ſi quid adverſi veniſſet, 10, 45.
parum eſt, ſi, cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis? 6, 40.
bis ejuſdem voti damnata reſp. in religionem venit, 10, 37.
diſciplina militaris in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat, 9, 17.
abjectis armis—in fidem conſulis venerunt, 10, 43.—caſtella integra in poteſtatem venere, 9, 38.
priori Remo augurium veniſſe fertur, 1, 7.
pugna jam in manus, jam ad gladios, venerat, 2, 46.
ut jam novis copiis veniat, 5, 53. *i. q. cum n. c.*
malum ad extrema veniſſe, 2, 44.
omne ibi nomen Ætolorum ad internecionem videbatur venturum, 36, 34.
VENIRE, *venundari, vid.* corona.
VENTOSUM ingenium, quia Perſeus magis auræ popularis erat, 42, 30.
VENTUS verſus in Africum, 30, 24.—quum quid venti motum eſſet, 5, 48.
venti ab utriuſque terræ prælatis montibus ſubiti ac procelloſi ſe dejiciunt, 28, 6. *vid.* vehere.
VER ſacrum vovendum, 22, 9.—ex pontificum juſſu fecere, 33, 44.
ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet etc. 34, 44.
VERBENA caput capilloſque tangens, 1, 24. *i. e. herba e ſacro loco petita.*
VERBUM, 10, 22. ad verborum linguæque certamina rudes.
verbo objecta verbo negare, 42, 41. *i. e. ſine argumento, probatione, objecta eodem modo negare.*
VERE, 34, 27. et prope nulla ſpes eſſet vere ſuas hoſtiumque æſtimanti vires.—qui vere rem æſtimare velit, 3, 19.
læto verius dixerim quam proſpero eventu, 22, 23.—latronibus verius, quam hoſtibus juſtis, 40, 27.—tumultu verius, quam pugna, 29, 36. *cf.* 22, 19.
te de noſtra virtute dubitaſſe videri, quam nos de tua, verius eſt, 7, 13. *i. q. æquius. cf.* 35, 8. *it.* 39, 27.
VERECUNDIA, 1, 6. ætatis verecundia diſcrimen facere poſſet.

nemo

Digitized by Google

nemo hominum, nemo deorum verecundiam habeat, 8, 34.
verecundiam imperii habere, 27, 10.
illis violandi ſupplices verecundiam ſe impoſituros, 36, 27.
quos prætereundi verecundiam crederent fore, 5, 14.—verecundia in tali neceſſitate deſerendi ſocios, 23, 36.
omiſſa in id verecundia, 37, 52.
verecundia noſtra adverſus regem nobis obſtat, 37, 54.
privatis dictatorem poſcere reum verecundiæ non fuit, 9, 26.
verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum—ſub hoſtium poteſtate eſſe, 24, 42.

VERERI, 39, 37. veremur quidem vos, Romani, et, ſi ita vultis, etiam timemus; ſed plus et veremur et timemus deos immortales.
non veritus (*Damocritus*) majeſtatem viri, 35, 33.
nihil magis vereor quam ne, 21, 40.
nihil minus quam vereri ne, 26, 20.

VERRERE, 26, 9. matronæ crinibus paſſis aras verrentes. *cf.* 3, 7.

VERRUNCARE, 29, 27. uti quæ—geſta ſunt—mihi populo Rom. —bene verruncent. *pro vulg.* vertant. *Sic loquitur et Accius apud Cic. de Div.* 1, 22.

VERSARE, 4, 20. vana verſare in omnes opiniones licet.
Patrum animos certamen regni ac cupido verſabat, 1, 17.
verſare animos caſtigando hortandoque, 21, 30.
at imperitæ multitudinis nunc indignatio, nunc pudor pectora verſare, 2, 45.

VERSATILIS, 39, 40. verſatile ingenium (*ei*) ſic pariter ad omnia fuit.

VERSICOLOR, 9, 40. tunicæ auratis militibus verſicolores, argentatis linteæ candidæ.

VERSUS, 38, 51. omnibus ad orientem verſus regibus gentibuſque. *Sic et Cicero dixit* in Italiam verſus. *Sed Drakenborchius ex MSS. et editionibus repoſuit* verſis, *quod tamen ad* regibus *relatum durius videtur.*

VERSUS, 33, 30. regiam unam (*navem*) inhabilis prope magnitudinis, quam ſexdecim verſus remorum agebant: *hæc prope totidem verbis leguntur*, 45, 35.

VERTERE ſententiam, 43, 16. *i. e. mutare.*—vertit ſe gloria in invidiam, 2, 7. *i. q. excitavit, contraxit.*—quo majore diſcrimine res vertebatur, 10, 39.—verſo Marte, 29, 3.—verſo in Africam bello, 29, 12. *cf.* 10, 3.—verſis ſignis fuga effuſa caſtra repetunt, 9, 35.
littus in ſeptemtrionem verſum, 29, 35.—porta ad mare verſa, 28, 36.—tumulus eſt in extrema parte urbis verſus a mari, viæque imminens, 25, 25.—ventus verſus in Africum, 30, 24.
ſpes—Samnites in Apuliam verſos—revocavit, 9, 27.—decem millia ſociorum—verſa in Punicum bellum (*Gallia*) habuit, 21, 17.—frequentis concionis modo turba in comitium et curiam verſa, 22, 7.

occaſio

Digitized by Google

occaſio in ſe unum vertendæ gloriæ, 21, 53.—ſuorum ipſorum exemplum in eos verſurum, 7, 38.

verſa eſt ſumma curæ omnis in præfectos, 26, 12. *cf.* 9, 26.

in quem (*Scipionem*) tum omnis civitas verſa erat, 30, 3.

in fugam verſi etiam integros averterunt, 27, 14.—adverſos (*alii averſos*) vertere in hoſtem, 34, 14.—et in hoſtes verterunt terrorem, fugam et cædem, 5, 51.

verſum eſt factum in maximam laudem, 22, 23. *i. q. peperit eam.*

vertit *auſpiciorum* vitium non in eventum belli (*triſtem*) ſed in rabiem—imperatorum, 8, 30. *i. e. effecit, vel præmonſtravit.*

vertit libertas aliorum in meam ſervitutem, 2, 3. *i. e. excitavit eam, produxit.*—vertit adverſæ rei fama in Romanos, 9, 38.

quid, niſi longa vita, ſicut Magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ? 9, 17.

omnis ira belli ad populationem agri vertit, 2, 62. *In hiſce aliiſque locis ſe eſt ſubintelligendum. Vide Drakenborch. ad h. l. it. ad* 7, 6.

verti ad cædem (*mutuam*) certamine irarum, 1, 7.

totam (*Etruriam*) ferme ad Magonem, ac per eum ad ſpem novandi res, verſam, 29, 36.

devictorum Samnitium decus—ad legatos—eſt verſum, 9, 40.

vertere *mala* in deûm iras, 4, 9. *i. e. interpretari iræ divinæ ſigna.*

vertere in religionem comitia, 5, 14. *h. e. in iis contra auſpicia aliquid factum dicere, et propterea mala immiſſa reipublicæ.*

quum omnium ſecundorum adverſorumque cauſſas in deos verterent, 28, 11.

vertitur diſcrimen rerum in eventu belli, 8, 27.—quia ibi ſummam rerum bellique verti cernebant, 30, 3.—animi in eo vertuntur, 32, 15.

VERTEX, *vid.* vortex.

VERTIGO, 44, 6. rupes utrimque ita abſciſæ ſunt, ut deſpici vix ſine vertigine quadam ſimul oculorum animique poſſit.

VERUM enim vero, 4, 4. *cf.* 24, 5. *it.* 29, 8.

VERUS, 3, 40. ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum eſſe, præjudicium rei tantæ afferre. *i. e. æquum. cf.* 2, 48. *it.* 23, 11. 32, 33. *et Cæſar. de B. G.* 4, 6.

VESANUS, 7, 33. oculos ſibi Romanorum ardere viſos—veſanoſque vultus et furentia ora.—veſanus impetus, 9, 13.

VESCI, 9, 30. reſtitutumque in æde veſcendi jus iis, qui ſacris præcinerent.

VESTIBULUM, 25, 17. in veſtibulo Punicorum caſtrorum.—in veſtibulo urbis, 36, 22.

VESTIGARE, 31, 19. perfugas et fugitivos, quos inquirendo veſtigare potuerint, reddidiſſe. *cf.* 32, 26.

VESTIGIUM, 9, 17. ſaltus Apuliæ—cernenti, et veſtigia recentia domeſticæ cladis, ubi avunculus ejus—abſumtus erat.

negantis e republica eſſe, veſtigium abſcedi ab Hannibale, 27, 4.—an occurrere in veſtigiis ejus? 21, 41.

quum

Digitized by Google

quum Romanus exercitus prope veſtigiis ſequeretur, 6, 32.—veſtigiis inſtare, 27, 12.

VESTIRE, 32, 13. veſtiti (*montes*) frequentibus ſilvis.

VESTIS, 5, 41. quæ auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus triumphantibuſve.

VESTITUS, 28, 27. corpora, ora, veſtitum, habitum civium agnoſco. *Vid.* cultus.

VETARE, 25, 5. ſenatus abſiſtere eos incepto vetuit. *cf.* 2, 5.

VETERANUS dux, fortiſſimus bello, 7, 13.

legionem ſecundam, quæ maxime veterana in Liguribus erat, 42, 27.

ibi dimitti veteranos—ſeſe velle, 40, 39. *h. e. qui eſſent emeriti ſtipendii.*

veterani omnes et periti belli erant, 37, 20. *opponuntur* tironibus, *ſuntque, non evocati, ſed, qui jam multa ſtipendia fecerant. vid. in voc. ſq.*

VETUS miles, 31, 8. *qui ſtipendia nondum emeruit. Vid. Duker. ad h. l.*—milites veteres, periti hoſtium bellique, 34, 17.

centuriones veteres belli periti adjecti, 4, 17. *ubi quidem Gronovius voc.* periti *ejici vult, ut* veteres belli *dicantur, quemadmodum apud Tacitum ſunt* veteres militiæ: *quod nobis quidem durius videtur; etſi Livius in multis talibus Tacito proluſit. Et pariter ſic, ut editur, lectio vulgata obtinet,* 34, 17. *modo cit.*

inter tot veterrimos populos tamdiu bella geritis, 5, 54.

ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni ſignum, 44, 16. *niſi* ædes Scipionis *intelligenda ſint, aut de* curiis *aut de* tabernis, *quod maxime probabile videtur, capi poſſunt. vid. Intt. ad h. l.*

cum quibus prætor, cui Sardinia obtigiſſet, in Corſicam tranſgreſſus bellum gereret; interim M. Atilius vetus prætor etc. 42, 1. *i. q. anteceſſor, qui proprætor anno ſuperiori fuerat.*

VEXARE, 26, 2. Sempronius die dicta Fulvium, ob exercitum in Apulia amiſſum, in concionibus vexabat etc. *i. q. objurgabat. cf.* 10, 13.

vexari et ſubigi multo acrius, 5, 2.—agmine vexato vulneribus, 9, 35.

vexatis hominibus equiſque, 42, 55. *ſcil. per viæ difficultatem.* quos et ipſos, quum ab nulla parte hoſtis terruiſſet, locorum aſperitas hoſtiliter vexavit, 44, 5.

VEXATIO, 43, 23. minore vexatione jumentorum hominumque—in Macedoniam rediit. *cf.* 44, 5.

corpus ab omni alia vexatione intactum, uno torque ſpoliavit, 7, 10. *cf.* 44, 44. agroſque circa vexari. *i. e. ſpoliari.*

VEXILLUM, 39, 15. vexillo in arce poſito comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet. *Vid. ſupra in v.* exercitus.

vexilla efferri e caſtris juſſit, 10, 19. *haud dubie* ſigna *ſunt intelligenda: ſæpius enim* ſigna e caſtris efferri *dicuntur: videtur Livius noluiſſe* ſigna *dicere, quia præceſſerat* ſigna canere.

ordo—tribus vexillis conſtabat etc. 8, 8. *de peditibus.*—vexilla cum vexillis concurrebant, *ibid.*

vexillum

Digitized by Google

vexillum cohortis Pelignæ, 25, 14. *peditum ſocialium.*—vexilla equitum, 8, 39. *ubi vide Drakenborchium.*

VEXILLARII, 35, 5. inferre vexillarios juſſit ſigna. *Vide B. Patruum in Excurſu ad Tacitum de vexillariis.*

VIA nuda ac facilis, 27, 42.—iniqua, 9, 27.—jactans, 21, 48.—inops aquarum, 42, 64.

inter cavas undique vias, 26, 10.—confragoſa loca, implicataſque flexibus vallium vias, 32, 4.

reſtabat aliquantum viæ communis—prope divortium itinerum, 44, 2.

fœdi agminis miſerabilem viam, 9, 5.—flexit viam Brutus—ne obvius fieret, 1, 60.—via cita tranſgreſſus, 33, 48.

panduntur inter ordines viæ, 10, 41.—viæ patentes inter manipulos, 30, 33.

ferro via facienda eſt, 4, 28.—per vias, per invia, 38, 23.—viæ per agros publica impenſa factæ, 9, 43.

vaticinantes fanatico carmine deam Romanis viam belli et victoriam dare, 38, 18. *Sunt, qui* vim *legi velint; ſed omnes libri et ſcripti et editi habent* viam. *Recte. Sic Thucydides* ὁδὸς πολέμου *dixit, quod et Tacitus imitatus eſt.*

viam conſilii invenire, 4, 48.—unam viam ſaluti eſſe ratus, 37, 11.

ſeque ipſi per omnes vias lethi interficerent, 31, 18. *i. q. mortis genera.*

VIATICUM, 44, 22. in Macedoniam mecum veniat: nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me juvabitur.

VICARIUM tibi (*militi futuro*) expediam, 29, 1.

VICATIM, 10, 4. vigiliæ vicatim exactæ.—vicatim habitare, 9, 13.

VICESIMA, 43, 2. viceſimas vendere. *locus vix intelligendus; forſitan vitioſus.*—de viceſima eorum qui manumitterentur, 7, 16. *vectigal e manumiſſis. vid. Lipſ. ad Tacit. Annal.* 13, 31. *it. Burmann. de Vectigal. cap.* 10.

VICESIMARIUS, 27, 10. aurum viceſimarium. *e viceſimis manumiſſionum, quæ olim auro ſolvebantur.*

VICINALIS, 21, 26. ingens coacta vis navium eſt lintriumque temere ad vicinalem uſum paratarum.

VICIS regiæ ſacra, 1, 20. *i. q. muneris.*

cogor veſtram omnium vicem unus conſulere, 25, 38.

quum ſuam vicem functus officio ſit, 1, 9.

inſigne regium in orbem ſuam cujuſque vicem iret, 3, 36.

quum ſimplicitatem juvenis incauti—aſſentando indignandoque et ipſe vicem ejus, captaret, 40, 23. *i. e. miſeriam, injurias acceptas.*

ſuam jam vicem magis anxios, quam ejus etc. 8, 35. *ita et* ſollicitus vicem *et ſimiliter alia dicuntur. Sed codices teſtante Drakenborchio ibi omnes habent* vice. *Sic* 1, 25. exanimes vice unius.

commoti Patres vice fortunarum humanarum, 7, 31.—tranſmarinæ quoque res quadam vice penſatæ, 26, 37.

VICTIMA,

Digitized by Google

VICTIMA, 10, 7. si—capite velato victimam cædat: *de pontifice dictum*: *vide B. Patruum ad Sueton. Tiber. cap.* 25.

VICTOR maritus comiter invitat regios juvenes, 1, 57. *eleganter*; *antecedunt enim hæc:* muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit.

victor cursu, 9, 16. *de Papirio.*—alienæ sortis victor belli, 9, 42.

Camillus in urbem triumphans rediit, trium simul bellorum victor, 6, 4.

VICTORIA parata, 5, 6.—matura, 27, 45.—incruenta, 4, 17.

aut tempore longinqua aut præceps periculo victoria, 9, 24.—quantam de Samnitibus nemo—pepererat, 10, 38.

ut in eo tam lentæ spei victoriam exspectaret, 6, 8. *de obsidionis felici eventu. cf.* 5, 6.

modo trigeminæ victoriæ triplicem triumphum—egistis, 6, 7. *i. e. de victoria.*

victoria certaminis, 2, 60.—ex collega victoria, 2, 44.—victoria animo est, 29, 36.

nihil a victoria cessare, 34, 16. *h. e. ea uti, eam persequi.*

in aliena victoria suam prædam faciunt, 32, 14.

veram certe victoriam ejus rei (*qui vir optimus in civitate esset*) sibi quisque mallet, quam etc. 29, 14.

VICTORIATUS *scil.* nummus, 41, 13.

VICULUS, 21, 33. viculos circumjectos capit.

VICUS, 10, 11. quum passim non villæ solum, sed frequentes quoque vici, incendiis fumarent. *cf.* 2, 62.

tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, 10, 2.

congii olei in vicos singulos dati, 25, 2. *aut numerus congiorum omissus, aut* viros *cum Perizonio legendum videtur.*

VIDELICET, 9, 4. imbellis videlicet atque inermis multitudo? *i. q. scilicet, ironice dictum. cf. cap.* 17. *it.* 21, 63.

VIDERE, 3, 50. quanto visa, quam audita, indigniora potuerint videri.

id ubi vidit, 28, 19. *i. e. sensit.*—vide ne, *ibid. cap.* 44. pro *vereor ne.*

si extis eadem, quæ somno visa fuerant, portenderentur, 8, 6.

ut sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident, 2, 12. *i. q. spectant, appetunt. cf.* 3, 68. *it.* 6, 24.

si quid dii vatesque eorum in futurum vident, 6, 12.

hoc quam vobis tutum aut honestum sit, vos videritis, 42, 13.—de his videris, 2, 40. *i. e. prospicias his.*

mitteretque cum imperio, quem ipsi videretur, 23, 34.—legiones, quas videretur, ei darent, 33, 26. *vid. supra in v.* qui.

VIGERE, 6, 22. vegetum ingenium in vivido pectore vigebat.

Hannibalem ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emisso, torpere, 23, 42.

canticum egisse aliquanto magis vigente motu, 7, 2.

viget quæstio per clara nomina reorum, 9, 26.

VIGILIÆ,

Digitized by Google

VIGILIÆ, 9, 24. diurnæ ſtationes ac nocturnæ vigiliæ.
VIGOR, 7, 4. ſi quid in eo (*ingenio*) exiguum naturalis vigoris ſit, id exſtinguere vita agreſti et ruſtico cultu, inter pecudes habendo.
eumdem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri, 21, 4.
VILIS, 22, 60. ſi tanta clades vilem vitam non fecit, nulla faciet. —capita viliſſima, 24, 5. *cf.* 25, 6.
VILLA, 33, 24. Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique iis locus et lautia præbita. *Fuit ædificium publicum ſuburbanum, unde villa dicitur, in campo Martio.*
quum tectum villæ, qui ad id miſſi erant, intraſſent, 7, 39. *vid.* vicus.
VINCERE, 9, 18. Populus Rom. etſi nullo bello, multis tamen prœliis victus.—etiamſi pugnando acie viciſſet, 44, 39.
nec ab Hannibale, ſed ab imperatore ſuo victos eſſe, 26, 2. *i. e. corrupta et neglecta diſciplina.*
morte ſola vinci, 7, 33.—loco vincere, 9, 9.—loco victo, 10, 43.
vincunt regendi ſpem elephanti, 27, 49. *i. e. nulla amplius ſpes eſt eos regendi.*
vincere eventu comitiorum, 4, 56.—victum ingens vinculum fidei, 8, 28.—lex victa, 34, 3.
hæc ſententia vicit, 37, 19.—vicit ea pars ſenatus, 42, 47.
victi ira vetuere reddi etc. 2, 5.—victi neceſſitate legatos mittunt, 9, 4.—verecundia victus, *ibid. cap.* 29.
unus—Perolla vinci potuit, 23, 8. *i. e. moveri, potuit ei perſuaderi.*
VINCIRE, 5, 44. niſi vinctos ſomno—trucidandos tradidero. *Sunt, qui* victos *legi malint. cf.* 9, 30.
VINCULUM ſatis validum legis, 10, 9.
hoc tractus vinculo (*accuſatione*) quum rediſſet, 42, 22.
vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum eſt, 10, 13.—vincula neceſſitateſque fortuna circumdedit, 21, 43.
vinculis fugæ obſtricti ſtabant, 10, 41.
continendis in fide ſociis maximum vinculum, 21, 52.
VINDEX injuriæ, 3, 46. *h. l. non* ultorem *ſignificat* (*necdum enim facta erat injuria*) *ſed defenſorem ejus, cui imminebat. cf.* 21, 52.
vindex libertatis vox, 3, 56.—vindices majeſtatis imperii, 28, 28.
vindex populationis, 3, 66.—prædarum, 9, 36.—periculi, 10, 5. *i. e. qui opem fert in periculo.*
VINDICARE conjurationes, 39, 41. *cf.* 4, 13. *it.* 5, 51.
victoriæ majore parte ad ſe vindicata, 44, 14.—nec ad ſe fui belli vindicarent decus, 9, 43. *cf.* 3, 20.
a ſocietate pacis—inhoneſtæ ſeſe vindicaverunt, 6, 33.
quæ (loca) ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant, 6, 12. *i. e. niſi ſervi ibi eſſent, ſolitudo foret.*
ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis, 3, 46. *h. e. relinquitur in domo paterna; nam* vindicare *eſt poſſeſſionem petere.*

Digitized by Google

VINDICIÆ ab libertate, 3, 56. *ſcil. in, vel potius, ſecundum ſervitutem.*

cedere vindiciis, 3, 45. *clarius cap. præced.* neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias. *i. e. puellam pro libera declarantibus, ejuſque libertatem agnoſci volentibus.*

VINDICTA pro *vindiciis*, 26, 15. petatur a virtute inviſæ hujus vitæ vindicta.

in ipſa vindicta libertatis perituram, 34, 49.—mors una vindicta eſt, 40, 4.

vindicta liberatus: quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo (*Vindicio*) putant, 2, 5.

VINOSUS, 41, 4. Iſtrorum pauci, qui modice vinoſi erant, memores fuerunt fugæ. *i. e. non nimis inebriati.*

VINUM, 40, 7. feſto die invitatio benigna et hilaritas juvenalis utroſque in vinum traxit.—per vinum—paulliſper vociferatus, *ibid. i. e. quia, ut bene potus, paulliſper etc.*

VIOLARE, 1, 9. violati (*violatum*) hoſpitii fœdus accuſare.

ne hoſpitali cæde dextram violet, 25, 18. *i. q. polluat.*

corpus violatum, 1, 58. *de ſtupro.*

ſpes pacis violata, 30, 25.—gentium jus ab legatis noſtris violatum quum vindicari deberet, eadem negligentia deorum prætermiſſum, 5, 51.

violaturoſque denuncient ſacroſanctam poteſtatem, 4, 3.—neu poteſtas tribunicia, inviolata ipſa, violet interceſſione ſua Romanum imperium, 8, 34.

VIOLATIO, 36, 20. haud ſecus, quam in pacato agro, ſine violatione ullius rei, proceſſit.

contactis ea violatione templi furorem objecit, 29, 8.

VIOLATOR, 29, 18. a violatoribus gravia piacula exegit.

VIOLENTER dicere in aliquem, 32, 34.—quia ſollemnia ludorum, quos intermitti nefas eſt, violenter diremiſſet, 5, 1.

VIOLENTUS, 1, 46. ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur.

violenti cenſores, 9, 34.—obſtupefactus tam violento (*Popillii, legati*) imperio, 45, 12.

VIR, 38, 17. viri Martis. (*Romani.*)

ni vir unus fuiſſet Horatius Cocles, 2, 10.—mirandoque, ubi illi viri eſſent, qui ſecum—cepiſſent, 5, 43.—ſi viri arma illa habuiſſent, 3, 67.

prima eorum prœlia plus quam virorum, poſtrema minus quam feminarum eſſe, 10, 28.

cum mille ducentis viris, 9, 27. *pro militibus, ſed fortibus; atque etiam appellantur paullo poſt* fortes viri.

omnem ripam equites virique obtinentes, 21, 27.—equis viriſque—immenſum obtinentes loci, 5, 37.

quum vir virum legiſſet, 9, 39.

VIRIDIS, 29, 1. novas (*naves*) Panormi ſubducit, quia ex viridi materia raptim factæ erant, ut in ſiccò hibernarent.

VIRILIS, 26, 47. virile ſecus.

illius (*Camilli*) gloriæ pars virilis apud omnes milites fit, qui ſimul

Digitized by Google

ſimul vicerint, 6, 11.—virilis patientia, 5, 6.—pars virilis, *vid. Præfat. it.* 10, 8.

VIRTUS, 21, 41. vis virtuſque. *vid. in voc. ſq.*

virtus navium, 37, 24. *vid.* robur.

iratus virtuti alienæ felicitatique, 8, 31. *de duce bellico. vid.* enitere.

VIS, 7, 31. quandoquidem noſtra tueri adverſus vim atque injuriam juſta vi non vultis, veſtra certe defendetis.

vis imperii erat in Papirio, 9, 16.

ut vis a cenſoribus nullius auctoritate — deterreri quiverit, 4, 24.

qui omnes Italiæ populos vi aut voluntate in deditionem accepiſſent, 29, 3.—aut vi, aut metu, aut voluntate, 32, 21. *vid.* graſſari.

omnes undique anniſi ad reſtituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis, 10, 36.

cujus populi vis atque virtus non obruta ſit Cannenſi clade, 25, 38.—non vi aut virtute, ſed proditione ac furto, 26, 39.—vis virtuſque, 21, 41.

uti populo Rom. Quiritium vim victoriamque proſperetis, 8, 9.

tum, jam deorum hominumque victa vi, funduntur linteatæ cohortes, 10, 41.—vis in oculis, 21, 4.—virium vi, 9, 16.

nec vi nec munimento capi poterat, 10, 9.—bis caſtra vi cepiſtis, 7, 40. *cf.* 6, 3. 9, 2. 23, 39.

mollitiaque ſua, quam vi hoſtium victos eſſe, 7, 32.—ſi qua externa vis ingruat etc. *ibid. cap.* 25.

utrum recto itinere per caſtra hoſtium vim facere conaretur, 32, 9.—vi viam faciunt, 4, 38.

ſegetem magna vis hominum—ſudere in Tiberim, 2, 5.—magna vis hominum conſcripta Romæ erat, 22, 11.

pecoris vim ingentem in ſaltum avium compulſam eſſe, 9, 31.

vim ac jus magiſtratui demere, 26, 12.—hodieque uſurpatur idem jus, vi ademta, 1, 17.—fine tribuniciæ poteſtatis terriculis inventam eſſe aliam vim majorem ad coërcendos magiſtratus, 5, 9. *int. dictaturam.*

tantum virium aut roboris, 21, 1. *cf.* 9, 16. *it.* 21, 55. 22, 40.

in flore virium ſe credens eſſe, 42, 15.

major uſu armorum et aſtu facile ſtolidas vires minoris ſuperavit, 28, 21.

ferox ea parte virium, 21, 54. *i. e. equitatu.*

dum urbis vires inſpiceret, 24, 40.

VISCERA Italiæ, 32, 21.—Græciæ, 33, 44. *cf.* 34, 41.

bellum arceſſitum in Italiam ab nobilibus, manſurumque in viſceribus reipublicæ, ſi plures Fabios imperatores haberet, 22, 38. *i. e. diuturnum fore.*

tum ſe, haud ſecus, quam viſcera ſecantem ſua etc. 28, 32.

VISCERATIO data a M. Flavio in funere matris, 8, 22.

Digitized by Google

VISERE, 1, 31. miſſis ad id viſendum prodigium.—præda ut viſeretur expoſita, 45, 33.
ex muris viſite agros veſtros, 3, 68.
viſenda urbe magnam partem diei conſumſit, 23, 7.
ad res Græciæ Macedoniæque viſendas, 40, 2. *cf.* 29, 12. *it.* 42, 42.

VISUM, 1, 20. miſſa fulminibus aliove quo viſo prodigia. *i. e. ſpecie oblata divinitus, vel viſa, ut Livius loquitur*, 2, 55. *Ceterum Drakenborch. edidit* viſu.
errantis in alienos fœtus naturæ viſa, 31, 12. *i. e. prodigia.*

VISUS, 8, 9. conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano viſu.
domeſtico exterritus viſu, 1, 56. *cf.* 7, 26. *it.* 21, 23.

VITALIS, 6, 40. ut ſi quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat pro cibo; et aut abſtinere eo, quod vitale ſit, jubeat, aut mortiferum vitali admiſceat.

VITIARE, 3, 55. quæ (*ſenatuſconſulta*) antea arbitrio conſulum ſupprimebantur vitiabanturque. *cf.* 40, 55.

VITIUM, 4, 7. perinde ac vitio creati.—quod parum recte tabernaculum cepiſſet.
vitio diem dictam, 45, 12.

VIVERE, 39, 40. vivit immo vigetque eloquentia ejus, ſacrata ſcriptis omnis generis.
quam indignos ducerent, qui una ſecum urbe intra eadem mœnia viveretis, 4, 3.

VIVIDUS, 2, 48. evaneſcere vividum quondam illud Kæſonis ingenium. *cf.* 6, 22.

VIVUS, 43, 7. quum ſibi nihil vivi reliquum, præterquam linguam, ad deplorandas patriæ ſuæ calamitates, præfatus eſſet.
ad vivum imaque cornuum (*calor*) adveniens, 22, 17.

VIXDUM inchoatis rebus, 32, 28. *vide Drakenborch. ad h. l.*

ULCISCI, 2, 17. conſules, magis ob iras graviter ultas, quam ob magnitudinem perfecti belli, triumpharunt.

ULLUS, 2, 59. nemo ullius, niſi fugæ, memor.—nuſquam ullis futuris nobis, 7, 30.

ULTERIOR pars urbis, 34, 20. *i. e. remotior; etenim nullo flumine dirimebatur, ſed erat in longitudinem valde porrecta.*

ULTERIUS, 3, 30. domi ſeditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat, ulteriuſque ventum foret etc.

ULTIMUM, 1, 29. nunc errabundi domos ſuas, ultimum illud viſuri etc.
ultimum de cœlo, quod comitia turbaret, intervenit, 40, 42.

ULTIMUS, 44, 20. quinquatribus ultimis. *i. e. ultimo die quinquatruum.*
ultima crudelitas, 42, 8.—ultimum ſupplicium, 9, 16.—certamen ultimum, 7, 37. *i. e. in quo ultima ſpes eſt.*
ab ultima ſpe dimicare, 10, 31. *h. e. exigua et ad deſperandum vicina.*—ultimam ſpem furto inſidiarum tentantem, 9, 31. *cf.* 23, 14.

neceſ-

Digitized by Google

neceſſitate, quæ ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis, 4, 28.
ab ultimis Orientis terminis, 35, 48.—ab ultimi Orientis partibus, 37, 58.—ab oceano terrarumque ultimis oris, 5, 37. *i. q. remotiſſimis.*—ultimis partibus regni, 40, 42.
rem ad ultimum ſeditionis erupturam, 2, 45. *cf.* 3, 25.
ad ultimum dimicationis rati rem venturam, 2, 56. *qua bellum decerneretur, exitum haberet. cf.* 8, 29.
ab ultimis deinde ſubſidiis cietur miles; adeoque ad ultimum laboris ac periculi ventum eſt, 9, 39.
deſcendere ad ultimum auxilium, 23, 14.
ne ſe ad ultimum perditum irent, 26, 27.
ULTIO iræ hæc, et non occaſio cupiditatis explendæ, 7, 30.
ULTRA, 4, 2. negabant—ultra ferri poſſe. *cf.* 24, 16. *it.* 42, 23.
quo ultra iram—exceſſuram fuiſſe, quam ut verberaret, 8, 33.—non ultra ſæviſſe, quam ut etc. *ibid.*
etſi nihil ultra malorum eſt—quam quod paſſi ſumus, 28, 39.
ad quem nuncium nihil ultra motus præfectus Rom. quam ut etc. 25, 9.
ULTRO, *inſuper, præterea*, 1, 5. ultro accuſantes, *vel potius h. l. ipſi quum latrones eſſent, tamen Remum, tamquam latronem accuſabant. cf.* 3, 11. *et* 62. *it.* 4, 27. 10, 17. *ubi manifeſte pro* inſuper *dictum eſt.*
ultro honorem habere, 5, 37.—Galli ultro vim facere conati pellebantur, 21, 28.
ultro inferendo bello averterent ab Italia hoſtem, 23, 38.
offerendum ultro rati, quód amiſſuri erant, 1, 17.
in omnia ultro ſuam offerens operam, 40, 23.
oratione ultro citroque habita, 9, 45.
ULTROTRIBUTA, 43, 16. publica vectigalia aut ultrotributa.—et vectigalia ſummis pretiis, ultrotributa infimis locaverunt, 39, 44.
ULULATUS cantuſque diſſoni (*Gallorum*), 5, 39.
ULULARE, 43, 10. ululantes mulieres cum crepitu undique æris.
UMBILICUS, 41, 23. ut repente in medio umbilico Græciæ conſpiceretur, Delphos aſcendit. *cf.* 38, 48. Delphos umbilicum orbis terrarum.
umbilicum Græciæ incolere, 35, 18. *cf.* 37, 54.
UMBO, 9, 41. umbonibus incuſſaque ala ſternuntur hoſtes.—ala deinde et umbonibus pulſantes, 30, 34. *Sic et Curtius* 3, 10. aciem umbonibus poſſe propelli.
UMBRA, 3, 25. quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca ſedes erat.
quod ſub umbra Romanæ amicitiæ latebant, 34, 9.—ſub umbra auxilii veſtri latere volunt, 32, 21. *i. e. tutela. cf.* 4, 42. *it.* 38, 51.—umbra fœderis, 8, 4.
UMQUAM, 32, 5. ſi quando umquam ante alias. *vid. ſupra in v.* adverbia.
quantus non umquam antea exercitus ad Sutrium venit, 9, 37.

Digitized by Google

non nocte, non die umquam ceſſaverant ab opere, 21, 11.

UNANIMITAS, 40, 8. Eumenem Attalumque fratres, a quam exiguis rebus, prope ut puderet regii nominis, mihi, Antiocho, et cuilibet regum hujus ætatis, nulla re magis, quam fraterna unanimitate, regnum æquaſſe.

UNDE, 1, 24. ibi imperium fore, unde victoria fuerit. *i. e. a qua parte victoria ſteterit.*

majora caſtra, unde antea ceſſatum fuerat, 5, 13.

unde pugnabat, ſtantem—averterunt, 25, 15.

unde deditio facta eſt, 31, 46. *ab arce.*

UNDIQUE, 2, 45. totis caſtris undique ad conſules curritur.

undique ex omnibus populis auxilium obſeſſis ferretur, 8, 13.

UNICE, 3, 35. donec collegæ quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, conjecere in eum oculos, mirantes, quid ſibi vellet.

UNICUS conſul, 2, 58.—imperator, 6, 22.—dux, 8, 31.—ſpectator cœli ſiderumque, 24, 34. *cf.* 4, 57. 8, 32. 9, 15.

quum ipſi ſe homines in regis, velut unici exempli, mores formarent, 1, 21.

Tullii—uxorem—ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt ſervitio etc. 1, 39.

unica comitas, 23, 42.—concordia, 3, 33.

unicum relictum amicum, 45, 6.

UNIVERSUS eventus belli, 32, 5. *i. q. univerſi belli eventus.*

univerſo periculo ſumma rerum committebatur, 22, 12.

dimicatio univerſæ rei, 1, 38. *vid.* dimicatio.

ut prope ſerum auxilium, jam pene circumventis; ita univerſa (*univerſis*) requies data eſt, 10, 5.

UNUS quiſquam, 3, 55. *h. l. præ ceteris: alibi eleganter abundat.*—nec quiſquam alterius gentis unus etc. 28, 37.

unus Quiritium quilibet, 6, 40.—unus quilibet, 42, 42.—quilibet unus ex iis, quos nominavi, 9, 17.

ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam, 28, 35.

ut uno die in omnes perveniretur, 45, 34. *pro uno eodemque. cf.* 9, 17.

ut omnia unus Gabiis poſſet, 1, 54. *cf.* 2, 33. *it.* 3, 11.

unus ille vir ipſe conſul rempublicam ſuſtinuit, 2, 43. *cf. cap.* 61.

uni viro Meſſio fortuna hoſtium innititur, 4, 28.

niſi unus homo Syracuſis ea tempeſtate fuiſſet. Archimedes is erat, unicus ſpectator etc. 24, 34.

uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie, 2, 7.

VOCARE, 10, 29. rapere ad ſe ac vocare Decium devotam (*Gallorum*) ſecum aciem.

Umbros ad defectionem vocari, 10, 21.

quum hinc Ætoli haud dubie hoſtes vocarent ad bellum, 34, 43. *i. e. belli gerendi neceſſitatem afferrent.*

quo clamor, quo ſubita res vocaſſet, 26, 44. *i. e. ire juſſiſſet.*

ſervos

Digitized by Google

ſervos ad libertatem Herdonius ex Capitolio vocabat, 3, 15. *i. e. ad eam ſibi vindicandam provocabat, hortabatur.*

in partem prædæ ſuæ vocatos deos, 5, 21. pro *partem ejus diis oblatam.*

Caſſium in agros plebem vocantem, 6, 17.

in commune honores vocare, 6, 40. *i. q. communicare honores cum plebe. cf.* 7, 22.

tribuni pl. vocaverunt plebem, quæ ita ſcivit, 25, 4. *i. e. advocarunt, in concionem acciverunt. cf.* 22, 7. *quamquam illo in loco vulg. habet* rogaverunt.

VOCIFERARI *paſſ.* 24, 21. primo tumultuatum—fuerat, vociferatumque ferociter etc.

VOLENS propitius, 24, 21. *de Jove.*

VOLITARE, 28, 44. quum victor tota Italia volitaret Hannibal.

ipſe medius inter tribunicios—in foro volitare, 3, 35.

VOLVERE, 21, 31. ſaxa glareoſa volvens: *de flumine.*

volvens errorem per ſinus flexuſque tortuoſi amnis, 27, 47. *i. e. progrediens juxta ripam per eaſdem ambages, quas flumen faciebat.*

ut idem in ſingulos annos orbis volveretur, 3, 10.

volvere orbem, 4, 28. *aliud eſt, quam* colligere orbem, 2, 50. *hoc pugnantium eſt, fronte in omnes partes facta; illud convertere aciem, ut terga dentur hoſti, uti patet ex ſeqq.*

quos (*equites*) ubi nequidquam tumultuantes in ſpatio exiguo volvere turmas vidit, 7, 33.

volvere inanium rerum inanes cogitationes, 6, 28.

bellum cogitatum in animo volvens, 42, 5.

VOLUNTARII, 9, 42. delectu an voluntarii pro Samnitibus adverſus Romanos bellaſſent. *cf.* 3, 57. *ubi et veterani dicuntur. vid. inprimis* 42, 34.

VOLUNTAS, 3, 69. paucis cohortibus veterum militum voluntate ſequentibus.—ſi non voluntate manſimus in Capitolio, 5, 52.—qui omnes Italiæ populos vi aut voluntate in deditionem accepiſſent, 29, 3. *cf. cap.* 38. *it.* 42, 32.

voluntate ſua facere, 39, 37.—ſummam ad id ſuam voluntatem eſſe, 29, 5.

ſumma optimatium voluntate, 10, 18.—ſciſcitatus conſulis voluntatem, 7, 26.

VOLUPTAS, 36, 11. voluptates vinum ſequentes.

venandi ſtudium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes ſilvaſque rapit, 5, 6.

VOLUTARE animum cogitationibus, 9, 17. *haud dubie per elegantiſſimam hypallagen dictum.*

volutantibus res inter ſe pugnantes, 32, 20.—has conditiones quamquam ipſe volutaverat in ſecreto cum amicis, 34, 36.

in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur, 21, 36.

VOMICA, 25, 12. hoſtem, Romani, ſi expellere vultis, vomicamque, quæ gentium venit longe etc.

VORTEX, 23, 19. tranſverſo vortice dolia impulit ad ripam.

ut

Digitized by Google

ut fugientem navem videres retro vortice intortam victoribus illatam, 28, 30.

VOTUM, 21, 63. ſollemnem votorum nuncupationem fugiſſe. *cf.* 10, 7.

voti damnata reſpublica, 10, 37.

VOVERE, 40, 34. qui ipſe eam ædem voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnaſſet. *Indicare videtur votum factum poſt victoriam, ut infra cap.* 40.

VOX ex eo miſſa ore, 3, 56.—extra ea cave vocem mittas, 8, 32. *cf. cap.* 33.

ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt, 1, 5.—alio ratus ſpectare Pythicam vocem, *ibid. cf.* 1, 31. *it.* 30, 12.

vocem audiſſe, quæ juberet, 5, 32.—quid eam vocem animorum non plebi Rom. ſed Volſcis etc. allaturam? 4, 2.—pleni adhortantium vocibus, 1, 25.—his vocibus inſtincti milites, 9, 40.

Icilii vox tota tribuniciæ poteſtatis ac provocationis ad populum ereptæ—erat, 3, 48.

vocibus alienis id modo, quod domi præceptum erat, interceſſioni ſuæ prætendebant, 6, 36. *i. e. verbis aliorum, quæ ab aliis edocti erant.*

URBANUS, 9, 42. urbanis artibus opes augere.—nec in curia adeptus erat—opes urbanas, *ibid. cap.* 46.

URBS, 8, 29. dilaberentur in oppida, ſitu urbium mœnibuſque ſe defenſuri. *Contra* 31, 27. *multum differre urbem ab oppido, ſatis perſpicitur:* Ilion, nomen propter alteram in Aſia urbem, quam oppidum, notius, vi capitur.

fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum eſt, 1, 14. pro *civitates. cf.* 4, 3.

urbs trunca, ſine ſenatu, ſine plebe etc. 31, 29.

velut ab ſtirpibus lætius feraciuſque renatæ urbis, 6, 1.

Agaſſam urbem, tradentibus ſeſe ipſis, 44, 7.

urbibus arceri Antiochum; quæ Seleucus—parta reliquerit, 34, 58.

URERE, 10, 11. urendis tectis. *cf.* 28, 32.

an tuos (*fines*) uri, exſcindi videas? 28, 44.—uri ſua popularique paſſi, 3, 3.

jam pigritia ſingulos ſepeliendi promiſcue acervatos cumulos hominum urebant, buſtorumque inde Gallicorum nomine inſignem locum fecere, 5, 48.

quum diu Sicilia Punico bello ureretur, 28, 43.

quos tyrannus—finitimo bello urebat, 27, 29.

tamquam non inteſtino et hærente in ipſis viſceribus uramur bello, 32, 21.

hæc eos in Etruria jactantes molienteſque bellum domi Romanum urebat, 10, 17.

dies nocteſque aſſiduo labore urente, 36, 23.

peſtilentia urens ſimul urbem atque agros, 10, 47.

quod invidiam urit, 40, 15. *i. q. auget, irritat.*

quum aculeus ſagittæ aut glandis, abditæ introrſus tenui vulnere

Digitized by Google

nere in ſpeciem urit, et ſcrutantes, quæ vellant, telum non ſequitur, 38, 21.

URGERE aciem, 4, 37.—ſcutis, *ibid.*—opere, vigiliis, vulneribus, quæ ſemper eoſdem urgebant, 6, 3.

quum multis urgerentur rebus, 36, 23.

urgentibus Romanam urbem fatis, 5, 36.

ea ſuſpicio crimen urgebat, 34, 62. *paullo ante:* onerare crimina ſuſpicionibus.

USQUE alterius initium, 44, 5. pro *uſque ad.*

uſque in adventum ejus, 32, 32.

longius uſque a navibus procedunt, 10, 2.

USUCAPERE, 22, 44. quod Hannibal velut uſucepiſſet Italiam. *i. e. longa poſſeſſione ſuam feciſſet.*

USURA, 9, 9. hic in comitio virgis cæſos (*dedetis*), hanc jam ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant.

USURPARE, 24, 22. ſæpe uſurpata Dionyſii vox.

uſurpare libertatem et creare magiſtratus, 5, 2. *cf.* 4, 3. etſi appellationis vobis uſurpatis jus, 42, 34. *de militibus vacationem poſtulaturis.*

USURPATIO, 41, 23. Delphos aſcendit: hæc uſurpatio itineris inſoliti quo vobis ſpectare videtur?

USUS, 1, 46. quamquam jam uſu haud dubium regnum poſſederat.

quia et urbi multitudinem, ubi uſus non eſſet, oneri rebatur eſſe, 1, 56.

reduceretque naves, quibus conſuli uſus non eſſet, 30, 41.

admonebat enim deſiderium uſus, 6, 4. *i. q. novorum ædificiorum, et vitæ commoditatum.*

quæ belli uſus poſcunt, 26, 43.—qua quemque ſuorum uſuum cauſſæ ferrent, 6, 25. *i. e. neceſſitates.*

UT quod bellum—ut id etc. 42, 28. *Vid. Gronov. ad* 28, 9. *δευτέρως repetitum*, 4, 4. ut hominum, ut civium numero ſimus. *Vid. ibi Drakenb.*

ut ego non dicam, 5, 53.—ut alia vetuſtate obſoleviſſent, 21, 52.—ut omnis coleretur, 28, 12. pro *licet, quamvis.*

læti, ut ad regem diu deſideratum, conceſſere, 30, 11.—ut ubi nulla eſſet ſtatio, 41, 2. *i. q. quippe, utpote etc. cf.* 8, 30.

ſine ulla fede vagi dimicaſſemus, ut quo victores nos reciperemus, 44, 39. *Senſus eſt: dicite quæſo, quo nos victores recepiſſemus, ſi ſine ulla fede vagi dimicaſſemus.*

ut ſubinde, ut (*prout*) quæque res nova decreta eſſet, exploratam perferrent, 10, 27.

victamne ut quiſquam victrici patriæ præferret? 5, 24. *indicat vehementiam interrogationis. cf.* 4, 2. *it.* 9, 11.

factum ſenatuſconſultum, ut decemviri ſe—abdicarent, 3, 54. *ſcil. quo decretum erat, ut etc. vid. Drakenb. ad* 1, 17. *Interdum illud* ut *omittitur, non mutata conſtructione; quemadmodum et alias fieri conſuevit.* — actum cum tribunis eſt ad populum ferrent, 8, 23. primo vere edico, adſitis, 21, 21.

eo accedebat, ut in caritate civium nihil ſpei reponenti metu regnum

Digitized by Google

regnum tutandum eſſet, 1, 49. pro *quod etc. Niſi potius* pro—*tutandum eſſe. cf.* 5, 55.

ut quando aqua Albana abundaſſet, 5, 15. pro *ſi quando. cf.* 7, 33.

agitatum etiam in conſilio eſt, ut, ſi quando—tunc uti diſciplina militaris ad priſcos redigeretur mores, 8, 6. *cf.* 3, 64. *ubi quidem* uti *præcedit.*

ut extrema reſoluta erant, 21, 47. pro *ſimulac.*

mecum, ut voles, reverteris in gratiam, 8, 35. *cf. Cic. Philipp.* 2, 46.

UTCUMQUE aut locus opportunitatem daret, aut etc. 21, 35.—quæ dubiis in rebus utcumque tolerata eſſent, 29, 15.

utcumque erit, *Præfat.*—utcumque animadverſa aut exiſtimata erunt, *ibid.*—utcumque (*multitudo*) adfecta erat, 9, 39.—utcumque eſt, 42, 40.

UTERLIBET, 10, 24. eos conſules eſſe, quorum utrolibet duce bellum Etruſcum geri recte poſſit.

UTENSILIA, 3, 42. exutus omnibus utenſilibus miles.

quæque una ſecum dediderunt, agrum urbemque, divina humanaque, utenſiliaque, ſive quid aliud dediderunt, 26, 33.

UTERQUE, 2, 5. in utramque partem nobile exemplum. *ſcil. tam nocentum pœnâ, quam indicum.*

Ætolorum utræque manus Heracleam ſeſe incluſerunt, 36, 16.

UTI, 9, 41. quod uti ea (*pace*) quum daretur, noluiſſent.

os ſpecus, per quod oraculo utentes ſciſcitatum Deos deſcendunt, 45, 27.

neminem curuli honore uſum, 34, 44.

filioque hoc ipſo in ſervilia ejus artis miniſteria uſum, 22, 25.

UTI *in precum formulis ſimpliciter ponitur, intellecto* precor, 1, 18.

UTILIS, 9, 2. ubi—expedire quoſdam utilia operi—cernebant. *i. e. inſtrumenta ad muniendi negotium neceſſaria.*

UTILITER, 28, 19. in eos populos—quum dubiæ Hiſpaniæ eſſent, merito magis, quam utiliter ſævitum foret.

UTIQUE quæ ad Peninum ferunt, obſepta fuiſſent Hannibali, 21, 38. *i. e. ea certe loca. cf.* 3, 65. 6, 37. 21, 29. 22, 7.

UTRIMQUE, 2, 13. conſtat utrimque fides. *i. e. ab utraque parte ſervatur.*

UTROQUE, 1, 24. auctores utroque trahunt.—utroque coloniæ miſſiæ, 1, 11.

UTROBIQUE, 6, 30. ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inſcitia res.

VULGARE, 2, 29. rem non vulgare. *i. e. non promiſcue ad omnes pertinere velle.*

munus vulgatum a civibus iſſe in ſocios, 2, 41.

conſulatum vulgari viderent, 10, 6.—vulgari cum infimis, 4, 1.

alia vulgata miracula erant, 24, 10.—quæ vulgata ſermonibus erant, 29, 21.

vulgatur doni laus, 1, 10. *explicandum de multitudine compotum ejus.*

contagio

Digitized by Google

contagio ipſa vulgabat morbos, 3, 6.
ex vulgato corpore genitum, 39, 53. *i. q. ex proſtibulo.*
ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis Patrumque, 4, 2.

VULGO pontifices, augures, ſacrificuli reges creentur, 6, 41. *i. q. promiſcue. cf.* 5, 8.

VULGUS, 24, 32. apud vulgum.—milite in vulgus (*gregario*) læto ferocia ducis, 22, 3. *cf.* 7, 19. *ubi* vulgus *delectis nobiliſſimiſque captivis opponitur.*
vulgi turbatores, 4, 2.—opificum vulgus et ſellularii, 8, 20.

VULNERARE, 34, 7. virorum hoc animos vulnerare poſſet. *i. e. commovere.*
vulneratæ naves, 37, 30.—multis ictibus vulnerata navis, *ibid. cap.* 24.

VULNUS, 9, 35. agmine—vexato vulneribus. *Vid.* deligare, *it.* ſtrictus.
vulnera, niſi tacta tractataque, ſanari non poſſunt, 28, 27.
non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades – nunciabantur, 22, 54.

VULTUS indignitate rerum acrior, 9, 6.
vultum ſecundæ fortunæ gerere, 42, 62. *vid.* vigor.
vultum hoſtis ardore animi micantem ferre non potuit, 6, 13.
præſenti vultus demittere, tacite prætereuntem exſecrari, 2, 58.

Z.

ZONA, 33, 29. quia negotiandi ferme cauſſa argentum in zonis habentes in commeatibus erant.

Monendus

Digitized by Google

Monendus eſt Lector in hoc Gloſſario nonnullos locos (Aſteriſco ſc. notatos) mendoſa libri ac capitis deſignatione adhuc laborare: quia ſcilicet non ſtatim facile erat ſedes eorum in ſerie Hiſtoriarum indagando exquirere: quorum tamen bona pars, diligentiore examine habito, nunc ad ſedes ſuas referri poſſunt, notis numerorum ſequentem in modum emendatis.

v. ACTUS	*pro* 37, 27.*	*lege*	34, 27.
AD	3, 32.*		3, 31.
ADVERSUS	27, 2.*		9, 26.
ASSERERE	3, 18.*		34, 18.
CAUSSA	22, 6.*		22, 61.
CONSCIENTIA	18, 19.*		28, 19.
CONTROVERSUS	29, 31.*		29, 31.
DECEDERE	34, 16.*		35, 17.
DEVIUS	4, 19.*		41, 19.
DEUS	31, 10.*		31, 21.
DIVINATIO	26, 14.*		26, 20.
DUCERE	21, 41.*		21, 41.
EDERE	29, 54.*		29, 53.
LIBER	33, 3.*		33, 13.
POPULARIS	5, 17.*		2, 24.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google